HENRICI A PORTA CUNEATIS ORD. PRÆDIC. ... DE LINGUARUM ORIENT. AD OMNE...

Enrico Porta

HENRICI A PORTA

CUNEATIS ORD. PRÆDIC.
SACRÆ THEOLOGIÆ MAGISTRI,
ET IN REGIO-CÆSAREA TICINENSI UNIVERSITATE
SACRÆ SCRIPTURÆ, ET LINGUARUM ORIENTALIUM
PROFESSORIS.

DE LINGUARUM ORIENT.

AD OMNE DOCTRINÆ GENUS PRÆSTANTIA.

ACCEDUNT

EXERCITATIONES DUÆ

IN QUARUM PRIMA

INVOCATIO SANCTORUM

ADVERSUS

THEODORICUM HACKSPANIUM

IN ALTERA

PURGATORII VERITAS

ADVERSUS

EUNDEM HACKSPANIUM, JOSEPHUM BINGHAMUM,
ISAACUM BEAUSOBRIUM, ALIOSQUE

ex priſca Patrum & Eccleſiarum Traditione
Sac. Script. documentis apprime conſona,
atque ex Judæorum etiam conſenſione
vindicatur, aſſeritur.

MEDIOLANI EX TYPOGRAPHIA HÆREDUM JOSEPHI AGNELLI.
SUPERIORUM PERMISSU. MDCCLVIII.

REVERENDISSIMO PATRI AC DOMINO

D·LUCÆ PERTUSATO

ABBATI GENERALI

CONGREGATIONIS OLIVETANÆ

ORDINIS SANCTI BENEDICTI.

HENRICUS A PORTA O. P.

S. P. D.

Tibi REVERENDISSIME PATER Opus inſcribo, quod auſpice Excellentiſſimo Germano Fratre tuo Comite D. CAROLO Viro tot nominibus celeberrimo (1) elaborandum ſuſcepi.

(1) De ipſo aliquid annotavi *pag. 186. & ſeqq.*

ſcepi. Quum ei videlicet curæ cordique eſſet, ut in hoc Ticinenſi Archigymnaſio tum ingenuæ quæque Artes ac Diſciplinæ, tum maxime Sacrarum Scripturarum ſcientia pro dignitate traderetur, ad hoc autem Vir doctiſſimus, uſu quidem ſuo non parum expertus, probe noſſet quantum Linguarum Orientalium peritia afferat adjumenti, in hoc intendit, decretumque eſt, quod Te non latet, ut Sacræ Scripturæ tractatio ita mihi demandaretur, ut quæ ad ipſam pertineant appoſitis quidem Linguarum luminibus colluſtrarem; atque in his gnavos adoleſcentes rite diſcendi progrediendique in ſtudiis cupidos erudirem. Sed enim improvidæ corundem ætati conſulendum quidem ducebat, operæque pretium facturum me

Digitized by Google

me dixerat, ſi quantum in cognitione Linguarum momenti ſit, quale illa ſubſidium paret, quamque ingens ex ea manet emolumentum, argumentis idoneis commonſtraſſem; ut neque aliena multorum conſuetudine corripi, neque quorundam dictis, qui judicium de iis quæ non novere ſine judicio proferunt, ludificari ſe ſinerent, ſed intellecta & cognita ipſarum præſtantia imprudentes quidem illorum voces riderent, ac temnerent, alacrem autem lubentemque animum ad earum comparationem adjungerent. Prælectionem jam vero hac ſuper re habitam ubi dignanter perlegit, typis imprimi, edique in publicum exoptavit. Novas itaque ad eam curas contuli: annotationibus atque animadverſionibus auxi: tandemque

ſpeci-

ſpecimen aliquod, adjectis de Invocatione Sanctorum, deque Purgatorii veritate Excercitatiooibus dedi. Porro ad has quidem elucubrandas anſa mihi ab eodem quoque Excellentiſſimo Fratre tuo data eſt, ſtimulique ſubjecti, quum mihi, ut alios ſæpe, tum Theodorici Hackſpanii librum *De Scriptorum Judaicorum in Theologia uſu vario & multiplici* commodavit. Contra quem, alioſque quos pro re nata perſtrinxi, opus iſtud meum in ſtatum hunc, qualiſcumque ipſe eſt, perducere minime potuiſſem, ni Mediolani (quantum per ferias licuit) Bibliothecam potiſſimum frequentaſſem, quam idem immortalis memoriæ Frater tuus lauta omnino ac mirifica Librorum ſupellectili inſtruxit, dignuſque Patre Filius Comes D. Lucas

cas io Illuſtriſſimo Magiſtratu Quæſtor cura quoque atque munificentia provehere pergit, ut qui eam experti conſideraot, iosignem ipſi inter principes Italiæ locum deberi optimo jure conſeotiaot. Io hac ſcilicet præſertim reperi quæ ad ejuſcemodi pertractanda conſulere, ac recolere neceſſe erat, quorumqne multa in aliis fruſtra quæritaram. Vellem vero PRÆSUL REV.ME ut quod elaboravi, Tibique ouncupatum in lucem emitto, Clariſſima Ampliſſimaque Perſona Tua dignum exiſteret, quam tot inſigoia atque ornamenta eximie decoraot evehuntque. Nam ſi de Proſapiæ veſtræ nobilitate ſit ſermo, ecquis eam ſatis reſpicere, quis virtute præſtaotes Majores veſtros percenſere valeat oumerando? In comperto

equidem

equidem eſt Familiam veſtram Sec. XIII. Tridini inter Decurionales jam præſtitiſſe, interque illas efferri, quibus Statutorum Tridinenſium reformandorum facta poteſtas eſt (1). Quumque inde Majores veſtri una cum Porcellorum Familia itidem nobiliſſima Alexandriam Statyellenſium commigrarint, inter Urbis hujus Patricios cooptati ſunt; qua quidem in Urbe anno 1470. inſigne Canonicale Beneficium in Eccleſia Sancti Petri fundavere, cujus penes Familiam veſtram Jus Patronatus etiamnum perſtat. Sed quid ego in Majorum veſtrorum gloriis memorandis immorer, quum Tu, voſque omnes præſtantiſſimum illud eſſe Nobilitatis genus prudentiſſime cenſeatis, cum quis per ſe

(1) V. Cl. Jo. Andreæ Irici Tridin. *Rerum Patria lib. 3. Mediol.* 1745.

ſe magnitudiñe animi ac virtutibus anteceſſit .

Et ſane, ubi vitæ hujus luce frui cœpiſtis , obverſata utique Vobis eſt & Genitoris gloria , qui variis primum honoribus muneribuſque perfunctus, tum Supremi Italiæ Conſilii in Hiſpania Regens , Mediolanum dehinc ad Magiſtratus Ordin. Præfecturam gerendam miſſus , ac demum Excellentiſſimi Senatus Præſes fuit ; ac Veſtros quidem oculos percellebat eximia claritas D. Barbaræ a Puteo Matris Veſtræ , Matronæ nobiliſſimæ ac ſpectatiſſimæ , ut tantis fulgoribus circumfuſi, tanta utentes felicitate nihil jam vobis enitendum , nihil optandum ultra , expetendumque eſſe videretur : Quiſque tamen veſtrum ratum habens, quod

† .... *miſe-*

..... *miſerum eſt aliorum incumbere famæ*
ac non immerito quendam dixiſſe

— *genus & proavos & quæ non fecimus ipſi*

vix ea noſtra voco

ſic vitam pro inſtituti ratione quam ſuſcepit, inire, ſic Majorum virtutes æmulari certatim conſtituit, ut, exemplo non ita frequenti, ab Unoquoque palam ſit factum, quam

..... *celebrius quidem ſit*

Nobilitatis nomen in iis qui digni ſint.

...... κἠπὶ μεῖζον ἔρχεται

τῆς εὐγενείας τὤνομα τοῖσιν ἀξίοις.

Quare & natu Major (quem jam non ſemel grati animi atque honoris cauſa laudavi, aliquando, uti ſpero, diſtinctius laudes ejus perſecuturus) Paternorum ſtudiorum viam inſiſtens, Excell. quidem Senatus Præfecturam aſſecu-

ſecutus tanto Reipublicæ bono, tantaque ſui laude ſuſtinuit. Alter autem, JO: MATTHÆUS in Clerum allectus Eccleſiaſticæ eruditionis, atque Antiquitatis ſtudiis dedititiſſimus fuit; ſed Regio jam Scalenſis Baſilicæ Canonicatu honeſtatum communis neceſſitas citius intercepit. Quanta vero cum laude vitam traducit CHRISTOPHORUS belli ſtudiis ac laboribus delectatus, probatæque diu virtutis, ac fidei merito ad Equeſtrium copiarum Magiſterium, *Generalatum* vocant, evectus. Neque minus FRANCISCUM in Benedicti Clauſtra ſe ſe receptum, Teque illius exemplum ſecutum efflorescere ac reſplendere conſpeximus. Dicati Deo, ipſi utique vivere ac placere quæſiſtis. Ibi porro tam bene a natura informatus animus veſter, tan-

quam planta in agrum opimum diligenterque ſubactum tranſerta, præclariſſimis virtutum exemplis, accomodatiſſimis humanarum divinarumque Scientiarum inſtitutionibus irroratus, ut ita dicam, excultuſque, mirum in modum auctus ornatuſque eſt: magnoſque in ſtudiis quidem progreſſus a vobis factos ſuſpicientes qui vobis præerant, providentiſſime cenſuerunt, ut non intra Vos tantum jam ſiſteret, ſed in aliorum quoque beneficium doctrinæ veſtræ copia effunderetur. Atque Ille cum alibi præclariſſime in docendo verſatus eſt, tum in hac noſtra Univerſitate (cujus Faſti ejus quidem Nomine decorantur) Theologicas quæſtiones eximia eruditione tractavit. Indeque ad Regiæ hujus Urbis Epiſcopatum, atque Archiepiſcopatum Amaſenum promoto

magis

magis jam magiſq; prodiit, effulſitque ſublimium virtutum chorus quæ Pontificem apprime decent, inque religioſiſſimo ipſius pectore conſidebant: claruitque cummaxime effuſiſſioa ejus in Pauperes Chriſti dilectio & quovis quidem tempore, atque poſtremo, Ptochotrophio excitato, ipſiſque ſuis Heredibus ioſtitutis. Te autem cum Mediolani, tum Bononiæ, & Romæ humanas ac divinas diſciplinas tradentem explicantemque, quanta Viri doctiſſimi commendatione ſunt proſecuti! Alii inſignem admirabantur in Te bonarum artium cognitionem, Græcarumque literarum peritiam: Alii mentis aciem, atque in diſſerendo oitorem & elegantiam: Multique eam Te eſſe Theologiæ rationem ſecutum, quæ opportuois quidem eſſet Eccleſiaſticæ Hiſto-

ſtoriæ luminibus, Patrum documentis, Eccleſiæque ſanctionibus inſtructa & communita. Quotquot vero ad Te propius acceſſere, moreſque tuos habuerunt exploratiores, quum Te ſcientiæ eruditioniſque præſtantia, qua non pauci intumeſcunt, nequicquam efferri, ſed animi ſuaviſſimam lenitatem, eandem ſemper vultus, eandem frontis hilaritatem, morum candorem eximium, ſine fuco pietatem, conſtantemque in omni vitæ parte æquabilitatem ſervare didicerunt, quid tantis tuis virtutibus capti de Te dicere non pergebant? At ſi per late patentem mihi campum dicendi de laudibus tuis exſpatiari jam velim, gravem nimis modeſtiæ tuæ Epiſtolam hanc futuram non dubito, qui egregie facta celari appetis quam laudari. Patere ta-

men quæſo ut gratuler nobiliſſimæ florentiſſimæque Congregationi tuæ,quod præclariſſima quidem inſtitutione ſua ad ejuſcemodi Te perfectionem provexerit; quodque exquiſito ſane delectu graviſſimum Tibi Generalis Procuratoris ſui munus detulerit; inſigniora Monaſteria, ac univerſam quidem ſe ſe curæ tuæ crediderit. Te videlicet in his gradibus collocato, tuæ innixa dexteritati, ſedulitati, prudentiæ, comitati, proſperos, ut bene ſibi ominabatur, rerum ſuarum ſucceſſus videt. Ac ſi egregius ille habetur Magiſter, *quem magis admireris cum videas, quam cum audias*, Te ſibi præfecto tale quiſque Exemplar habet, ut, ipſum contuens, ſibique imitandum & exprimendum proponens, & pietas, & virtutes omnes ac Literæ magis magiſque adamentor &

exco-

excolaotur in dies; ac magis etiam magiſque Monaſticos Ordo ad Eccleſiæ ornamentum, decus, præſidium vigeat floreatque.

Ac mihi jam deoique, meoque Operi gratulabor, quod Excelleotiſſimi Fratris Tui cœptum auſpiciis, ſub Tuis PRÆSUL REV.^ME, Nominis Tui ſplendore decoratum in lucem prodeat: quod amanter a Te exceptum quidem iri confido, & ſingulari Tua fretus homanitate; quodq; in eo verſetur doctrinæ genere, quo es magnopere delectatus & antecellis. Deus Te dio incolumem ſervet; meqne Tibi addictiſſimum beoevolentia Tua complectere.

Ticino XVI. Kal. Febr. MDCCLVIII.

LECTORI S.

QUum Anno MDCCLI. demandatum eſſet Auctori, ut in Ticinenſi Univerſitate S. Scripturam exponeret, & Linguas Orientales doceret, de harum præſtantia primum ſermonem habuit. Quæ itaque tum prælegit, publici nunc juris fiunt, eduntur que annotationibus locupletata; quarum aliæ exaratæ ab ipſo ſunt, ut ea quæ ſtrictim attigerat, clarius, & uberius explicaret; quædam autem ut palam faceret, eum non ſine cauſa talia protuliſſe.

Exercitationes duæ adjectæ deinde ſunt, in quibus Theodoricum Hackſpanium, qui hebraicæ eruditionis ope quædam S. Scripturæ loca ad ſectæ ſuæ (Lutheranæ) genium interpretatus facere fucum quæſivit, revincendum ſuſcepit. Ac principio contra ipſum tantum diſſerere conſtituerat: Sed inter ſcribendum, operæ quidem pretium facturum putavit, ſi ad controverſias ipſas etiam deſcendiſſet, quarum gratia Hackſpanius locorum illorum ſenſum detorſerat. Manu jam vero ad illas verſandas admota, alios quoque refellere, & nonnulla, quæ a Theologis illis quos legerat minus animadverſa deprehenderat, perſequi connisus eſt. Ac denique Apologeticum adverſus Beauſobrium pro S. Cyrillo Hieroſolymitano conſcripſit, ad cauſam quam agit peropportunum; cujus quidem ea in re vindicatio a nemine adhuc, quod ipſe ſciat, ſuſcepta eſt. Quæ ille animo bene juvandi cupido elucubravit æqui bonique facito. Vale.

✠

Is

In hoc Volumine continentur.

PRÆLECTIO, qua Linguarum Orientalium in Humanis, Divinisque Diſciplinis frequens Utilitas, ac nonnunquam neceſſitas demonſtratur. *pag.* 1.

EXERCITATIO I., qua expenduntur verba *Job. cap.* V. *verſ.* I. קרא נא היש עונך ואל מי מקדשים תפנה quo in loco Vulgata habet, *Voca ergo ſi eſt qui tibi reſpondeat, & ad aliquem Sanctorum convertere*; atque Catholica de Sanctorum Invocatione doctrina vindicatur. *pag.* 193.

EXERCITATIO II. in *Matth. cap.* XII. *verſ.* 32. *Quicumque dixerit verbum contra Filium hominis remittetur ei: qui autem dixerit contra Spiritum Sanctum, non remittetur ei neque in hoc Seculo, neque in futuro*, adverſus Hackſpanium &c. *pag.* 211.

PROPOSITIO I. Ex laudato Matthæi Textu non ab re Purgatorii exiſtentia, ac veritas a noſtris infertur. *pag.* 215.

PROPOSITIO II. Vetus, jugis, & conſtans Judæorum Traditio Purgatorii doctrinæ apertiſſime ſuffragatur, non refragatur. *pag.* 327.

APPENDIX, in qua Iſaaci Beauſobrii in S. Cyrillum Hjeroſolym. criminatio de Liturgiæ veteris adulteratione depellitur. *pag.* 360.

In

Index locorum Sacræ Scripturæ, qui allegantur & expenduntur.

Geneſ. cap. 1. *verſ.* 1. *pag.* 52
20. 24. 311
27. 12. 311
Exod. 32. 13. 14. 203
Num. 14. 12. *& ſeqq.* 285 302
Deuteron. 32. 49. 311
I. *Reg.* 2. 6. 329 333
II. *Reg.* 12. 13. 14. 312
21. 27. 305
III. *Reg.* 15. 4. 203
IV. *Reg.* 19. 34. 203
II. *Paralip.* 6. 42. 204
Job. 4. 7. 198
5. 1. 294. *& ſeqq.*
7. 9. 332
33. 23. 199
Pſalm. 1. 5. 333. *& ſeqq.*
31. 4. 337
48. 16. 335
50. 3. 254
93. 12. 337
131. 10. 204
Iſai. 38. 15. 289
59. 20. 118
21. 269 272
66. 24. 333
Jerem. 31. 19. 200
Ezech. 6. 9. 289
18. 27. 313 314
Daniel. 3. 35. 204
12. 2. 329
10. 323
II. *Macchab.* 12. 40. 341 *& ſeqq.*
15. 12. 205
Matth. 3. 10. 307
5. 22. 282
7. 3. *pag.* 282
12. 31. 290
32. 211 215 219 322 355 359
24. 26. 240
28. 19. 20. 270
Marc. 3. 22. 216
Luc. 1. 1. 265
7. 38. 290
12. 58. 59. 317 *& ſeqq.*
18. 13. 290
22. 62. 290
Jo. 5. 19. 334
6. 44. 65. 267
15. 2. 5. 6. 304 *& ſeqq.*
17. 20. 267
20. 21. 272
Rom. 3. 25. 26. 289
8. 17. 307
15. 30. 209
I. *Cor.* 2. 2. 34. 264
3. 12. *& ſeqq.* 283 *& ſeqq.*
5. 5. 290
6. 9. 284
II. *Cor.* 7. 9. *& ſeqq.* 291
Epheſ. 4. 10. 271 274
II. *Theſſal.* 2. 14. 263
3. 2. 267
II. *Timoth.* 2. 13. 14. 264
2. 2. 264
Hebr. 6. 4. 6. 292
Jacob. 1. 15. 282
I. *Petr.* 2. 21. 307
I. *Jo.* 2. 2. 289
4. 6. 271
II. *Jo.* 12. 264

INDEX
RERUM ET NOMINUM.
A

Aerius hæreticus IV. Sec. primus qui precum & Sacrificiorum pro Defunctis utilitatem inficiatus ſit 251. Quis eſſet, & quæ id egerit 252. Statim a Patribus impugnatus damnatuſque eſt. *ibidem*. Damnati etiam deinceps Albigenſes, Valdenſes, aliique illius errorem ſecuti 262 *& ſeq.*
Alciatus Andreas Mediolanenſis, Ticinenſis Univerſitatis Profeſſor Juriſprudentiam Græcæ Linguæ ope plurimum illuſtravit 34. 35.
Alcoranus. V. *Mahometus*.
Alphonſus Bonhominis Ord. Præd. Hebraice & Arabice peritus Sec. XIV. ſcripſit adverſus Judæos & Saracenos. 64
Ambroſius Storch, ſeu Pelargus Ord. Præd. Græce Hebraiceque doctus voce & ſcriptis Novatores refellit. 69. 248.
Ambroſius Theſeus Papienſis Canon. Regularis Lateran. de Orientalibus Literis præclare meritus laudatur. 188 *& ſeq.*
Andreas Rhodius Ord. Præd. Archiep. Coloſs. Græce & Latine peritiſſimus in Concil. General. Ferrariæ, & Florentiæ egregiam contra Schiſmaticos operam Eccleſiæ præſtitit. 65.
Angeli. Eorum apud Deum interceſſionem implorare conſueverunt etiam Judæi. 205 *& ſeq.* 340. Angelus etiam cuſtos uniuſcujuſque ab ipſis creditus. 209.
Anſaldus Caſtus Innoc. Ord. Præd. laudatus 204. 208.
Arabes. 98. V. *Lingua*. *Verſio*.
Arias Montanus laudatur 28. 79. 80. 81. 180. 196.
Aſiaticorum conſuetudo celebrandi Paſcha Luna XIV., quanti facienda eſſet. Quid Aſiæ nomine, quum de his agitur, intelligendum 244 *& ſeqq.*
Aſſemanus Joſeph Simonius laudatur 150. 162. 170. 171.
Aſſemanus Stephanus Evodius laud. 150.
Aſſyrii. V. *Litera*.
S. Auguſtinus Hjeronymianam S. Scripturæ Verſionem non ſemper improbavit, ſed eam pluris quidem fecit, adhibuitque 51. 55.

Lin.

Linguarum Hebreæ & Græcæ opus habere Theologos fatetur 176. Nequaquam ſentit viventium preces prodeſſe damnatis 235. De Purgatorii fide haud loquitur dubitanter 255 *& ſeq.* Nec ducit vitæ præſentis calamitates, & mortem eſſe tantum exercitamenta virtutum, non pœnas. A Calvini inſimulatione defenditur 298 *& ſeqq.*
Auguſtinus Juſtinianus Genuenſis Ord. Præd. Epiſc. Nebien. Græce, Hebraice, Chaldaice, & Arabice doctiſſimus, Hebraicæ Linguæ Scholam in Pariſienſi Univerſitate primus aperuit 72 73. Biblia Polyglotta primus poſt Origenem adornavit, multaque in lucem emiſit 74. 75.

B

Bacchinius Benedictus Ord. Sancti Benedicti laudatur 439.
Bartolucci Julius citatur 205. 208. 332. 345.
S. Baſilius M. laudatur 278. V. *Liturgia*.
Beauſobrius Iſaacus neceſſitatem purgationis animarum antequam admittantur in Cœlum non rejeit 315. Scribit Tertullianum, & generatim Patres credidiſſe animas omnes in ſubterranea quædam loca deſcendere, & Millenariorum opinioni adhæſiſſe. Refellitur 358. *& ſeq.*, 374. *& ſeqq.*
Bellarminus Robertus S. J. Card. citatur 83. 86. 91. Senſus in quo accipit verba Chriſti Luc. XII. 58. 59. laudatus, & propugnatus 318.
Benedetti Petrus Syrus Maronita S. J. laudatur 150.
Binghamus Joſeph ex Liturgiarum auctoritate aſſerit preces pro Sanctis fieri conſueviſſe; ut hoc argumentum, quo ex precibus pro Defunctis fieri ſolitis Purgatorii fidem probamus, deludat 222. 226. 232. Liturgiæ in medium afferuntur: Chryſoſtomi verba a prava illius interpretatione eximuntur, maleque fidei convincitur & refellitur 222. *& ſeqq.* Immerito etiam Auguſtinum notat 234. Purgatorium a Græcis improbatum dicit 331. & Catecheſes Myſtagogicas a S. Cyrillo Hieroſol. abjudicat 362.
Blanchinus Joſeph Congr. Or. S. Philippi laudatus 104.
Blaſphemia in Spiritum S. 215 *& ſeqq.*
Bochart Samuel laudatus 20. *& ſeq.* 28. 97.
Le Boeuf Abbas citatur 56.
Bonacurſius Bononienſis Ord. Præd. Sec. XIII. errores Græcorum græco etiam idiomate ſcribens refutavit 63.

Borromæus Federicus Card. & Archiep. Mediolan. Eximia ejus animi magnitudo, doctrina, & in Linguis Orientalibus etiam peritia 123. Utiles ipſas ac neceſſarias ſæpe aſſe reſtatur 4. 92. 133. 134. Earum neceſſitati ſolis Verſionibus ſatisfieri non poſſe commonuit 128. Bibliothecam, Ambroſianam nuncupatam, fundavit; ut harum quoque culturam promoveret 123. 134. In Seminario Mediolanenſi Græcæ Linguæ Scholam inſtituit, remiſſa penſione Adoleſcentibus ſtudio ejus addictis 134. Citatur etiam & laudatur 94. 100. 102. 106. 259.
Bourget Ludovicus 8.
Bremond Antoninus Mag. Generalis Ord. Præd. laudatur 58. 278.
Buxtorfius Jo: Calviniaous refellitur 59. & ſeq.

C

Cadmus. V. *Litera*.
Cajetanus Thomas de Vio Cardin. Ord. Præd. laudatur 196. 285. Ejus Verſio Sac. Scripturæ laudata 210.
Calmet Auguſtinus O. S. Bened. citatur & laudatur 111. & ſeq.
Calvinus Jo. Ejus, aliorumque in Vulgatam Latinam dicteria 87. Traditionis vim ſæpe fatetur & docet 272. & ſeqq. Secundum ipſius quidem principia, Purgatorii doctrina catholica cenſenda eſt 280. & ſeq. Negat præſentis vitæ calamitates in peccati noxam eſſe nobis immiſſas. Refellitur; ac præſertim SS. Aug. & Jo: Chryſoſtomum, quos pro placito ſuo adducit, ei repugnare demonſtratur 297. & ſeqq.
Capreolus Carthag. Epiſc. laudatur 249.
Caſaubonus Iſaacus citatur 362.
Cato M. laudatus 37.
Chaldaicarum Paraphraſium, quæ ratio habenda ſit 94. 95.
Chananæi. V. *Lingua*.
Chemnitius Martinus 294. Refellitur 301.
Chriſtiani Paulus Ord. Præd. Vir doctiſſimus plurimi æſtimatus a Jacobo I. Arag. Rege 61. An. 1263. publice confutavit R. Moyſen Gerundenſem ben Nachman *ibid.*
Chronologiæ valde conducit Lingg. Orient. cognitio 26. & ſeq. 168.
Chryſoſtomus. V. *Joannes*.
Cicero M. T. citatur 16. 23. 33. 127. 237. 263. 312.
Cinerum impoſitionis Ritus in jejuniorum majorum inchoatione 244.
Clemens Alexandr. 239. 295.

S. Cle-

S. Clemens I. Corinthios compoſuit 242.
Cœleſtini I. pronunciatum 236.
Cono Jo. Ord. Præd. Græcæ Linguæ calleutiſſimus, Patronus præſertim Hieronymi operibus ad MSS. Codd. caſtigandis incubuit 70. 71.
Conſtitutiones quæ Apoſtolicæ vocantur 221. 364. *& ſeqq.*
La Croze Auctor Hiſtor. Chriſtiani Indiæ notatus 169. *& ſeqq.* 230.
Critice. Ars hæc peritiam Linguarum in quibus Opera exarata ſunt ab Auctoribus, poſtulat 36. 165. *& ſeqq.*
Cujacius Alciati veſtigia perſecutus Græcæ Linguæ præſidio in Juris interpretatione præcelluit 35.
S. Cyprianus 220. 257. 295. *& ſeq.* 375, *& ſeq.*
S. Cyrillus Hieroſol. citatur 223. Auctor eſt Catecheſium Myſtagog. 362. Ejus in Liturgiæ veteris expoſitione fides & integritas. Beauſobrii in ipſum criminatio propulſata 363 *& ſeqq.*

D

Dallæus Jo: Calvinianus notatus 152. *& ſeq.*
Damnati. Pro ipſis non orat Eccleſia 235. *& ſeq.*
Defuncti. V. *Purgatorium*, *Satisfactio*, *Judaei*.
Dietembergius Jo: Ord Præd. hebraice doctus, cum Luthero congreſſus eſt 69. Ejus Verſio S. Scripturæ, aliaque Opera *ibid.*

E

Eccleſia, Locus in quem Chriſtiani Sacrorum cauſa conveniunt, quibus nominibus appellatus. Ejus Porcha, Dedicatio, Anniverſaria Dedicationis ſolemnitas 139. *& ſeq.* Chriſtianorum Cœtus, Traditionis tenaciſſimus. V. *Traditio*. Eccleſiarum omnium in aliquo inſtituto conſenſio pro doctrina ab Apoſtolis tradita habenda eſt 236. *& ſeqq.* Eccleſiæ Romanæ in tradita ſibi ab Apoſtolis doctrina ſarta tecta ſervanda eximia ſedulitas firmitaſque 242. 248. 250. Calvini etiam confeſſione teſtata 260.
Echard Jac. Ord. Præd ſæpe laudat. 72. *& ſeqq.*
S. Epiphanius 253. 378.
S. Ephræm Syr. 220 *& ſeq.*
Erebus. Vocis hujus origo 19.
Excommunicationis Ritus, Species, Effecta apud Hebræos 144.

Facun-

F

Facundus Jo. Veronenſis Ord. Præd. laudatus 72.

Feſta. Nonnulla ad eorum celebritatem ſpectantia ab Hebræis derivata 240. *& ſeq.*

Floerkius Jo. Erneſtus citatur 278.

Fontes Originarii quorumque Operum adeundi 126 247. *& ſeqq.* 165. *& ſeqq.* 172.

Fontes Originarii Sac. Scripturæ a Judæis haud corrupti 89. *& ſeqq.* Conſulendi etiam poſtquam Concil. Tridentinum Vulgatam Latinam authenticam definivit 82. *& ſeqq.* Etiam poſt multiplices Verſiones ob ipſarum varietatem 116. Linguarum idiotiſmos, amphibologias, proverbia 127. *& ſeqq.*, menda 127. Etiam poſt doctiſſimorum Virorum labores, & Commentaria ad loca ejus non pauca obſcura abſtruſaque, & ad commentaria Interpretum intelligenda 107 *& ſeqq.*, 124. *& ſeqq.*

Forerius Franciſcus Ord. Præd., qua ratione Iſaiam ex hebræo verterit, & commentariis illuſtrarit 87. *& ſeq.*

G

Gariophylus Blaſius laudatus 13.

Geographia. Multum ad eam confert Græcæ, aliarumque Orientalium Linguarum peritia 33. 27. 28. 168.

Goar Jacobus Ord. Præd. citatur 172. Græcæ Linguæ præſidio quantum ad rei Liturgicæ illuſtrationem contulerit 148.

Gotti Vinc. Ludov. Ord. Præd. Card. citatur 262. 285.

Goudani Magdalii Jacobi O. Præd. Græce & Hebraice periti Opp. 72.

Græca Lingua. V. *Lingua*. 19. 344.

Græci Purgatorium fatentur: neque hujus dogmatis causa ſejuncti ſunt 332.

Res Grammatica, quemadmodum ab Orientalium Linguarum peritia illuſtretur 4. *& ſeqq.*

Gravina Dominicus Ord. Præd. citatur 267.

Gravina Jan. Vinc. citatur 35.

S. Gregorius Thaumaturgus Origenis diſcipulus, cjuſque laud. 46.

Grotius Hugo citatur 13. 317. 205. 319. 262. 144.

Guilielmus de Moerbeka Ord. Præd. Sec. XIII. quædam Opera è græco in latinum vertit 57. Gregorio X. in Conc. Lugdun. II. præſto fuit 63.

Hackſpa-

H

Hackſpanius Theodoricus Lutheranus verba Job. V. 1., ita ex Hebræo interpretatur, ut Sanctorum Invocationem rejiciat 194. 195. Refellitur 196 *& ſeqq.* Probat Judæos Purgatorium non agnoſcere; Chriſtique verba Matth. XIII. 32. novo machinamento detorquet 194. 195. Fuſe refellitur 215. *& ſeqq.*, 327 *& ſeqq.*
Hæretici de Linguarum Orientalium ſtudiis quantum ſolliciti 179. 182. Eorum adverſus Purgatorium criminationes 253. *& ſeq.* Traditionis momentum ingens fatentur, ac docent 260. *& ſeq.*, 271. *& ſeqq* Eorundemmet inconſtantia, repugnantiaque in docendo, veritatem abjeciſſe demonſtrat 261. 262. 275.
Harpprecht Jo. J. C. labefactare Purgatorii veritatem affectans refellitur, & repetitur 322. & *ſeq.*
Hebræa Lingua. V. *Lingua*.
Hebraicus Sacræ Scripturæ Textus ab Hebræis corruptus dicendus non eſt 88. *& ſeqq.* Ejuſdem uſus 91. *& ſeq.*
Hexapla. V. *Origenes*.
S. Hieronymi ſtudium in Linguis Orientalibus addiſcendis, in Sac. Scripturis vertendis, conferendis, & expendendis 47. *& ſeqq* 54. *& ſeq.* Danielem ipſe quidem vertit 54. quanti Origenem fecerit 43. 44. 47.
Hiſtoriæ ſtudioſus ex Græcæ Linguæ peritia, Græcorumque lectione quantum proficiat 33. 34. Siquæ res in Eccleſia geſtas ſcire velit, e Græcis quidem plurimum, e Syris vero etiam non pauca percipiet 167. *& ſeq.*
De Houtteville Abbas notatus 62.
Hugo de S. Charo Ord. Præd. Card. 58.
Hugo, V. *Grotius*.

I

S. Ignatius Martyr 239. 238.
Invocatio, & Interceſſio Sanctorum non ab Ethnicis accepta, ſed e Sacris Literis, *Job.* V. 1. 197 *& ſeq.*, ejuſque multis earum locis 203. *& ſeq*, quibus Eccleſiæ traditio 222. *& ſeqq*, 233. *& ſeq.*, & Judæorum conſuetudo adſtipulatur 205 *& ſeqq.* 340. Nec ſolum pro Eccleſia in genere, ſed etiam pro ſingulis intercedunt 208. *& ſeq.*

S. Joannes Chryſoſtomus quo ſenſu dicat pro Martyribus oblationes fieri: Ejus verba a præpoſtera Binghami explicatione longe recedunt 231. *& ſeqq.* Illud item quod ait, *propter hoc imponit nobis pœnam Deus, non de peccatis ſumens ſupplicium, ſed ad futura nos corrigens*; quiſque ſenſus a perverſa Calvini acceptione vindicatur 300. *& ſeqq.*
Joannes de Monte Nigro Ord. Præd. in Conc. Flor. adverſus ſchiſma Græcorum, Eccleſiæ, fideique cauſam tenuit 64. *& ſeqq.*
Jovis nomen unde ductum 24.
Iricus Joannes Andreas Canon., & Ambr. Bibliot. Doct. laudat. 145.
Judæi uſquequaque diſperſi Sacros Codices bajulant ad teſtimonium aſſertionis Eccleſiæ 49. Eorum ſtudium, ac religio ne interpolentur 88. *& ſeqq.* Neutiquam cenſent expiari peccata omnia dolore mortis 350. *& ſeqq.* Triplex ab ipſis quidem defunctorum ſtatus diſtinguitur. 1. Perfecte Juſtorum. 2. Perfecte Impiorum. 3. Mediorum 328 *& ſeqq.* Primos credunt ad felicitatis locum ſtatim traduci: perfecte impios ad Infernum perpetuo torquendos detrudi; ipſoſque reſurrecturos utique, ſed ad opprobrium, & contemptum æternum *ibid.*, & 333. *& ſeq.* Medios temporariæ pœnæ addici, eaque data, atque a peccatorum ſordibus emundatos ad locum deliciarum aſcendere *ibid.*, *& ſeqq.* eorus hos vero relevari ac ſolvi, ubi ſuffragiis adjuventur 338. *& ſeqq.* Sic jam credebant ante Chriſti ætatem: Expenditur locus II. Macchab. XII. 341. *& ſeqq.* Sanctorum quoque, & Angelorum Interceſſionem implorare conſueverunt, V. *Invocatio. Angeli.*
Jurisprudentia Græcæ Linguæ ope reſtituta fuit, & illuſtrata 34. 35.
Jus canonicum. Neceſſe eſt, ut qui hoc ſtudium profitetur Græcæ Linguæ cognitionem habeat 133. 134.
Juſtinianus. V. *Auguſtinus.*

K

Kemnitius. V. *Chemnitius.*

L

Lamius Jo. laudatus 103.
Leo Allatius 331.
Le-Quien Michael Ord. Præd. Hebræi textus auctoritatem propugnavit 89. citatur 332.

S. Leo

S. Leo P. laudatur 250.
Lighifoot Jo: citatur 317.
Lingua Arabica elegans eſt 27. valde conducit ad Hebræum ſermonem intelligendum, & explicandum 97. ad Geografiam 27., *& ſeq.* ad Liturgiarum Orientalium explicationem 165. ad Mahometi & Sectatorum ejus refutationem 213.
Chananea eadem ac Phœnicia, atque ab Hebræa minime diſtinguenda 22.
Græca admodum confert ad rite aſſequendam latinam 29. ad Rhetoricam, Poeticam, Geographiam, Hiſtoriam, Medicinam, Juriſprudentiam 33. *& ſeqq.*, ad intelligentiam Sacror. Codicum 92. 101. *& ſeq.* SS. Patrum & Eccleſiæ Canonum 132. Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ 167. Rei Liturgicæ 248. *& ſeqq.*
Hebræa ejus dignitas, & venuſtas 11. *& ſeqq.* Præſtantia ejus ad Græcorum, & Latinorum Scriptorum explicationem 18. *& ſeqq.* ad Mythologiam 23. Rem nummariam 24. Chronologiam 26. Geographiam 27. 28. Ad rectam Sacri Textus, Verſionumque intelligentiam 42. 118. *& ſeqq.* Ad explicandos Eccleſiæ Ritus, & Eccleſiaſticæ Hierarchiæ origines 137. *& ſeqq.* Ad revincendos Judæos 157. multorumque errorum origines detegendas 159.
Syriacæ peritiam quanti facere debent qui Sacros Codices verſant 95. *& ſeq.* 103. *& ſeq.* Qui Liturgiarum explanationi 250., & Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ operam navant 168.
Linguæ Scientiarum januæ ſunt 190.
Linguarum Orientalium ſtudium a Proteſtantibus diligenter excultum 179. *& ſeqq.* Eorum decreta 182. Quid de Catholicis qui ſtudium iſtud non probant 183 *& ſeqq.*
Literas Aſſyrias ſemper fuiſſe creditum olim eſt 5. A Cadmo e Phœnice ad Græcos, ex his ad Latinos delatæ ſunt *ibidem*, *& ſeqq.* non ab Ægyptiis acceptæ 8. Phœniciarum nomine donatæ veteres Græcorum literæ 6. ab his vix diſtabat Latinorum forma 7. Earum numerus, ordo, ac nomina hanc eandem propagationem confirmant 8. 9. Copticæ duxerunt è Græcis 8.
Liturgiæ plurimi a Theologo faciendæ 145. 165. *& ſeq.* Linguarum Orientalium ope explicandæ 147. *& ſeqq.* Liturgiæ Græcorum, Syrorum, Coptorum, aliorumque in medium afferuntur; pateteque alia ratione Sanctorum, alia aliorum defunctorum fidelium commemorationem fieri conſueviſſe, Sanctorum ut orent pro nobis, aliorum ut Deus eis propitius reddatur 122. *& ſeqq.* Ac pro Sanctis oblatio quidem fit, ſed in gratiarum actionem, pro aliis in ſupplicationem 369. *& ſeqq.*
Le Long Jacobus 99.

Longinus Rhetor cit. 12.
Lutherus Martinus 179. Traditionis dogma, Eccleſiæque auctoritatem ſequendam docuit 271.
Lyranus Nicolaus Ord. Min. laudatus 59.

M

Macchab. Lib. auctoritas 205. 341.
Mahometi doctrina non nugatorium quid reputanda, ſed argumentis idoneis refellenda: Ex Judæorum Traditionibus, & commentis hauſta præſertim eſt; quibus cognitis accomodatam Theologus inſtituat confutationem 160. *& ſeq.*
Malvenda Thomas Ord. Præd. Ejus Bibliorum Tranlatio, & Annotationes in ipſam laudantur 88. 110. *& ſeq.*
Mamachius Thomas Ord. Præd. laudatus 58.
Maracci Ludovicus Congreg. Matris Dei laudatus 260. 263.
Marmochinus Sanctes Ord. Præd. Sac. Scripturam e Textibus originatis in Etruſcum vertit, aliaque compoſuit 71.
Martianæus Jo: Ord. S. Bened. laud. 53.
Martini. V. *Raymundus*.
Medicinæ valde utilis Græcæ Linguæ cognitio 34.
Melchior Canus Ord. Præd. 122. 129. 157. 267. 291.
Melanthon Philippus 179. citatur pro Traditionis dogmate 271.
Millenariorum ſententiæ pauci ex veteribus Patribus adſtipulati ſunt 375. *& ſeqq.*
Miniſtrorum Sacrorum Ordinatio, Nomina, Munia 237. 238. Juriſdictio 139.
Miſchna 140. *& ſeqq.* 346.
Moerbecka. V. *Gullielmus*.
V. Maneta Cremonenſis Ord. Præd. laud. 262.
Muratorius Ludovicus Antonius laudatur 36. 222. 227. 378
Mythologia Linguæ Hebraicæ peritiam quidem deſiderat 23. *& ſeq*

N

Natalis Alex. Ord. Præd. 262. 318.
Neſtoriani in Re Sacramentaria nobiſcum conſentiunt 170. *& ſeq.* in Sanctorum Invocat. 225. *& ſeq.* in Purgat. 229. *& ſeq.*
Niges. V. *Petrus*.

Numms.

Nummaria res Linguarum Orient. ope illuſtratur 24. & ſeq.
Nymph. Bithyn. De Concilio ibi habito, ejuſque Actis 61. & ſeq.

O

Oertelius Jo: Gottofr. notatus 269.
Oratoria majeſtas apud Sacrae Scriptores 13.
Ordinationum Ritus ex vetuſta Hebræorum conſuetudine explicatur 137. & ſeq.
Ordinis Prædicatorum Sodales Sec. XII. Linguarum Orientalium ſtudium reſtituere 56. 57. An. 1236. Sacra Biblia ab Exſcriptorum vitiis expurgarunt, variaſque lectiones MSS. Hebræorum, Græcorum, & veterum Latinorum adnotavere 58. Nonnulla ex idiomate Græco, & ex Arabico in Latinum verterunt 56. & ſeqq., multamque & deinceps ejuſcemodi Linguarum præſidio Eccleſiæ opem tulere 60. & ſeqq. 177 opportuneque initio Sec. XVI. ſtudium iſtud apud Catholicos inſtaurarunt 64. & ſeqq. Sæpe in Generalibus eorum Comitiis de eodem promovendo decrevere 177. & ſeq.
Origenis ſtudia 43 Hexapla, Octapla, Hennenapla 44. 45. Eorum uſus *ibid.* Ejuſdem Diſcipuli, merita, & laudes 46 & ſeq.

P

Pagninus Sanctes Ord. Præd. de Sac. Scripturæ, & Linguarum Orientalium ſtudiis optime meritus 76. & ſeq. Ejus Sac. Scripturæ Verſio a Ricardi Simonii accuſatione defenditur 78. & ſeqq.
Paraphraſium Chald. quæ ratio habenda 94.
Pauzzi Jo: Vinc. Ord. Præd. laudatur 235.
Paulus. V. *Chriſtiani*.
Paulus V. Linguarum Orientalium ſtudia apud Regulares Decretis etiam præmiis conſtituit 178.
Peccatum in Spiritum Sanctum 215.
Peccatorum venialium a mortalibus diſtinctio 282. & ſeqq., 317. & ſeqq. Venialium in Purgatorio remiſſio 314. & ſeqq.
Pelagius. V. *Ambroſius*.
Pentateuchi Samaritani antiquitas & præſtantia 93.
Pertuſii Com. D. Carolus Mediolanenſis Senatus Præſes laudatus 186. Bibliotheca ab ipſo extructa 188.
Pertuſati Franciſcus Ticini Epiſc. Archiep. Amaſienſis laud. *in Præf.*

Peta-

Petavius Dionyſ. S. J. 159. 171.
S. Petrus Mauritius Abbas Cluniac. Alcoranum refutavit 160. *& ſeq.*
Petrus Niger Ord. Præd. Hebraice peritus Sec. XV. contra Judæos ſcripſit, & Linguæ Hebraicæ Inſtitutiones compoſuit 64.
Pfochenii Sebaſtiani opinio de puritate Græcæ Linguæ Novi Teſtamenti rejecta 103.
Phœnicum Lingua eadem atque Chananæorum & Hebræorum 22. De eorum Literis. V. *Litera*.
Plauti verſus Scen. 1. Act. 1. Pœn. 20.
Pœna non ſemper cum culpa dimittitur 284. *& ſeqq.* Diſcrimen inter remiſſionem quæ fit in Baptiſmo, & illam quæ fit in Pœnitentiæ Sacr. 291. *& ſeqq.* Perperam a Calvino rejicitur diſtinctio pœnæ a culpa 322. *& ſeqq.* Pœnæ hujus vitæ ſunt vere & proprie pœnæ, non tantum exercitamenta virtutum. Calvinus refellitur 297. *& ſeqq.* Auguſtinus, & Chryſoſtomus explicantur *ibid.* Pœna pro peccatis aut in hoc, aut in altero Seculo danda eſt 299.
Pœni quaſi Phœni a Phœnicia. Eorum lingua 22.
Pœnitentiæ vocabulo in Scripturis non nova tantum indicitur vita, ſeu ceſſatio a peccato 290.
In Pœnitentiæ Sacramento non ſemper omnis pœna dimittitur 292. Pœnitentis actus requiruntur *ibid. & ſeqq.* Pœnitentiæ antiqua ritus 295. Pœnitentia peragebatur, ut Deo ſatisfactio exhiberetur *ibid.* Ex hac nihil injuriæ infertur ſatisfactioni Chriſti 296. *& ſeqq.*
Poeſeos dignitas in Moſe, aliiſque Sac. Scriptoribus 11. apud Syros 17. apud Græcos 33.
S. Polycarpus 238.
Prædicatores. V. *Ordo*.
Purgatorii doctrina propugnatur ex Chriſti verbis (*Matth.* XII. 32.) 218. Item ex Dei Verbo, in quo diſtinguuntur peccata levia a lethalibus 281. *& ſeqq.*, 317. *& ſeqq.*, ac docemur remiſſa culpa pœnam non ſemper illico omnem remitti 284. *& ſeqq.* Ex priorum Seculorum Patribus 219. *& ſeqq.*, 255. *& ſeqq.* Ex communi Eccleſiarum fide expreſſa in Liturgiis non Latinorum tantum, ſed etiam Græcorum, Syrorum, aliorumque 222. *& ſeqq.* proindeque ex Traditione vi quæ ineluctabilis habenda eſt 236. *& ſeqq.*, 260. *& ſeqq.* Neceſſe haud fuit, nec expediebat clarius eam in Vetere Teſtam. olim edici 357. Nec ut primi Eccleſiæ Seculi Patres in ea diſſerenda multum immorentur 262. 357. Perperam quidam Græcorum fidem ab hac doctrina alienam eſſe ſcripſerunt 331.

Quarto-

Q

Quartodecimani . V. *Aſiatici* .
Quetif 20. Ord. Præd. laud. 72. *& ſeqq.*
Quintilianus Fabius 109. 113. 115.
Quirinus Angelus Maria Ord. S. Bened. Cardin. laudatus 149.

R

Rabbinicæ Literaturæ cognitio Sac. Scripturæ Interpretibus, ac Theologis valde prodeſt 100. 106. 137. 158. *& ſeqq.* Rabbinorum doctrinæ promuntur pro Sanctorum, & Angelorum Invocatione 205. *& ſeqq.* 340. pro Purgatorii veritate 328. *& ſeqq.*
Raulin Jo: Facundus Ord. Eremit. S. Auguſt. citatur 150.
Raymundus Martini Ord. Prædic. Sec. XIII. Hebraice, Chaldaice, Arabice, & Rabbinice peritiſſimus edidit contra Judæos *Pugionem fidei*, & *Capiſtrum* ; Scripſit etiam contra Alcoranum 61. 62.
S. Raymundus de Pennafort Ord. Prædic. Sec. XIII. Linguarum Hebraicæ, & Arabicæ Scholam Sodalibus ſuis inſtituit 57. 177.
Renaudotius Euſebius de Latuig. Orient. præclare meritus 148. 150. 165. 225. A Crozio perperam accuſatus 169. *& ſeqq.*
Rhodius . V. *Andreas* .
Ricardus al. Ricoldus de Monte Crucis Ord. Præd. Arabice doctus Alcoranum confutavit 64.
Ricardus Simonius 103. 110. Sanctis Pagnini Verſionem injuria reprehendit 78. *& ſeqq.*
Ricchinius Thomas Auguſtinus Ord. Præd. laudatur 261.
Ritus Eccleſiæ haudquaquam invecti ab Antichriſto 246. multi ab Hebræis accepti 135. *& ſeqq.*
Rollin laudatur 13.
Roterus . V. *Spiritus*.
Rugerius Julius citatur 82.

Sabatier

S

Sabetier Petrus Ord. S. Bened. laudatur 42. 104.
Sac. Scriptura quo ſpiritu, quibus doctrinarum ſubſidiis expendenda 113 & ſeqq. 40. Originarii ejus fontes conſulendi. V. Faſter. Quanta neceſſitas adhuc ſit in ejuſdem perſcrutatione, & explanatione verſandi 211. & ſeqq.
Salmeron Alphonſus S. J. citatur 83.
Samaritanus. V. Pentateuchus.
Sanchoniatonis Beritii dicta quædam explicata 19
Sanctes. V. Marmochinus.
Sanctes Pagninus Ord. Prædic. de Sac. Scripturæ, & Linguarum Orientalium ſtudiis optime meritus 76. & ſeq. Ejus Sac. Scripturæ verſio a Ricardi Simonis accuſatione defenditur 78. & ſeq.
Sancti. V. Invocatio.
Satisfactio. Quæ vocabuli hujus ratio: Vera a nobis Deo ſatisfactio exhibetur 304 & ſeqq. Primis quidem Eccleſiæ Seculis Deo exhibebatur 295. & ſeq. Satisfactio noſtra Christi ſatisfactioni injuria non eſt, qui nos ab ea immunes eſſe non voluit 304. & ſeqq. Vel in hoc, vel in altero Seculo exhibenda eſt 315. & ſeq. Veritati huic concinunt etiam Judæi 335. & ſeqq. 350. & ſeq.
Saturnus quare ſic appellatus 23.
Scheffmacher Jo. Jacobus S. J. laudatur 262.
Scheibleri objectatio adverſus Purgatorium diſſolvitur 322. & ſeq.
Scholaſtici. V. Theologi.
Schultens Albertus cit. 98.
Seculi futuri nomen 228.
Sciarius S. J. laudatur 85. & ſeq. 253.
Simonius. V. Ricardus.
Sixtus Senenſis Ord. Prædic. citatur 74 90. 132. 154.
Soto Dominicus Ord. Prædic. laudatur 131.
Spinius Ruterus Ord. Præd. 70. apud Tuiſiates Catholicam fidem ſuſtinuit ibid.
Suffragia damnatis non proſunt; nec pro eis orat Eccleſia 235. & ſeq. pro aliis defunctis fidelibus opis egentibus ubique, & ſemper tulit 220. 228. & ſeqq. Conſentiunt Judæi. V. Judæi.
Sylveſter de Prierio Ord. Præd. 68.
Synagogæ nomen 235
Syri. V. Lingua. Verſio.

Talmud

T

Talmud. V. *Rabbinica literat.*
Tertullianus a perverſa Beauſobrii interpretatione vindic. 258. 576.
Tertullianiſtæ 247.
Teſtamenti Veteris fons, verſiones 88 *& ſeqq* Novi Teſtamen. Codices originales Græci: eorum auctoritas: dictmoia, genus 102. *& ſeqq.* V. *Scriptura*.
Textus Originarii. V *Fontes*.
Theodoricus. V. *Hackſpanius*.
Theologi Scholaſtici, non ita, ut tradeeuntur, Linguarum ignari: eorum differendi ratio laudata 180. *& ſeq.*
Theseus. V. *Ambroſius*.
S. Thomas Aquinas Hebraicis, & Græcis Textibus ſæpe numero uſus eſt 180. laud 196. 227. 235. 283. 284. 285. 286. 291. 292. 293. 294. 305. 308. 314. 315. 323. 347.
Ticinenſis Univerſitas 185.
Toletus Franciſcus S. J. Cardin. laudatur 203.
Touron Antoninus Ord. Præd. laud. 62.
Traditio quanti facienda ex Sac. Scripturæ teſtimoniis 263. *& ſeqq.* Ex Eccleſiæ indole, & Inſtituto 238. *& ſeqq.* Ejus vis a Calvino cognita 260. *& ſeq.*, 272. *& ſeqq.* A Luthero 271. A Philippo Melanthone *ibid.*
Traditione mentibus nobis, ad adverſarios qui accuſatores noſtri ſunt, perinei probatio eorum in quibus diſſentiunt 279.
Traditio Aſiaticorum de Paſchatis celebratione Leoa XIV. expenditur 243. *& ſeqq.*
Trid. Concil. laudatur 53 82. *& ſeqq.* 201. 209. 293. 298.

V

Valverdius Bartholom. laudatur 345.
Vega Andreas citatur 85.
Veneris nomen unde manet 24.
Verſio Arabica S. Scrip. Originario Textui explicando non parum inſervit 97. 98 105.
Græca LXX et8 quædam exhibeat minus apte interpretata 52. magni tamen facienda eſt 89. *& ſeqq.*

* * *

Latina vulgata vetus ex hac expreſſa non æque bene primigenii Textus veritatem reddebat 49. Latina vulgata hodierna exactior 52. Merito eam Tridentinum pro authentica habendam decrevit 53. 201. Quomodo ad intelligendum 82. & *ſeqq.* Ejus præſtantia a Proteſtantium doctiſſimis agnita 251. Merito eam &c.

Syriaca perutilis 95. 96. 102. & *ſeqq.*

Latina Sanctis Pagnini 77. a Ric. Simonii accuſatione defenditur 78. & *ſeqq.*

Verſionum variatum utilitas 210.

Verſionum varietas ubi invenitur, ad fontes recurrendum 216. & *ſeqq* tenuitas illorum, qui hos conſulere non valentes, ſolis Verſionibus innituntur. *ibid.* 212.

De Voſſio Joſeph laudatur 61. 62. 259. 345

Urbanus VIII. Linguarum Orientalium ſtudia a Regularibus excolenda decrevit 178.

Walenburch Adr. & Petrus laudati 267. 270. 323.

Wanslebius Jo: Michael Ord. Præd. laud. 150.

Vulgata. V. *Verſio Latina*.

Wolzogenius Jo: Ludovicus Socinianus citatur 355. refellitur 356.

X

Ximenius Franciſcus Cardin. Ord. Min. laudatus 75.

Y

Τῦ praepoſ. non in ſupplicatione tantum, ſed in gratiarum etiam actione adhibetur 367. & *ſeq.*

Nos

Nos Fr. VINCENTIUS MARIA FERRETTI
Sac. Theol. Profeſſor, ac totius Ord. Præd.
humilis Magiſter Vic., & Procurat.
Generalis, ac Servus.

HArum ſerie, noſtrique auctoritate officii, quantum in nobis eſt, facultatem concedimus P. Magiſtro Fr. Henrico a Porta Prov. noſtræ Sancti Petri Martyris, & in Univerſitate Ticinenſi publico Sacrorum Bibliorum, & Linguarum Orientalium Profeſſori typis edendi una cum Prælectione = *De Linguarum Orientalium præſtantia*, *Exercitationes duas* ab ipſo elaboratas: *De Invocatione Sanctorum*, *& de Purgatorio*, *in Jobum*, *& in Matthæum*; dummodo a RR. Adm. PP. Magiſtris Fr. Joſepho Maria Baldironi, & Fr. Pio Guerentio Ex Provincialibus ejuſdem Provinciæ prelo dignæ judicentur, & ſerventur cetera de jure ſervanda. In nomine Patris &c. In quorum &c. Dat. Romæ in Conventu noſtro S. M. S. M. die 18. Febr. 1756.

Fr. VINCENTIUS MARIA FERRETTI
Vicarius, & Procurator Ordinis.

Regiſt pag. 7.

Fr. Thomas Ignatius Maria Natta
Magiſter, & Socius.

Legi prædictum Opus, & prelo digniſſimum cenſeo. Mediolani in Cœnobio Euſtorgiano die 3. Augusti 1756.

Fr. Joſeph Maria Baldironi O. P. in Prov. Magiſt. & Ex Provinc.
Fr. Pius Dominicus Guerenzi O. P. in Prov. Magiſt. & Ex-Provinc.

De

DE mandato Reverendiſs. P. Sac. Theol. Magiſt. P. Hermenegildi Todeſchini Ord. Præd. Inquiſitoris Gen. Med. perlegi MS. cui titulus = *De Linguarum Orientalium ad omne doctrinæ genus præſtantia*, cui annexæ ſunt *Exercitationes duæ*, quarum prima eſt *De Invocatione Sanctorum*, altera vero *De Purgatorio*, Auctore *P. Magiſtro Henrico a Porta Ord. Prædicatorum*, *publico Profeſſore Sacræ Scripturæ*, *& Linguarum Orientalium in Univerſitate Ticinenſi* = in quo miratus ſum tanti Viri ingenium, atque eruditionis præſtantiam mihi ſatis alioqui, aliiſque plurimis jam perſpectam, ut propterea gratuler celeberrimo Ticinenſi Athenæo, atque Inſubriæ univerſæ, quod prudentiſs. S. C. ad Divinorum Codicum Interpretationem, atque Orientalium Linguarum Inſtitutionem tam præclarum ehtulerit Sæculo noſtro lumen. Interim ſpecimen hoc doctrinæ ejus ad accendendos ad tam neceſſaria ſtudia Adoleſcentes aptiſſimum typis tradendum cenſeo, ſi tamen &c. Mediol. ex Ambroſiana Bibliotheca VI. Kal. Octob. Anno Chriſti MDCCLVI.

Canonicus Joannes Andreas Irico
Collegii Ambroſ. Doctor, Librorum Cenſor, & qualificator.

Die 26. Septembris 1756.

Attenta præfata approbatione

IMPRIMATUR.

Fr. Hermenegildus Todeſchini Sac. Theol. Magiſt. Ord. Prædic. Inquiſitor Generalis Mediolani.

B. Mazzolenus Can. Ord. Theol. pro Eminentiſs. & Reverendiſs. D. D. Card. Archiepiſcopo.

Vidit Julius Cæſar Berſanus pro Excell. Senatu.

PRÆ-

PRÆLECTIO

QUA LINGUARUM ORIENTALIUM,

In Humanis, Diviniſque Diſciplinis frequens *UTILITAS*, Ac nonnunquam *NECESSITAS* demonſtratur.

Quamquam illorum conſuetudo, N. N. qui docendi munus aliquod ſuſcepturi, a commendatione illius Doctrinæ, quam tradituri ſunt, auſpicantur, vulgaris ac nimium trita eſſe videatur, ab ea nihilo tamen minus mihi haud quaquam recedendum exiſtimo; quum tale Orationis argumentum, ſi ullus unquam merito aſſumpſit, ipſe

profecto poſſim ac debeam jure quodam mihi proprio hac ipſa die potiſſimum vindicare. Sacris enim vero Literis interpretandis, ac Linguis præterea Orientalibus edocendis admotus; tametſi horum primum ſatis ſua ſe dignitate ac præſtantia tueatur; alterum tamen Doctrinæ genus quum non æqualiter ubique viguerit, non levis inde mihi in eo collaudando ſuſcipiendus eſt labor. Eumque facile quiſque comperiet longe majorem procul dubio poſtulari, quam ſi Philoſophicis, aut Theologicis Facultatibus tradendis præluderem. Hæ ſiquidem Diſciplinæ communi inſtituto probatæ, etiam Patronis tacentibus facile ſe ipſæ commendant. Haud aliter dixerim de Medicina, ac Juriſprudentia: Vix etenim quemquam inveniemus, niſi rudem prorſus, & imperitum; qui in
tanta

tanta Juventutis ad ea ſtudia glorioſe nitentis frequentia exquiſitiorem pro agnoſcenda earundem præſtantia Sermonem deſideret. Ipſe autem Orientales etiam Linguas in hoc celeberrimo Archigymnaſio explicaturus, quarum fructus minus perſpectus quibuſdam eſt, minuſque a ſtudioſis Adoleſcentibus expetitus; Ipſe, inquam, ſi nihil, aut parum de earundem dignitate proloquerer, eam certe viderer initio Provinciam deſerere, in qua Excellentiſſimi, Sapientiſſimique Senatus Mediolanenſis beneficentia locatus ſum. Tota jam itaque animi contentione mihi enitendum exiſtimo, quo pro modulo meo harum Literarum præſtantia luculentius oſtendatur & pateat; earumque cultus frequentior in dies evadat, latius, ac felicius amplificetur. Quod equidem

 facile

facile ſperandum crediderim, ſi præclaræ indolis Adoleſcentes ex iis, quæ dixero probe intellexerint ſtudia hæc ſibi in Humanis quibuſque Diſciplinis magnopere profutura; nonnunquam etiam, maximeque in Rerum Divinarum Scientia hiſce præſertim temporibus neceſſario poſtulari. (1)

II. Orientales Linguas, quatenus Humanarum Facultatum amatoribus conducunt, principio ſpectaturi, ab eo quod re ipſa primum eſt exordiemur, videlicet a Re Grammatica. In hac porro ſi quis Literarum non merum uſum habere velit, ſed eum etiam delectet ipſarum ortus, ætates, progreſſus, viciſſitudines inveſtigare, eò ſane per-

(1) Haud aliter ſentire videtur virtutibus non minus quam ſcientia ſpectabilis Card. Federicus Borromæus Archiep. Mediol (è quo plura deinde afferemus) qui *De Abſoluta Collegii Ambroſiani in Literis Inſtitutione* i 3. hæc habet: „ Linguarum peritia utiliſſi„ ma eſt, & ad multorum Librorum lectionem neceſſaria.

perventurum ſe haudquaquam exiſtimet, ſi Orientalia Monumenta percurrere prætermittat. Facile etenim quidem eſt Græcis, Latinisque Teſtibus fidem dare, nobiſque ſuadere Phœnices primos Literas tradidiſſe, ſaltem ſi cum Occidentalibus Populis committantur. (1)

Phœnices primi, famæ ſi credimus, auſi,

Manſuram rudibus vocem ſignare figuris. (2)

Facile item eſt credere e Phœnice Cadmum Literas in Græciam tranſtuliſſe,

(1) Nam ſi de Orientalibus ſermo ſit, hæc habet Diodorus Sic. *lib.* 5. Σύροι μὲν εὑρεταὶ γραμμάτων εἰσὶ, παρὰ δὲ τούτων Φοίνικες μαθόντες τοῖς Ἕλλησι παραδεδώκασι. „ Syri quidem Literarum inventores ſunt; „ acceptasque ab his Phœnices Græcis tradiderunt. „ Et Plinius *lib.* 7. *cap.* 56. „ Literas ſemper arbitror Aſſyrias fuiſſe: ſed alii „ apud Ægyptios a Mercurio, ut Gellius, alii apud Syros repertas volunt. Utique in Græciam intuliſſe è Phœnice Cadmum. „
(2) Lucan. *lib.* 3. *Pharſal.*

ſe, (1) *indeque ad Italiæ Populos perveniſſe*. (2) *Sed hanc ad nos uſque perductam propagationem quomodo perſcrutabimur, niſi veteres Literarum formas contulerimus Latinas, Græcas, Hebræaſque vel Phœnicias?* (*Nam Hebræi, ac Phœnices pro eiſdem habiti*, (3) *ipſiſque ferme Characteribus uſi deprehenduntur* (4).) *Qua colla-*

(1) Herodot. *lib.* 5. οἱ δὲ Φοίνικες, οἱ σὺν Κάδμῳ . . ἐσήγαγον διδασκάλια ἐς τοὺς Ἕλληνας, καὶ δὴ καὶ γράμματα οὐκ ἐόντα πρὶν Ἕλλησι . „ Phœnices, qui cum Cadmo advenerant, cum alias Doctrinas in Græciam introduxere, tum etiam Literas, quæ apud Græcos antea non fuerant „. V. Euphorus, & Eupolemus apud Clement. Alexandr. *l.* 1. *Strom* Euſeb. Cæſar. *Præpar. Evang. l.* 10. *cap* 5. Athenæus *l.* 1. Hinc & Phœniciæ priſcæ Græcorum Literæ vocabantur. Herodot. *l.* 5. Et Scholiaſt. Eurip. *in Oreſtem*.

(2) In Latium eas attuliſſe Pelaſgos ſcribit Plin. *lib.* 7. *cap.* 56 Deque horum in Italiam adventu inter ceteros agunt Dionyſ. Halicarn. *lib.* 1., & Strabo *lib.* 5

(3) Vid. Joſeph. *lib.* 1. *contra Appion*

(4) Tam Hebræi nempe, quam Phœnices Samariticos adhibebant. Quod de Hebræis quidem clare conſtat ex Siclis perveruſtis charactere Samaritico exaratis cum epigraphe [illegible] *Jeruſalem Sancta*, quos a Samaritanis Urbem hanc exſecrantibus cuſos nullatenus credemus (a). Quoad Phœnices id ipſum ex eorum,

(a) Hac de re fuſe Scaliger *in animadv. ad Euſeb. Chron. p.* 117. VValton *Prolog.* 3. *n.* 30. & *ſeqq.* Voſſius *De Arte Gram. lib.* 9.

collatione peracta, res adeo clara eſt, ut pluribus uti teſtibus ſupervacaneum videatur. Idque cum aliis ex multis, tum ex Columna Viæ Appiæ in Farneſianos Hortos translata pateſcit; in qua triplex Alphabetum exaratum extat, ceu quoddam veſtigium ad dignoſcendam Latinarum cum Græcis, (1) *Græ-*

rum, Pœnorumque nummia non minus liquet, in quibus Characteres majori ex parte Samariticos referunt (a). Quamquam vero aliqui eorundem nummorum Characteres ad Aſſyriacos, ſeu Hebræos hodiernos magis accedant, parum id negotii faceſſit: tam quippe Samariticos, quam Aſſyriacos natura ipſa non diſcrepare, ac origine eoſdem eſſe præclare docent Cl. Ricard. Simon. (b), & eruditiſſimus D. Ludovicus Bourget (c). Id vero paſſim contigiſſe animadvertimus, Characterum nempe figuras decurſu temporis aliquantiſper a primæva origine deſciviſſe. Ac, uti ſubdit laud. Simonius, ex hodiernis etiam Judæorum Characteribus idipſum apparet, quandoquidem diverſis in Regionibus non eodem penitus modo exarati deprehenduntur; præſertim ſi de MSS. loquamur. Quin & Rabbinici licet ſuam Quadratis originem debeant, non nihil tamen ab eiſdem differunt.

(1) Græcas veteres Literarum formas a Latinis vix diſtaſſe probat Plinius *lib. 7. cap. 58.* Idemque aſſerit Tacitus *Annal. l. 11.* Quomodo autem ex Græcis Romanæ ſingulæ levi deflexione formatæ ſint, videri poteſt G. Jo. Voſſius *lib. 1. cap. 24. 25. &c.* Qua in re juvabit etiam inſpicere *Alphab. Græc. Inſcript. Sigææ* a D. Chishull. evulgat *An. 1727.*

(a) Vid. Ezech. Spanhem. *De uſu & Præſt. numiſm. Edit. Londin. an. 1716. Diſſert. 2. p. 78.* (b) *Hiſt. Crit. V. T. lib. 1. cap. 13.* (c) *In Diſſert. de Alphabetis Etruſcis tom. 1. Specim. Diſſert. Academ. Etruſcæ. Edit. Romæ 1742*

Græcarum cum Hebræis (1) *priſcam affinitatem* , & *cognationem* . *Quod* , & *Literarum numerus* , *Ordo* , (2) *ipſæque voces* , *quibus Literæ nominantur*, *declarant a Latinis quidem truncatæ* , *a Græcis integre cuſtoditæ* , *atque ex He-*

(1) Tzetzes equidem in Chiliadibus Literarum uſum penes Græcos ante Cadmum extitiſſe contendit. Sed quum nihil afferat quod alicujus momenti ſit, hæc ejus opinio merito a Viris doctis (a) rejicitur. De Literis autem a Cadmo in Græciam illatis ſubjicio earum formam principio Phœniciam, Græciſque communem fuiſſe, temporis autem progreſſu minimam primo ab Jonibus mutationem paſſam eſſe(b), majoremque inde Trojani belli temporibus, ac deinceps (c). Varia hæc figurarum deflexio obſervari poteſt in plurium Alphabetorum Tabella a laud. D. Lud. Bourget concinnata ac præfixa. Diſſert. de Alphab. Etruſco.

(2) De Literarum numero, & ordine. Vid. Bochart in Chanaan lib. 1. cap. 20. , & mox laud. Diſſertat. Ludov. Bourget , in qua relatis Clariſs. DD. De Bouhier, & Clerici de Literarum numero a Cadmo illatarum contrariis opinionibus, varia veterum dicta ingenioſe conciliat. Eadem ratione Gellii etiam opinio (d) concidit, eſſe ſemper Literarum originem ab Ægyptiis repetendam. Quum enim Imagines Hjeroglyphicæ apud ipſos pridem uſitatæ in Literarum cenſum non veniant, neque conſtet ipſos habuiſſe Literas Copticis antiquiores, has etiam cum numerus, tum figuræ, ac nomina non Græcis antiquiores, ſed ab iſtis fluxiſſe teſtantur. Vid. Walton. in Prolegom. 2. num. 4., & 12.

(a) Scaliger *in Euſeb.* Bochart *in Chanaan. lib.* 1. c. 20. (b) Herodot *lib.* 5. (c) Scholiaſt. Euripid. *in ejus Oreſtem*. (d) Vid. p. 5. not. 1.

Hebræis parce detorta. (1)

III. Ubi vero ad hæc ſublimitatem ſibi quiſpiam ſive in Proſaica Scriptione, ſive in Poeſi adjungendam conſtituat, haud equidem negligenda veniunt quæ in Voluminibus Orientalibus Literis exaratis continentur. Quamquam enim principem in his locum naturam obtinere non dubitem, non tamen inde quorundam ſententiam vobis arridere crediderim, nullius nempe nos æmulos eſſe oportere, ſed ſuam cuique indolem ſequendam eſſe. Quum enim paucos, vel potius neminem tam beate naſci videamus, ut nullo præeunte per ſe ſatis conſpiciat quid in quovis argumento, quavis etiam parte ejus, tum rerum, cum ordinis, ac dictionis ratio-

b

(1) Quæ enim Hebræi *Aleph Beth &c.* vocant, Græci *Alpha Beta &c* efferebant. Sed horum nemo, neque ipſe Plato, ut ſcite obſervat Euſebius Cæſar (a) edifferere valuit in lingua ſua unde, & quare id eis inditum nomen. Quod tamen Hebræorum puerorum quilibet, ut ſubtexit laudatus Author, facile dixerit.

ratione optimum fuerit , neutiquam eſt dubitandum , quin , uti Pictores pictas priorum tabulas ſolerti ſagacitate ſpectando proficiunt , ita animus noſter præclaros , probatoſque Duces ſectando , ac æmulando egregie nutriatur , ſuaſque hoc pacto vires nedum non abiiciat , aut infirmet , ſed auctiores eas inde robuſtioreſque fieri experimento condiſcat . A præclarorum namque Veterum animi magnitudine quædam, inquit Longinus, (1) *quaſi effluvia in æmulantium animos deferuntur , quibus incitati etiam ii , quos inferior natura ad ejuſmodi animorum ardorem non ſatis inſtruxerat , cum aliena ſimul granditate ad ſublimitatis faſtigium evehuntur . Quæ cum ita ſint jure id utique pronunciaverim ſacra Hebræorum præſertim volumina laudatæ* Li-

(1) Dionyſ. Longinus *De ſublim.* ſect. 13.

Literaturæ cupidis inſignem operam præſtitura . Quandoquidem eorum Scriptores præ ceteris quibuſcumque ii ſunt , qui & rerum granditate , ac divino reipſa ſpiritu acti , elatique ita ſcripſerunt , ut aliarum Gentium Hiſtoricorum , Poetarum , Oratorum nemo res ſibi propoſitas vividius ac nobilius repræſentet .(1) *Quo-*

b 2 *rum*

(1) Veterum Sacrorum Scriptorum præſtantiam in quovis ſcriptionis genere , doctiſſimi cum veteres tum recentiores merito ſuſpexerunt . Longinus Rhetor *κριτικώτατος* de præſtantiore ſenſuum altitudine diſſerens (a) fere , meritoque (quadam etenim nihil moror (b)) admiratur magnificentiam , qua Moſes Deum in hujus Univerſi molitione loquentem inducit . Ipſiuſque Hiſtoriæ excellentiam præter Joſephum & Philonem celebrant Euſeb *de Præpar. Evang. l. 7. &c.* , ac præſertim Origenes *lib. 1. contra Celſum c. 15.* In ejuſdem Moſis Canticis , in Job , in Cantico Canticorum , in Pſalmis , aliiſque libris ejuſmodi cum Poeſeos ubertas , ac dignitas deprehenditur , cui parem tum Græci tum Latini non habent . In horum quippe ne nive talem , ut in illis , mentis ac ſpiritus inflammationem , vim , ac celſitatem ſuſpicimus Deo vere quam homini viciniorem , cujuſmodi Poetas decet ,

. . . . neque enim concludere verſum
Dixeris eſſe ſatis . . . .
Ingenium cui ſit , cui mens divinior , atque os
Magna ſonaturum , des nominis hujus honorem . (c)

Et

(a) *De ſublim. ſect. 9.* (b) V. Huet. De demonſtr. Evang. Propoſit. 4. c. 55. Clerk *Bibliotheque Choiſie tom.* 11. (c) Horat. *lib.* 1. *Sat.* 4.

rum quidem vim, decorem, ac majeſtatem quum multi vehementer admirentur,

Et licet inter Eruditos de certa & conſtante verſuum menſura non conſtet, nemo tamen eſt, qui in eiſdem concentum Poeticum non agnoſcat. Saltem Rythmus, ex quo carminis ſuavitas maxime procreatur, adeo vivide reſonat, ut quemque vel leviter attendentem permoveat. Velut in Cantico *Audite Cœli* (a) melodia multiplici deducta conſonantia ſtatim percipitur:

יערף כמטר לקחי
תזל כטל אמרתי
כשעירים עלי דשא
וכרבבים עלי עשב

quæ noſtris characteribus in hunc qualemqq; modum ſcribi poſſunt

Jaharóph	cammatar	likehì
Thizàl	cattàl	imrathì
Chisſhirim	halè	deſcè
Vechir ivìm	halè	heſè

Et in Pſalm. 33. juxta Hebr. 34.

דרשתי את יהוה
ועֽנני
ומכל מגורותי
הצילני

Daraſti eth adonai
Vehaṅani
Umiccôl megurothai
Hizzilani.

Quod

(a) *Deuter.* 3.

tur , ii tamen duntaxat vere pleneque percipiunt , qui non Interpretum , ſed ipſorummet Scriptorum verba , ac locutiones intelligentia conſequuntur . (1)

IV. Sed hac in re quiddam animadverto , quod aliquorum animum ita afficere , ac remorari queat , ut meis hiſce dictis non ita facilis aſſenſio præbeatur .

Quod vero potiſſimum eſt, ſi ab ullo Poetarum, ab his certe & in rebus ſpiritus , & in verbis ſublimitas , & in affectibus motus omnis , & in perſonis decor peti poteſt (a) . Sed & in Oratorum facultate prorſus eminent Sac. Scriptores , quos inter exemplo eſſe poteſt Iſaias, de quo Grotius. (b) „ Huic ego , in„quit , Græcorum Demoſthenem comparo. Puritas Hebraiſmi in „ Eſaia , Atticiſmi in Demoſthene. Magnificus utriq; dicendi cha„racter: frequentia ſchemata: maxime vero illa, quæ Demoſthenem „ excelluiſſe ait Quintilianus, *δείνωσιν* (vehementia) rebus in„ dignis , aſperis , invidioſis vim addens . Sed Eſaiam etiam „ natalium dignitas , & regia aſſuetas ornabant „. Poſtremis hiſce verbis facile Orationem ejus majeſtate & authoritate præpollentem deſignat, in quo libenter quidem aſſenſerim. „ Quid„ quid (enim) poteſt humana lingua proferre , & mortalium „ ſenſus accipere , hoc volumine continetur „ (c)

(1) Vid Cl. Blaſii Garyophyli opus, cui tit. *Conſider. interno alla Poeſia degli Ebrei &c.* Et Cl. Rollin. in opere *De la maniere d' enſeigner & d' eſtudier les belles Lettres tom* 1. agens de Sacræ Scripturæ Eloquentia , ubi fuſe etiam , ac ingenioſe plura ſuperas elegantia deſcripta obſervat , ac demiratur .

(a) Hæc a Poetis petenda admonet Quintil. *l.* 10. *cap.* 1. (b) *In 4. R.* 19. 2. (c) Hieron. *Præfat. in Iſaiam .*

tur . Quamquam enim ſatis intelligant in laudatis Scriptoribus celſam ineſſe ac vividam in excogitando animi magnitudinem, vehementem etiam , ac efficacem ad animos concitandos affectum ; nonnihil tamen verentur , ne ſi elegantiæ ſtudioſi Libris Hebræorum lingua deſcriptis evolvendis aſſueſcant , majus inde ſibi, præ emolumento, ex linguæ ruditate præjudicium , ac damnum adſciſcant. Si quis itaque veſtrum eſt N. N. , qui ejuſmodi metu corripiatur , eum equidem admonendum exiſtimo , ut nullam illorum opinionis rationem habeat , qui , quamvis Græco ſermoni non audeant barbariei notam inurere , Hebræum tamen , ceteroſque Orientales pro invenuſtis , ac horridis habent , & aſpernantur . Neque enim eiſdem , ac præſertim Hebræo amœnitas, venuſtas, ac lepos deeſt . Ac-

licet

licet iſte ſimplicitate potiſſimum gaudeat, elegantia tamen etiam pollet, ac granditate; (1) *actionſque varietatem expedite adeo effert, diſtincte, ac dilucide, ut mirum in modum cum brevitate nitorem, & robur etiam præſeferat ac majeſtatem* (2). *His vero accedit, quod & Figuris tam Verborum, quam Sententiarum, quæ dictionis eorum naturæ, ac Gentis ingenio comiter ac mirifice accomodantur,* (3) *perinde ac luminibus, magis magiſque eorundem illuſtratur, ac renidet oratio. Et quamquam Hebraica locutio verborum inverſionem,*

(1) Ineſt Hebræis, aliiſque Orientis Populis & ſimplex, quo fere utuntur, dicendi modus, & *Emphaticus*, quo, ubi par eſt, Orationi decorem addunt, ac majeſtatem.
(2) Vid. laud. Blaſ. Garyophylus De Poeſi Hebræorum.
(3) Sunt equidem qui figuris quibuſdam longius interdum repetitis offenduntur, ſed hi non ad unum rectum putare debent, quod ipſorum intelligentiæ conveniat. Quæ enim vehementiores, audacioreſque videri poſſent, a peritis, uti decet perceptæ, ita plane temperantur, ut nihil diſſonum, aut inconditum repræſentent.

ſionem in Compoſitione non ferat , non tamen iccirco numeri jucunditate privatur ; quin immo in hoc etiam antecellit, ut , quum numerus è ſermonis ipſius natura ſponte fluat , (1) *nulla inde conciunitatis affectatione frigeſcat . Hinc ſive ad lugubrem lamentationem , ſive ad implorandam miſericordiam , ſive ad captandam , demonſtrandamque benevolentiam , ad incutiendum metum , ad extollendam imperii autboritatem comparetur , vivax adeo & apta eſt ejus forma , ut ſi iidem ſenſus diverſa lingua enunciandi ſint , dicendi robur magna ex parte decidere videatur .*

V. Interea vero dum ita me de Hebraicæ Linguæ decore potiſſimum dicentem auditis , haud equidem vellem ut quiſ-

(1) Tullius *in Orat. compoſitionem* ne intelligi *quum ita ſtructa verba ſunt , ut numerus non quaſitus , ſed ſecutus eſſe videatur .*

quiſquam male de aliis Orientalibus ſentiendum exiſtimaret: ſua namque & ceteræ quidem dignitate, ac jucunditate non carent. Ac e Syrorum præſertim lingua & peculiaris quædam majeſtatis emicat, & poeſeos ſuavitas dulciſſime defluit; quippe quæ voces pene omnes rotundis habet vocalibus terminatas, eo fere modo, quo Tuſcus ſermo, ideoque cantui numeroſo fundendo perquam accomodatas. (1) *Elegantia item, magnifica, & ſplendida multa ſunt, quæ Arabes in lingua ſua ornate dicendi, qua ſtricta, qua ſoluta oratione amantiſſimi prodiderunt* (2). *Sed in his diutius non immorabor ad utilitatem expendendam properans, quam*

 lau-

(1) Id ex multiplici Magni Ephræm metri genere, Balæi etiam, Maruthæ, aliorumque carminibus abunde liquet.
(2) Pervetuſta eſt apud Arabes Poeſeos delectatio. Vid. Procok. *ad Spec. Arab.*

laudatæ Orientis Literæ ad Clariſſimorum Authorum libros intelligendos ſuppeditant.

VI. Hic autem veſtrum quiſpiam forte mirabitur N. N. ubi audiat me fidenter aſſerere vel ipſam Hebræorum Linguam ad Græcorum, Latinorumque Scriptorum intelligentiam valde conferre. Is vero fiat quæſo ut in Euſebii Cæſarienſis Præparationem Evangelicam incidens, veniat ad eum locum, (1) in quo Philo Byblius Phœnicum Theologiam exponit ex Sanchoniatone Berytio pervetuſto rerum Phæniciarum Scriptore (2); tum, niſi præfatis inſtructus ſit Literis, aſſequetur ne quo ſenſu Phænices

(1) *Eib. 1. cap. 9.*
(2) Non me latet eruditiſſimos Viros nonnihil operæ ponere, ut Authorem hunc nunquam extitiſſe demonſtrent, eaque ſcripta a Porphyrio ſuppoſita conjectare. Sed immerito nec ne id fiat hoc loco prætereo, aliquando, uti ſpero, diſceptaturus. Interea ad præſens ſatis eſt, ejuſmodi, quæ ibi habentur, plene percipi nequaquam poſſe abs Hebræi ſermonis ignaro.

nices principium, ex quo conſtiterunt homines, appellarint κολπίαν? (1) *Cur animantium ratione utentium nomen Phœnicium* ζωφασημὶν (2), *græce redditum* οὐρανοῦ κατόπται, Cœli Contemplatores? *Cur ſoli nomen* Βεελσάμην? (3) *Quid* ἔρεβος (4), *alia-*

 que

(1) ἐκ τοῦ κολπία ἀνέμου *ex vento* (ſeu ſpiritu) *colpia* : *colpia* vero idem eſt quod Hebræum קול־פי־יה *col-pi-jah*, ſcilicet *Vocis Dei*, cujus nempe inſpiratione, & verbo factus eſt homo.

(2) ζῶα νοερὰ ἐκλήθη ζωφασημίν, *Zophaſemin*, τοῦτ' ἔστιν οὐρανοῦ κατόπται. Quod quidem perinde eſt ac Hebræum צופי שמים *Tzophe ſamajim*, *Cælorum ſpeculatores*.

(3) ἥλιον, τοῦτον γὰρ θεὸν ἐνόμιζον μόνον οὐρανοῦ κύριον, Βεελσάμην καλοῦντες, ὅ ἐστι παρὰ Φοίνιξι κύριος οὐρανοῦ „ Solem, quem Deum cenſuerunt ſolum Cœli Domi-
„ num, *Beelſamen* idcirco appellantes, quod apud Phœnices *Cœli*
„ *Dominum* ſignificet „. *Beelſamen* utique prorſus conſonat Hebræo בעל שמים *baal ſamajim*. Quam ſignificationem etiam apud Afros retinuit, ut ex Plauto, (a) ac præſertim ex Auguſtino liquet, (b) qui ad illa Scripturæ verba: *Et ſervierunt Baal & Aſtaroth* &c. „ *Baal*, inquit, Punici videntur dicere Dominum; unde
„ *Baalſamen*, quaſi Dominum Cœli intelligentur dicere: *ſamen*,
„ quippe apud eos Cœli vocantur „.

(4) *Erebus*. Vocis hujus apud Græcos frequentis propriam ſignificationem ipſorum aliqui plene quidem aſſecuti ſunt, ut liquet ex vetere Homeri ſcholiaſte, qui (in Odyſſ. xx. v. 81. ὡς ἐπὶ ἔρεβος τετραμμένον) explicat ὡς τὰ πρὸς δύσιν μέρη εἶναι *in partes, quæ ſunt ad occaſum inclinans*. Sed dum ipſi ejuſdem etymon e lingua ſua derivare conantur, inutiliter laborant; quum hebræa prorſus ſit a ערב *hereb veſpera*.

(a) *In Pœnulo Act.* 5. *ſcen.* 2. (b) *In Heptat. qu.* 16. *in Jud.* 2. 3.

que multa ; quibus exponendis ipſimet Græci ſermonis ambiguitate decepti non ſemel aberraverunt ? (1) *Ille ſane tantummodo qui laudatas Literas teneat tum quæ apud eundem Euſebium occurrunt Phœnicum vocabula animadvertet , ac explicabit , tum etiam plura , quæ inveniuntur penes Herodotum , Polybium , Plutarcum , Athenæum , alioſque Græcos* (2) . *Eadem- que ratione Latina percurrens , ſi in Plauti Pœnulum incidet , expendere poterit Scenam primam Actus quinti ; in qua Hanno Punicis verbis ſic loquitur*

> *Ny thalonim valon uth ſi corathiſima conſith*

cum

(1) Uti advertit ibidem Philo [illegible] ἀμφιβολ[illegible]

(2) Vid. Erud. Bochart *in Chanaan lib.* 2.

cum ceteris ; In quibus , ſi quod Latinis Characteribus perverſe ſcriptum eſt , ita corrigens diſtinctius efferat , aptamque pronunciationem adjungat

N' yth alonim , valonuth , ſi-corath iſmacon ſith

efficiet lectionem ab Hebræa non abludentem (1) ; *ex qua tum hic , tum reliqui decem* (2) *elicientur Latini verſus in eadem Scena Punicis reſpondentes . Non ſecus & alia multa Pœnorum Voca-*

vel שקרת

(1)Hebraice נא את עליונים ועליונות שכורת יסמכון זות
Latinis Literis ſcriptum redditur

vel ſe—Kareth
Na eth helonim , vehelyonuth ſecurath iſmecun zoth.
ad verbum vertendo

vel Urbem
Rogo Deos , Deaſque qui regionem hanc ſuſtentant.
apud Plautum
Deos , Deaſque veneror , qui hanc Urbem colunt.

(2) E ſexdecim Verſibus a Plauto exaratis priores decem Punici ſunt , ſex poſteriores Libyci . In utriſque autem eadem habentur , quæ in Latinis undecim . Vid. Bochart *in Chanaan lib.* 2 *cap* 6.

Vocabula (quorum Lingua ab Hebræa non diſcrepabat (1)) in Trogo , Livio , Feſto , aliiſque Latinis explicabuntur. (2)

VII.

(1) Hoc & Auguſtinus agnovit , qui licet Hebræam Linguam non didiciſſet , ubi tamen in ejuſmodi verba incideret pauliſper eadem perpendebat, eorum cum Punicæ cognationem dignoſcebat. Uti *De verbis Domini ferm* 35. explicans quid ſit *Mammona* · „ Hebræum eſt,(a) inquit,cognatum Linguæ Punicæ.Iſtæ enim verbum Linguæ ſibi ſignificationis quadam vicinitate ſociantur „ . *Et contra Literas Petiliani* (b) „ Hebræi dicunt Meſſiam,quod verbum Punicæ Linguæ conſonum eſt , ſicut alia Hebræa permulta , & pene omnia „ . Pœni quippe quaſi Phœni (c) e Phœnice erant , (d) ipſique Phœnicum nomine a Græcis donabantur(e) . Phœnices autem iidem ſunt , ac Chananæi : Quod & ex Regionis deſcriptione , (f) & ex collatione Hebræi Textus , & LXX. Interpr. identidem patet (g), nec ruſticos ipſos Afros latuit , qui (h) interrogati quid eſſent , punice reſpondebant *Chanani*. Porro Hebræi & Chananæi linguæ . quidquid Nicol. Fullerus contendere , (i) non differebant . Quamquam enim alia uterentur dialecto , (Hebræorum quippe variæ pridem extiterunt dialecti ; (k) & Chriſti ætate cum Syriace loquerentur , alia etiam Jeroſolymorum dialectus erat , alia Galilæorum) flexionis tamen diverſitate ſublata , Linguæ non diſcrepabant . Quod e ſcripturis ſatis patet , in quibus Hebræa Lingua vocatur Lingua Chanaan ; (l) & Exploratores a Joſue miſſi , & Rahab , tanquam eadem utentes lingua , mutuo colloquuntur : (m) abundeque etiam liquet ex iis , quæ de Phœnicii ſermonis reliquiis innuemus .

(2) Hoc fuſe præſtitit laudat. erudit. Bochart. *in Chanaan, lib.* 2.

(a) Id vere Syrorum eſt ſed ab Hebræo manavit . (b) *lib.* 2. *cap.* 104. (c) Hieron. *in Jerem. lib* 5. *cap.* 25. Servius *in I. Æneid.* (d) Liv. *lib* 21. Juſtin *lib.* 18. Procop. Vandal. *lib.* 2. *cap* 10. (e) Strab. *lib.* 3. (f) Geneſ. *x.* 19 (g) Exod. *xvi.* 35. Joſue *v.* 12. (h) *Auguſt. in Expoſ. inch. Epiſt. ad Rom.* (i) Miſcell. *Sacr. lib.* 4. *cap.* 4. (k) Jud. *xii.* 6. , *& xviii.* 3. (l) *Iſ. xix.* 18. (m) Joſue *c.* 2.

VII. Quod ſi in aperienda eorum vocabulorum origine, quibus ficti, & commentitii multarum Gentium Dii appellati ſunt, non mediocrem vellet quiſpiam operam ponere, (quem locum inter ceteros Tullius ipſe curioſe tractavit (1) *) multo accomodatiora, & propiora ex Orientalibus, quam ex aliis quibuſvis eruere ſæpe numero ac promere poſſet. Multoque planius quam a quolibet alio Saturni nomen deduxerint a* סתר*, quod Hebræis eſt* Latere *ita ut Saturnus* Latitantem *ſonet; quandoquidem ipſe cum eum Jupiter perſequeretur latuiſſe fingitur in ea Italiæ parte, quæ deinde propterea* Latii

no-

(1) *Lib. 2. De natura Deorum, Saturnum*, qui Græce κρόνον, quaſi χρόνον ideſt *temporis ſpatium*, ita appellatum dicit, quod ſaturetur annis. *Jupiter* ab ipſo dictus putatur, quaſi juvans Pater: *Venus* eo quod ad res omnes veniret. Quæ certe iis, quæ in medium affero non prætulerim.

nomen acceperit (1) . *Jovis autem vocabulum ex tetragrammato nomine* יהוה Jehova *ſummi Numinis maxime proprio , vel ex* יה אב Ja av Deus Pater ; *quod ipſe Divum , Hominumque Pater celebraretur . Ita & nomen Veneris a* בנה vana *quod eſt* Liberos procreare ; *ſiquidem Deæ tributum a Fabulis officium attendatur ; ſicque in toto hoc genere latiſſime pergerem .*

VIII. Sed in Artibus , Scientiiſque uſitatioribus magis adhuc ſe prodet Linguarum utilitas , ſi uſus acceſſerit . In Re Nummaria , quæ multorum ingenia hiſce temporibus vehementer exercet , quamplurima ſe ſe offerent numiſmata , quo-

(1) . . . . , venit Saturnus Olympo
Arma Jovis fugiens , & regnis exul ademptis
. . . . Latiumque vocari
Maluit , his quoniam latuiſſet in oris . *Virg. l 8. Æneid.*
Herodianus etiam *lib. 1.* Saturnum refert apud Janum [illegible] abſconditum latuiſſe , unde & nomen Italiæ loco inditum .

quorum explicatio ſolis Linguarum Orientalium poſſeſſoribus reſervatur . (1) *In Phyſica plura Metallorum, Gemmarum, Herbarum, Aromatum nomina explicatiora erunt, utpote ex his fontibus dimanantia* (2). *In Aſtronomia non erit obſcurum illud* Azimech *in ſpica Virginis*, Rigel *in pede Orionis*, (3) & *id genus alia; quin & accuratis nonnullis Arabum obſervationibus commode in hac Scientia uti licebit; cujus equidem Gentis ſcripta, quæ in hanc diem ſuperſunt, cum huic, tum aliis Matheſeos partibus haud modicam lucem affundunt* (4). *In Chronologia au-*

d *tem*

(1) Ut in Phœniciis Tyri & Sidonis, in Carthaginenſibus, Hiſpanica nonnullis, Sicula Syracuſanorum, Drepanitanorum, Panormitarum, Melitenſibus &c. Phœnices quippe loca hæc frequentarunt, ac tenuerunt, ut conſtat ex Diodoro Sic. *lib.* 5. Thucidide *lib.* 6. Strabone *lib.* 2. & 3., aliiſque.

(2) Horum pleraque utpote ex Oriente prodeuntia ab iis hominibus nomenclaturam ſortita ſunt, ipſique, ac potiſſimum Arabes eorum qualitatibus, ac virtutibus inveſtigandis ſedulo incubuerunt.

(3) Utrumque ex Hebræo הצמח רגל

(4) Notum eſt apud Arabes per annos fere ſexcentos Artes, ac Scientias floruiſſe, cum apud nos barbaries invaluerat, ac Literatura

tem non qualecumque ſubſidium comparabitur. Nam præter multa ab iiſdem Arabibus tradita, ac ſummam controverſiam de vetere Chronologia ſacra, quæ ex Hebræi Textus a Codicibus Græcis, & Samaritanis diſcrepantia proficiſcitur;ubicumq; ineunda erit Judaicorum temporum ſupputatio, Hebræorum diſciplina oſtendet quomodo penes ipſos conſtituti fuerint Solares, & Lunares anni; quomodo facta Intercalatio; unde tributum menſibus initium (1), *ut omnibus hiſce rite perſpectis vel vera*,

inculta, ac pene extincta jacebat. Tanto vero Matheſeon amore flagrarunt, ut Archimedis, Apollonii Perg. aliorumque inſignium Græcorum Mathematicorum Opera in ſuam linguam tranſtulerint, eaque ſubtiliſſimis, rectiſſimiſque animadverſionibus locupletarint. Et ſane quædam, quæ apud Græcos, & Latinos jam pridem deſiderantur, ex Arabibus Codicibus ſervata retinemus.

(1) In his parvi pendenda quidem non ſunt, quæ tradunt Judæi Doctores in מסכת ראש השנה, & מסכת עדיות. Maimonides in הלכות שבת, סוכה, קדוש החדש. Autores Librorum, quorum Tit. חכמת המולות *Scientia Planetarum*, item Solſtitior., Novi anior. &c. ס' עברונות *Intercalationum Liber*, עיבור שנים *Intercalatio annorum*. יסוד עולם cujus quarta pars eſt de Intercalatione, & ejus cauſa.

vera, vel veriſimilior datæ alicujus ætatis ratio deſumatur. Niſi forte quis perperam ſibi perſuadeat Viros doctiſſimos, deque Chronologia optime meritos Joſephum Scaligerum, & Dionyſium Petavium in Hebræis Kalendariis evolvendis, & cum noſtro conferendis inutiliter eſſe verſatos. Neque tandem prætermittam rei etiam Geographicæ ex ejuſmodi Linguarum intelligentia nonnihil lucis afferri. Multa etenim ſunt quæ & eidem illuſtrandæ ex Arabum ſcriptis deſumi queunt; (1) *ac potiſſimum animadvertendum exiſtimo in ve-*

(1) Geographiæ Orientali maximo ſunt adjumento; cujus exemplo eſſe poſſunt tum celebris Geographia Nubienſis, e qua major etiam utilitas emerſiſſet, ſi Linguæ Arabicæ periti eam in MSS. accurationibus conſuluiſſent, tum quæ a duobus Mahummedanis, qui in Sinarum Regionem nono ſeculo pervenerunt, exarata ſunt. Ex quibus plura a M. Polo, qui eandem XIII. ſeculo adierat, relata confirmantur, laudata Geographia Nubienſis magis illuſtratur, multaque quoad Urbes, Litorales, ac Inſulas innoteſcunt. Vid. Euſeb. Renaudot. *Anciennes Relations des Indes &c. Pariſ.* 1718.

tere Geographia, quæ a Familia Noe, ex qua poſt Diluvium diviſæ ſunt Gentes, ſua ducit initia, ne digitum quidem recte quempiam progreſſurum Hebræi Codicis ſubſidio deſtitutum. In eo namque Univerſarum Nationum priſca nomina ponderanda ſunt, habita ratione tum Hebrææ pronunciationis, tum mutationis, quæ fieri plerumque ſolet, quando eadem in peregrinam linguam transferuntur; (1) ut in prima illa diſperſione poſſint Gentes collatis recentioribus ſuis nominibus internoſci.

IX. Quod ſi laudatas Orientis Literas animadvertimus non tam ad Artes, ac Scientias, quam ad Latinorum

(1) Ita nos docuit Hieron. *in ſuis quæſt. in Geneſim*. Ita egerunt deinde Author Verſionis Arabicæ, Arias Montanus *in Appar Polyglot.*, & diligentiſſime Samuel Bochart. *in Phaleg*. Licet id totum ex paucis conjicere, a מדי Medi, a יון Jones, a תירש Thrax. Ac merito quidem hi, aliique Clariſſimi Viri talem viam inierunt ut res Geographicas illuſtrarent, quandoquidem e Strabone etiam *lib* 7. habemus ipſosmet Græcos noviſſe antiquiora Regionis ſuæ nomina aliunde arceſſenda eſſe.

Digitized by Google

rum etiam ſcripta intelligenda confer-re ; qualemnam Latinis Hominibus ad Literaturam recte contendentibus Græcarum opem , uſumque cenſebimus? Romanos haud a Trojanis , ſed a Græcis genus duxiſſe plurium Antiquitatis peritiſſimorum Virorum opinio eſt . (1) *Sed ſive Originis , ſive Commercii , Studiorumve cauſa ,* (2) *tot certe rerum nomi-*

(1) Strabo *lib.* 13. ex Homeri ſententia tradit Æneam Trojæ permanſiſſe , inque Regnum ſucceſſiſſe , quod ibi quidem Priamidarum Genere abolito per ſucceſſionem ad Filiorum Filios propagavent . Et *lib.* 5. refert Cœlium rerum Romanarum Scriptorem inde colligere Romam a Græcis eſſe conditam , quod Græcanicus plane eſſet avitus Romanorum Herculis colendi ritus . Videſis præſertim Hiſtor. Dionyſ. Halicarnaſs. & Bochart Epiſt. *de quaeſt. Num Æneas unquam fuerit in Italia* .

(2) Solemne erat Romanis , qui ſermonibus & morum elegantiæ ſtuderent , & Græcos Romæ Magiſtros audire , & conferre ſe in Græciam , ubi ſimul cum Philoſophia & Eloquentia Græcæ quoque Linguæ ita conſueſcebant , ut ea in ſuis ſcriptionibus tum ſolutæ , tum ligatæ Orationis frequenter uterentur . De Quinto Fabio , L. Cincio , aliiſque priſcis Romanorum Hiſtoricis V. Dionyſ. Halicarnaſs. *lib.* 1. , & Voſſius *de Hiſtoricis Græcis* . Suetonius *de Illuſtribus Grammaticis* „ Antiquiſſimi Doctorum qui- „ dem , *inquit* , & Poetæ & Oratores Semigræci erant . Livium , „ & Ennium dico , quos utraque lingua domi , foriſque docuiſſe „ adnotum eſt &c. „ Vid. Idem in Tiberio Nerone , in Veſpaſiano &c. Immo Græcorum voces , dictaque nonnulli in ore

paſſim

nomina (1) , *modoſque dicendi* (2) *a Græcis hauſerunt, ut Latinam Linguam a Græca prorſus pendere nemo vel leviter eruditus in dubium vocaverit. Quod vel infelix ejuſdem fatum plurium ſeculorum ſerie ſatis ſuperq; commonſtravit. Quum enim Græcam Linguam Latini excolere deſtiterunt, propriæ etiam vim, ac proprietates cognoſcere deſierunt; eorumque inde temporum Latinus ſermo tam inconcinnis ineptiſque cœpit locutionum formulis abundare, totque barbararum vocum ſordibus*

paſſim aden, ut præter modum habebant, ut in reprehenſionem non ſemel incurrerent. V. Juven. *Sat. VI.*

(1) Et nova, fictaque nuper habebunt verba fidem, ſi Græco fonte cadant parce detorta. Horat. *de Arte Poet.* Quod confirmat Quintil. *lib 8. c.* 3 „ Multa ex Græco formata „ nova &c. „ Qui a Græco quidem ſermone puerum incipere mavult *lib* 1. *cap* 1. De Etymologia autem loquutus *lib.* 1. *cap.* 6. „ Continet autem, ait, in ſe multam eruditionem, ſive illa ex „ Græcis orta tractemus, quæ ſunt plurima, præcipueque Æolica ratione, cui eſt ſermo noſter ſimillimus, declinata. „

(2) Veluti apud Terent. *in Prologo Andr.* „ ut placerent quas feciſſet „ fabulas „ Virgil. 4. Æneid. „ Os, humeroſque Deo ſimilis „ Horat. *Od.* 1. „ Nunc viridi membra ſub arbuto ſtratus „ &c.

dibus inquinari, ut ſplendore ſuo prorſus deciderit, ac contabuerit. Ac procul dubio ad hanc uſque diem inter everſa ædificiorum rudera jacuiſſet, niſi Græcorum ope nova quodammodo lux Latinis Literis refulſiſſet, quæ infeſtam nimis, fœdamque barbariem feliciter diſpulit, ac fugavit. Si igitur tam arcta neceſſitudine Latinæ Græcis Literis aſtringuntur, ecquis non illico videt quantum ſibi conducat (ſi modo latinas rite noſſe, facileſque in his lapſus evitare deſideret) Græcarum ſibi etiam cognitionem adjungere?

X. Sed & ea quidem fuit optimarum Diſciplinarum apud Latinos conditio, ut una cum Græca Lingua primitus effloruerint. Artes quippe ac Scientiæ, quum altæ a Græcis fuerint, ditatæ, perpolitæ, & ad nos inde traductæ,

ductæ , (1) *ita nativis gaudere vocabulis ſolent* , *ut ſi quis eas à ſueta Græcorum Lingua invitas divellere* , *ac diſſociare contendat* , *propriis ipſæ ſuarum rerum nominibus* (2) *deſtitutæ* , *ſqualleant illico* , *obmuteſcant* , *dilabantur* , *evadant* . *Hinc etiam haud mirum ſi libros melioris notæ hac etiam ætate cernamus græcis vocibus* , *atque ſententiis eſſe reſperſos* , *ut in rabiem plerunque agatur quiſquis iſtius literaturæ expers illos vel ex placito* , *vel ex munere cupit evolvere* . *Quapropter Adoleſcentes optimi* , *qui ſive Rhetoricæ* ,

(1) Quintil. *lib.* 1 *cap.* 1. e Diſciplinis Græcis noſtras fluxiſſe tradit. Nec aliter Cicero, qui *lib.* 2 *De Finibus* „ Ab his, inquit, Philoſophiam & ingenuas artes habemus „

(2) Innumera pene ſunt Græcorum verba, quæ latino ſermone teruntur in hoc enim res plurimæ appellationibus carent. Quamque illorum vis à græce indoctis non percipiatur, merito Alexander Hegius Eraſmi Roterodami quondam præceptor in ſuo carmine *[illegible]* ſemper deſinit *ut diſcite græce* , & verſus finem inquit

Artes ingenuæ Grajo ſermone loquuntur
Non alio, quibus haud nomen dat Lingua Latina.

ricæ, (1) *aut Poeticæ*, (2) *aut Geographiæ.*, (3) *Hiſtoriæ*, (4) *Medicinæ*, e *Ju-*

(1) Quum enim docente Quintiliano (a) fere minus valeant præcepta, quam experimenta, pluſque conferat Clariſſimorum Scriptorum lectio, quam Declamatio Præceptorum, jam nemo non videt quantum Rhetori proficuum ſit hujuſmodi Græcorum ſcripta revolvere. Præclare idem Quintilianus de Demoſthene inquit (b) „ex magna parte Ciceronem, quantus eſt, fecit„. Quid quod ipſemet Tullius, qui licet aliquando Græcis quædam eorum propria parcius conceſſerit, ad Quinctum Fratrem tamen ſcribens, (c) ſe Græcorum ope ad tantum faſtigium perveniſſe fatetur. „ Non enim, ait, me hoc jam dicere pudebit, nos ea, quæ conſecuti ſumus, iis ſtudiis, & artibus eſſe adeptos, quæ ſint nobis „ Græciæ monumentis, diſciplinisque tradita. „

(2) Satis ſit expertiſſimum Horatium audire *De Arte Poetica* canentem

. . . . Exemplaria græca
Nocturna verſate manu, verſate diurna.

(3) Tum inſignia priſcorum Authorum Commentaria, cum moles locorum nomina, ac omnia ferme, quæ in hujus ſcientiæ inſtitutione adhibentur vocabula, græca ſunt.

(4) Vel Artem ipſam, modumque dicendi, vel res ab Hiſtoricis enarratas perſequeris. Quoad Artis methodum conſulendus eſt equidem Lucianus Samoſat., ac tanquam exemplaria cumprimis habendi ſunt Herodotus, & Thucydides, de quibus Quintil. *lib. 10 cap. 1.* „ Hiſtoriam multi ſcripſere præclare, ſed nemo dubitat „ duos longe ceteris præferendos, quorum diverſa virtus laudem „ pene eſt parem conſecuta. Denſus, & brevis, & ſemper inſtans „ ſibi Thucydides: dulcis, & candidus, & fuſus Herodotus: ille „ concitatis, hic remiſſis affectibus melior: ille concionibus, hic „ ſermonibus: ille vi, hic voluptate. „ Ac de eorum optima dicendi ratione idem Quintil. *lib. 9. c. 4.* „ Neque mihi quamlibet „ magnus Auctor Cicero perſuaſerit Lyſiam, Herodotum, Thucy„ didem parum ſtudioſos ejus fuiſſe. „ In ipſa autem enarrationis perceptione, quum plurimum interſit unam eandemque rem in pluri-

(a) *lib. 2. cap. 5.* (b) *lib. 10. cap. 1.* (c) *lib. 1.*

(1) *Juriſprudentiæ*, (2) *aliiſve ejuſmodi*

pluribus Authoribus inveſtigare, & expendere ad declinandam, quoad ejus fieri poteſt, enarrationum ambiguitatem, ac falſitatem, quæ vel ex obſcuritate, vel ex nimia quorundam credulitate, aut incuria, aliiſque de cauſis facile nimis obrepit, juvat recitato procuIdubio Græcos adire, qui quam benemeriti ſint de hac facultate, vix dici poteſt. Satis ſuperque notum eſt eos non tantum rerum ſuarum cujuſq; ætatis deſcriptionem texuiſſe, quam aliorum Populorum. Et Romanorum præſertim memoratu digna, præ ceteris apud ipſos, non tam ubi aliorum geſta digeſſerunt, relata conſpicimus, ſed & ſeorſim data opera, ut apud Dionyſ. Halicarn. Diodor. Sic. Dionem Caſſium, Polybium, Herodianum. Nec ſilentio prætermittam, quam præter Authores ipſos ea lingua, qua conſcripſerunt, expendere, & ad emaculandos, veraque lectioni reſtituendos corruptos ipſorum locos; utque illorum mentem penitius intro pictamur.

(r) Profeſſionem hanc e Græcis protinus Romani acceperunt (a) unde &,, cunctis morbis ſunt indita nomina græca,, ut ſcripſit laud. Hegius. Quin &,, Authoritas (b) altero, quam græce eam tractantibus etiam apud imperitos experteſque linguæ non eſt,,.

(s) Juvat animadvertere pleraque Romanorum Legum e Græcia fluxiſſe. Et quandiu quidem Linguæ græcæ omnia earundem ſtudium comitata eſt, vera juris intelligentia conſtitit, viguitque; Sed temporum inde injuria, græciſque literis obſoletis penitus concidit. Seculo equidem XII. idem ſtudium inſtaurari cœptum eſt, ac uſque ad initium ſeculi XVI. plures ingenioſiſſimi Viri eidem excolendo operam impenderunt. Verum græcarum Literarum ignari licet explicandi ratione uſi ſint utili qui[illegible] & peracuta, non tamen ubique vera; ita ut, quamquam æqui bonique naturam ita indagaſſent, ut optime nonnunquam condendi juris anctores haberi poſſent, conditi tamen juris mali eſſent interpretes, hærentes identidem miſere, ac ſæpenumero prolabentes. Tantum poſt expugnatam Conſtantinopolim (quum Græcorum eruditiſſimi ad nos confugiſſent, græcique ſermonis, utique bonarum Artium ſtudia retuliſſent) Juriſprudentia Alciati manu ex

(a) *Plin. lib. 29. cap. 1.* (b) *Plin. ibid.*

di facultatibus (1) *operam datis, pergite quidem obſecro qua cœpiſtis aſſiduitate, labore, ac diligentia ſub Studiorum Ducibus præſtantiſſimis, qui Clariſſimam Univerſitatem hanc jugiter exornare, ac illuſtrare non ceſſant. Vos interim moneo uberiores fructus minori temporis impendio* (2) *ex hujuſmodi*

 ſtudiis

ex humo ſublata eſt. Vir hic Mediolanenſis Urbis, hujuſque Univerſitatis eximium decus græcas literas ſtudio Juris adjungens novis luminibus ex græca & romana antiquitate, atque ope Artis Criticæ ſecum reviviſcentis priſcam & germanam Juriſprudentiæ faciem diſcluſit. Neque hic tantum, neque in iugioribus duntaxat Italiæ Academiis veram explicandarum Legum normam tradidit, sed & in Gallias eandem tranſvexit, perpetuo antiquæ hujus ſcientiæ domicilio in Biturigenſium Academia collocato. In qua docuit poſtmodum & Cujacius, qui immenſa propemodum Græcorum eruditione ad jus interpretandum collata, memorabile in ævum Alciati cœptum abſolvit. Si autem cupias plene iſtiuſmodi lucubrationibus frui, græce jejunus non accedito. V. Gravina *De Ortu, & progr. Juris Civ. & Orat. De repetendis fontibus Doctrinarum*. Hugo Grot. *De jure belli & pacis Prolegom n.* 54. Perizon *De uſu Græc. & Rom. Lingu.*

(1) Ut in Philoſophicis, a quibus Mathematicas non ſecerno, in quibus frequentes adeo Græcorum voces occurrunt, ut ea lingua comparata unu exiguum tædium relevetur. Sed & alia etiam inde utilitat conſequetur priſcorum nempe Philoſophorum Hiſtoria, Obſervationes, Inventa, ac Placita ex eorundemmet verbis felicius ac certius haurientur.

(2) Græca enim rerum nomina in Artibus, ac Scientiis uſitata totidem pene

ſtudiis eſſe reportaturos , quum in Græcis præſertim Literis nec hoſpites eſſe cœperitis , nec peregrini ; quandoquidem ipſarum præſidio de Clariſſimorum Virorum Operibus , de vera germanaque eorundem ſententia ad veræ Critices (1) *leges rectius ac uberius diſſeretis . Ne vero in re tam perſpicua diutius immoremur , vobis denique tantum memorabo M. Catonis Cenſorii præclarum facinus . Idem Orator , Hiſtoriæ conditor , Juriſperitiſſimus inter tot operas*

pene definitiones ſunt , quæ illico rerum eſſentiam repræſentant ; quantot ejuſmodi definitionibus implexis plerunque , & prolixis addiſcendis tempus gravi nimis moleſtia conteratur.

(1) Eo nomine Artem illam cum Cl. Ludov. Muratorio (a) intelligi„ mus , cujus ope ac regulis in re Literaria vera a falſis , recta a pra„ vis dijudicamus , & quæ omnium fere Artium , ac Scientiarum ita „ comes eſſe debet , ut ſine illa ad perfectionem vix aſſurgere va„ leant ; non quæ etiam ſatyra , atque obtrectatione conſula noſtris „ temporibus moleſto nomine traduci ſolet apud ignavum vulgus , „ Laudabilem vero Critices uſum ; utpote Græcorum vocabulis , ac notionibus perpetuo fere implicatum , aſſecuturum ſe ne cogitet quidem quiſquis græca lingua non imbuatur.

(a) *In præfat.* Operis *De Ingeniorum moderatione.*

operas militiæ , tantas domi contentiones , rudi ſeculo , quamquam primum fortiter obſtitiſſet ne Romana Juventus græcis literis imbueretur ; ubi tamen earum præſtantiam , ac fructum animadvertit , eaſdem ipſemet ætate jam declinata perdiſcere non erubuit , non piguit , non prætermiſit . (1) *Quid ad hæc ſtudioſiſſimi Adoleſcentes , quorum egregia indoles ignaviam , ac ſocordiam infenſiſſime dedignatur , ac reſpuit ? Quid ad hæc ? Nullus equidem dubito , quin animi veſtri excitentur , & incendantur , ſibique glorioſa Studiorum curricula ſtrenue obeunda conſtituant ; quum vel ſenes non obeſſe ſibi ætatem intelligant , quominus ea , quæ recte concupierint complectantur .*

XI.

(1) Cic. in 4. *Academ qu.* Quintil. *lib.* 12. *cap.* 11. Plutarc. *in ejus Vita.*

XI. *Sed tempus me admonet, ut ſalutatis jam iis, qui Humanas diſciplinas ſerio prudenterque ſectantur, quod mea potiſsimum intereſt, ad Sacrarum Literarum Studioſos, ad Theologos animum, vocemque convertam. Ac ne prolixior, quam par eſt, diducatur oratio, a Sacrarum Scripturarum laudibus proſequendis, ipſarumve vindiciis afferendis hac die abſtinendum conſtitui. Quod ſane adverſus earum hoſtes in mei muneris exercitationibus poſthac pro virili præſtare non prætermittam. Ad eos quippe præſens eſt ſermo, qui Chriſti præceptis obtemperandum non negant. Porro ipſe ſcrutandas Scripturas edixit:* (1) *In eis namque os Domini loquutum eſt;* (2) *Spiritu Sancto quippe inſpirati loquuti ſunt Sancti Dei*

(1) Joan. v. 3.
(2) Iſai. 1. 20.

Dei homines , (1) *ut ab erroribus declinantes ad eam ſapientiam , qua ſalus gignitur , pertingamus , Hinc Doctrina promenda , ac redargutio , hinc correctio , ac eruditio in juſtitia , ut perfectus ſit homo Dei ad omne opus bonum inſtructus* . (2) *Verum dum plura ad hujus Doctrinæ ſuper ceteras præſtantiam comprobandam non memoramus , id illico jam animadvertemus , ejuſdem amplitudinem , dignitatem , ac majeſtatem multa nimis profecto ex aliis ſtudiis adjumenta requirere in iis , qui eam , uti decet , explicandam ſuſcipiant . Neque ulla Diſciplina inſtructum quempiam forte reperias , cui inde aliquid depromendum non ſit , quod ad Sacras Literas illu-*

(1) 2. Petri I. 21.
(2) 2. ad Timoth. III. 16.

luſtrandas non conferat ac deſerviat ; quorum equidem copiam , quamquam conſecutum eſſe me non confidam , ſecutum tamen quadantenus præ me fero . Proculdubio habenda ratio eſt Chronologiæ , Geographiæ , proprietatum Regionum , Domorum , Veſtium , Politici regiminis , Diſciplinæ militaris , Menſurarum , Ponderum , Pretiorum , Morum , ac Rituum non tam Judæorum , quam Finitimorum , ceterorumque Populorum , quibuſcum pactiones , ac fœdera ſtatuerunt . Omnino vero præ ceteris opus eſt ut eas Literas calleamus , quibus Sacra iſthæc Eloquia fuere conſcripta ; quorum ope cum voces , tum retruſas , abditaſque ſententias intime perſcrutemur , atque hinc Theologiæ Elementa , quæ in ipſis poſita ſunt , explorata nobis fiant , atque perſpecta . XII.

Google

XII. Sane apertis Divinæ Scripturæ Codicibus, ſi quis ab aliquo iſtius Scientiæ candidato petierit ut plana faciat tot nomina hominum, Locorumque propria, quæ non abſque ſingulari ratione eiſdem impoſita ſunt, ut Adam, Cain, Noe, Abraham, Cur Abarim, Galaad, Anathoth, Mammona, Maranatha, Dithalaſſum, Scenopegia, Lithoſtrotos, & id genus. Si Orientalibus inſtructus ſit Literis, ad hæc nihil hæſitans reſpondebit: Sin autem ignarus, ad Hieronymum, alioſque confugiet latinam ſingulorum interpretationem quæſiturus; ut quum præclare tum hæc, tum plura ejuſmodi recitaverit, parum nihilominus, vel nihil ſciat. Quamvis enim in nominibus, quæ ſimplicia ſunt, tradita interpretatio ſciſcitanti fere ſatisfacere videatur; aſt ubi compoſita oc-

occurrunt, aut decompoſita, ſeu nominis ratio ex vi ſermonis aperienda eſt, tum multo amplius deſiderandum relinquitur.

XIII. Id verò, quod maxime rem, cauſamque continet in varietate Verſionum, Lectionumque (1) *Sacrorum Codicum ſitum eſt. Quoties igitur animus hujuſcemodi varietates advertit, excitetur neceſſe eſt ad differentiæ cauſam inveſtigandam, ut ſingulorum rationem red-*

(1) Non tantum plurium Linguarum Verſiones ſunt, ſed variæ etiam euſdem Linguæ. Extant enim præter Verſionem LXX aliæ Græcæ Operis Origeniani Studio Druſii, & Montfauconi ex parte reſtitutæ, atque ad Hexaplorum formam revocatæ. In ipſamet Verſione LXX. variæ etiam Lectiones ſunt, partim ex antiquis Græcorum Patrum ſcriptis collectæ, partim ex variis MsS. ac Editionibus Bibliorum deductæ, ex Complutenſi, Antverpienſi, Veneta, Romana, Pariſina, Londinenſi. Vid. *Tom. VI. Polyglot. Londin.* Extant præter Latinam Hieronymi Reliquiæ antiquioris vulgaræ Editionis (a). Omneſque unius Fontis rivuli.

(a) Vulgatam veterem multis e laboribus reſtituere conatus eſt Sec. XVI. Flaminius Nobilius. Multo tamen plura hic in re nunc habemus collecta, ac digesta ledulitate ac diligentia Cl. Petri Sabatier Ord. S. Bened. è Congreg. S. Mauri in opere cui tit. *Bibliorum Sacrorum Latinæ Verſiones antiquæ, ſeu Vetus Italica, & cætera quæcunque in Codicibus MSS. & antiquorum Librorum reperiri potuerunt.* Remis 1743. &c.

reddere valeat , locoſque apparenter tantum plerumque diſcrepantes componere . Quod nunquam ſane præſtabit , niſi primigenios Textus diligenter evolvat , atque perpendat .

XIV. Hoc probe intellexit Origenes ; quumque ſe ad hæc Sacrarum Scripturarum ſtudia prudenter contuliſſet , vere Chalcenterus , ac Adamantius (1) *nec ſudoribus nec expenſis pepercit ,, ut ,, etiam Hebræam Linguam contra ætatis , Centiſque ſuæ naturam ediſceret ,,* . (2) *Quo quidem inſtructus ſubſi-*

f 2 *dio*

(1) Ita ſæpe vocatur Origenes *χαλκέντερος aerea inteſtina habentem* ſonat ; quo quidem cognomine donatus fuerat Didymus Grammaticus ab aſſiduitate & perpeſſione laboris circa Libros (a) Adamantii autem nomen ab *adamante* ductum eſt , qua voce Græci aliquando quidem utuntur ut ferrum ſignificent , ſed ſæpius pro lapide maximi inter gemmas pretii , ita appellato apud eos ob ejus duritiem , quam domari non poſſe exiſtimabant . Origenes porro , inquit Hieronymus (b) ,, tanto ſtudio in Sanctarum Scripturarum labore ſudavit , ut juſte Adamantii nomen acceperit ,, .

(2) Hieron, *De Scriptoribus Eccleſ. in Origene* . Vid. ejuſdem *Epiſt* 25. ad

(a) Suidas . (b) *Epiſt. 29 ad Paulam* .

dio nobile illud (Hexaplorum) opus adornavit , (1) quo interpretandi ſcientiam

ad Paulam , & Euſeb. Cæſar. *Eccleſ. Hiſt lib. 6 cap. 12* Quorum authoritati magis deferO, quam iis, quæ ex adverſo a Cl. Huetio obiiciuntur. Qui licet *Origenianorum lib 1 cap 2 n 3.* ſcribat Origenem, eum operam ſuam (in Sacrorum Bibliorum explanatione) abſque hebraicæ linguæ notitia fru tra conſumi intellexiſſet, id quoque ornamentum ad reliquas doctrinæ ſuæ laudes adjunxiſſe, alibi (a) tamen eundem in hebraicis ne quidem utcumque verſatum fuiſſe tradudit. Ea vero proferre, quæ ſi eo ſenſu, quo ab ipſo urgentur, vellemus accipere, evidentatum foret eundem ne hebraice legere quidem noviſſe, quo nihil abſurdius. Nimis nempe repugnant iis, (de quibus mox) quæ idem etiam Origenes vir equidem modeſtiſſimus (b) ſe præſtitiſſe commemorat. Quare quæ Doctiſſimus Author apponit, vel Interpretum imperitiam jacent, (c) vel commodiore ſenſu exponi queunt, vel laoi non ſunt, ut ipſum earum literarum ſtudiem demonſtrent.

(1) Plures a Græcis Bibliorum Verſiones ferebantur, Veteris tamen, quæ LXX. Interpretum dicitur uſus, & authoritas merito in Eccleſiis præ ceteris obtinebat. (d) Sed quum incommoda quædam in hac etiam propter Exemplarium diſſonantiam obſervaſſet Origenes, (ὡς ἀπαλλάττομεν δεῖ καὶ τῶν ἀναγνώσεων διαφοράν) (e) ut ad veram earundem lectionem perveniret, non aliam ſibi viam patere cognovit, quam ſi ad primigenios Scripturæ fontes conſulendos aſcenderet. Quæcumque enim in rivulis veritas eſt, ea non niſi a fontibus dimanat: (f) verſio quippe eatenus vera eſt, quatenus ſuo congruit exemplari. (Quod nos de quavis hodierna Exemplarium lectione affirmamus, ſed ubi quidem ab interpolatione abeſſe ſatis conſtet.) Rem igitur ut feliciuſ obiter opus concinnavit, quo Hebraico Textu hebraicis, græciſque literis præpoſito (g) Verſiones græcas e regione locavit. Harum præter notam

LXX

(a) *Origenian. lib. 2 cap. 1. n. 2.* (b) Vid. Tillemont *in Origene art.* 25 (c) Id etiam ſuſpicatus idem Tillemont. *Nota 3 ad Origen* (d) Hieron. *Epiſt.* 33. *ad Pammach. am.* (e) Origen. *Comment. in Matth apud Huet. tom. 1. p.* 381. (f) Vid. Auguſt. *lib.* 15. *De Civit. D. cap.* 14. Arbuſt. *lib.* 2. *de Doctrina Sancta cap.* 6. (g) Hieron. *comment. in Epiſt ad Titum cap.* 3. Euſeb. *Hiſt. lib. 6. cap.* 16. Ruffin. *Hiſt. lib. 6. cap.* 13.

tiam maximopere adauxit , (1) *Sacraſque*

LXX., Aquilæ, Symmachi, ac Theodotionis, tres alias nactus erat, (a) quæ tamen non ſemper omnibus libris adjungebantur. Ubi autem integræ novem Columnæ aderant, *ἐννεαπλᾶ Enneapla* vocari poterant, licet hac voce nemo veterum uſus deprehendatur, ubi octo *Octapla*, ubi ſix *Hexapla* vocabantur: Tetraplorum editionem prætereo. In marginibus etiam interdum adſuiſſe Lectiones Hebræi cujuſdam, & Samaritani, & Syri Interpretis, opinatur Cl. Montfaucon. *Præliminaria in Hexapl. cap.* 9. His ita digeſtis quod in variantibus *τῶν ό* Exemplaribus perperam immutatum cognovit, veræ Lectioni reſtituit.

Sed & quam in multis Verſionem hanc modo deficientem, modo redundantem deprehenderit, ejuſdem etiam integritati facili collatione conſuluit. Quicquid enim adverſabat deeſſe in LXX in Hebræo autem reperiit, ex aliis Græcis Editionibus, quas Hebræo conſonas invenire, æſtimatione facta, addidit, ac aſteriſco ſignavit. Ubi vero aliquid in Græcis Codicibus habebatur, quod ab Hebræo abeſſet, id penitus auferre non auſus, obelo notavit. (b) Aſteriſco autem, ſeu parva ſtella uſum eſſe ait Hieronymus, (c) ut quod prius abſconditum videbatur, illuminaretur, & in medium proferretur. Obelo autem, ſive veru, ut oſtenderet jugulandum id eſſe, ac confodiendum. De hoc Opere agebat Hieronymus (d) „ Hoc immortale illud ingenium ſuo nobis
„ labore donavit, ut non magnopere pertimeſcamus ſepereſiſum
„ Judæorum „.

(1) Sane præclara iſta collectio percommoda fuit, perque opportuna. In ea quippe ubi unus Interpretum diſſentiebat, facile ceteris conſentientibus arguebatur. Ac præter *τῶν ό* reformationem, uno etiam conſpectu ſi qua obſcura, & difficilia occurrebant, omnium lectione, & mutuo facta comparatione, inſpectiſque adnotationibus facilius explanabantur. Maxime vero Hebraicæ doctis perutilis erat, utpote qui, pro ea, qua pollebant, hebraicarum literarum peritia, poterant quiſnam Interpretum propius ad fontem accederet intelligere, ac multiplici eorundem ſolertia, & acumine adjuvari.

(a) Euſebius *ibidem*. Hieron *Catal. Script. Eccl. in Origene*, & alibi. (b) V. Origen. *Epiſt. ad Afric.*, & *Comment. in Matth. apud Huet.* tom. 1 *pag.* 381. (c) *Epiſt. ad Sunniam, & Fretel.* (d) *lib.* 2. *in Epiſt. ad Titum cap.* 3.

que Literas ingenti ingenti Eccleſiarum emolumento ediſſeruit, ac explanavit. (1)

Sed

(1) Ejus equidem opera erroribus reſperſa eſſe non dubito. Neque is ego ſum, qui eum nullibi lapſum eſſe contendam.

Non tamen prætereo valde credibile habendum eſſe eorum plures ab Hæreticis inſertos fuiſſe, (a) ipſumque rectæ Fidei ſuæ profeſſionem ad S. Fabianum S. Pont. alioſque Eccleſiarum Præſides conſcripſiſſe. (b) Præterea locutiones quædam duriuſculæ, quæ ex rerum fortaſſe nondum ſatis explicatarum obſcuritate prodierunt, commodam admittere poſſunt explicationem. (c) Accedit Athanaſium admonere ut diſtinguamus ea, quæ veluti quærens, & ingenium exercens ſcripſit ab iis, quæ reapſe probat, ac ſtatuit: [illegible] (d) Quæ ideo attigimus, ne quis minus æquam de ipſo opinionem ferat, neque nobis ſuccenſeat, ſi ejus mentem, ut grati animi affectio expreſſit, ſuſpicimus, qui quum Linguarum ſubſidio „ Dei ſermonum interpres eſſet apud homines, Deique „ verba, quaſi Deo loquente intelligeret, & hominibus ut homines „ perciperent enarraret „ (e) Eccleſiam mirifice juvit. Ipſe adverſus Hæreticos, Ethnicos, ac Judæos, qui illa ætate Eccleſiam impugnabant ita conſtanter, ita fortiter dimicavit, ut omnia eorum diabolicæ machinationis fundamenta ſubverteret. Legimuſque innumeros pene ſuſcipiendæ eruditionis gratia ab exteris etiam regionibus ad ipſum confluxiſſe, optimoſque ab ipſo inſtitutos Alexandrinos Doctores, & Præſules Heraclam, & Dionyſium, Beryllum Arabiæ, Alexandrum Hieroſolymorum, Theoctiſtum Cæſareæ Palæſt. Gregorium Thaumaturgum, ejuſque Fratrem Athenodo-

(a) *Apolog.* ſub nomine Pamphili M. Ruffini *Apolog. pro Origene*. Vincent. Lirinen. [illegible] *De Civit.* [illegible] *Eccleſ.* lib. 1. [illegible] (b) Euſeb. *Hiſt.* [illegible] *cap.* 25. (c) Vid. Origenes *in Lucam Homil.* 25 (d) Athanaſ. *De Synod. Nicæn. Decret.* (e) S. Gregorius Thaumaturgus ad Origenem [illegible] Fidei [illegible] ad [illegible], a ſcientiis [illegible] inſtitutus, antequam ab ipſo diſcederet, convocata (ut refert [illegible] Serpent. [illegible]) grandi frequentia [illegible], qui uſque hodie extat [illegible] verba habet, [illegible] gratias agit Deo, gratias Angelo Cuſtodi, qui conjunxit [illegible] cum hoc viro, quod ſit omnium famoſum ſolatium.

Digitized by Google

XV. Sed & Hjeronymus, quum Sacrarum Literarum amore non minus ac Origenes veraciter teneretur, Latine jam Græceque peritus difficilibus peregrinationibus, gravibus impenſis, vigiliis, laboribus moleſtiſſimis ſe ſubiicere non dubitavit, ut Hebræas ſibi literas potiſſimum, & Chaldaicas etiam adjiceret. (1) *Neque vero eiſdem deſtitutus, talem*

nod orum Ponti, & Firmilianum Cappadociæ Antiſtites. (a) Ac e Socratis etiam Hiſtoria (b) habemus SS. Baſilium, & Gregorium Nazianzenum ex Libris ejus Sacrarum Literarum interpretationem didiciſſe, quibus exercitati Arianis fortiter occurrerunt [illegible] . . . . [illegible]. Quapropter iam magna per univerſum orbem terrarum ejus gloria fuit, ut Hjeronymus ſcripſerit (c) „ Origenem poſt Apoſtolos Eccleſiarum Magiſtrum nemo niſi imperitus negat „. Idemque „ Quod
„ dicunt, ait, (d) Origenis me volumina compilare . . . . eandem
„ laudem ego maximam duco, cum illum imitari volo, quem
„ cunctis prudentibus & vobis placere non dubito. „ Ex *Proœm. in Quæſt. ſeu Tradit Hebr.* de eodem ſic habet „ Hoc unum dico,
„ quod vellem cum invidia nominis ejus habere etiam ſcientiam
„ Scripturarum „

(1) Vid ejuſdem *Epiſt 4. ad Ruſticum Monachum, Epitaphium S. Paulæ, Præfat. in Danielem, Iſaiam &c.*

(a) Vid. Euſeb. *Hiſt. Eccleſ. lib. 6. cap.* 3. 23. 20. 21. *&c.* (b) Lib 4. cap 21. (c) *Præfat. ad lib. De Nomin. Hebr.* (d) *In Prol go 2. lib ſuper Michæam.*

lem unquam , tantamque opem ferre Catholicæ Eccleſiæ potuiſſet , quæ non tantum Latinam ab ipſo e Græca LXX. Verſionem emendatam , alioſque Libros ad Græcos Codices exactos lætanter aſpexit ; (1) *ſed & plurimum exultavit , quum admirabili prorſus ſedulitate , eruditione , acumine Latinos Bibliorum Codices primus ex authenticis Hebræorum Fontibus , melioriſque no-*

tæ

(1) Hieronymi ætate Latini quoad Vetus Teſtamentum Scripturæ Verſione utebantur e Græca LXX. expreſſa. Ejus autem tot erant Exemplaria pene, quot Codices, (a) ac in diverſis Codicibus ita varia erat, ut tolerari vix poſſet, & ita ſuſpecta, ut inde aliquid proferri aut probari dubitaretur. (b) Ac ſi de Latinis Novi Teſtamenti Codicibus ſermo ſit, eorum etiam inter ſe conſenſio deſiderabatur. „ Ut enim cuique primis fidei temporibus in ma-
„ nus venit Codex græcus, & aliquantulum facultatis ſibi utriuſ-
„ que linguæ habere videbatur, auſus eſt interpretari „. (c) Huic ergo incommodo medicam manum adhibuit Hieronymus. Ad ejus quippe Græcam Originem revertens, ea quæ vel a vitioſis interpretibus male reddita, vel a præſumptoribus imperitis emendata perverſius, vel a librariis dormitantibus aut addita fuerant, aut mutata ſollerter correxit. V. Hieron *Catal. De Scriptoribus Eccl. Apolog. adverſus Ruffinum lib. 2. Præf. in Paralip. in Lib. Salomonis, in Evang.* &c.

(a) Hieron. *Præfat. in Joſue*. (b) *August. ad Hieron. Epiſt.* 71. (c) *Auguſt. de Doct. Chriſt. lib. 2. cap.* 11.

tæ Codicibus (1) *integros evulgavit.* (2) *Inde namque Judæis, Hæreticiſ-*

g *que*

(1) V. Hieron *lib.* 2. *Comment. in cap.* 3. *Epiſt. ad Titum, & Præfat. in Lib. Eſther.*

(2) Vulgata illa Vetus, quæ ex Græca LXX. prodiit, quum tertio ad nos gradu perveniſſet, non ſemper æque bene percipiebatur. Quum enim Græci vim, ac difficultatem non modicam in hebraica in propriam linguam transferendis ſuſtineant, (idque multo magis evenire debuit eſt e obſcuriora multa, quæ adhuc ſoluta erant vertentibus (a)) ita ut nonnunquam aliud multo intelligatur in Hebræo, quam in Græco (b); Ubi igitur idem poſtea e Græco in Latinum adhuc eloquium transferatur, quam difficultas ingeminetur, conſectarium eſt ut quod in primigenio Textu ſcriptum eſt, minus adhuc in iſto perſonet. Præſtabat itaque ut ejuſmodi Verſio pararetur, quæ, ut inquit Hieronymus, (c) non in tertium vas tranſfuſa coacuiſſet, ſed ſtatim de prelo puriſſimæ commendata teſtæ ſuum ſaporem ſervaret.

Sed quiſquis foret inter fideles Verſionis LXX. Vulgarisque latinæ Veteris uſus, aliud profecto erat in Eccleſia Chriſto Credentium Pſalmos legere, aliud Judæis ſingula verba calumniantibus reſpondere, uti etiam Sophronius eum Hebræis diſputans experimento cognoverat (d). Quum etenim Verſionis LXX. pro rectionum varietate diverſa ferrentur Exemplaria, quæ ab Hebraico Texto non modice diſcrepabant, dum Chriſtiani ex iis authoritates promebant, ea Judæi ejuſmodi eſſe præfracte negabant. Inde autem fiebat, ut Judæi, qui juxta Auguſtinum (e) propterea adhuc ſunt, & a ſedibus exiti pati per mundum uſquequaque diſperguntur, ut tanquam capſarii noſtri, ubique portent Codices Sanctos ad teſtimonium aſſertionis Eccleſiæ, ita ut de Chartis inimicorum noſtrorum convincantur Infideles,

nac

(a) Hieron. *Præfat. in Pentat.* Auguſt. *contra Fauſtum lib.* 12. *cap.* 10. (b) Hieron. *in Epiſt. ad Philemonem cap.* 1. (c) *Præfat. in Libros Salomonis.* (d) V. Hieron. *Præfat. in Pſalterium ſuum, & in Epiſt. ad Suniam & Fretlam.* Auguſt. *De Civit. Dei cap.* 43. (e) V. *Enarrat. in Pſalm.* 41. *n.* 14. & *in* 56. *n.* 9. *Epiſt. ad Voluſ. cap.* 4. *contra Fauſtum lib.* 12. *cap.* 23.

que judaizantibus Chriſtifideles calumniandi, fallendique facilitatem ademptam

nec putent nos prædictiones illas finxiſſe, & ex his rebus, quæ acciderunt, quaſi futuræ eſſent nos conſcripſiſſe, Judæi, inquam, ea non agnoſcentes pro ſuis & ipſi obſtinatiores fierent, eſſentque majori impedimento ne Gentiles veritatem perciperent, & amplexarentur. Operæ pretium itaque ſummum factarum ſe novit Hieronymus, ſi talem ex Hebræo Fonte Verſionem adornaret, quam vel Hebræi ipſi fideliter expreſſam non negarent, nec de falſitate Scripturarum Eccleſiæ diutius inſultarent. (a)

Extabat equidem apud Græcos Judæum Origenis opus, quod non adeo facile recuſare poſſent Judæi, quum in eo *obelorum*, & *aſteriſcorum* ope Verſionem LXX. Hebraicæ veritati parem reddere lategiſſet. Veruntamen præterquamquod *obelis*, & *aſteriſcis* Amanuenſium oſcitantia omiſſis, ac loco motis non levis perturbatio invehebatur (b), caute etiam advertit Hieronymus quinam eſſent, quantique faciendi Authores, quorum opera in Verſione integrandum Origenes uſus fuerat. Hi porro fuerant Theodotio præſertim e Marcionita Judæus, Aquila Semi-Chriſtianus, & Semi-Judæus, & Symmachus Ebionita. Quod pertinet ad Authores Editionum quintæ, ſextæ, & ſeptimæ, quarum valde minor uſus fuit, ſolus ſextæ Author dignoſcitur Chriſtianus (c). Hieronymus itaque ex eorum Religione prudenter ſuſpiciens ne quid in odium fidei adulteraſſent (d), ardentiori ſollicitudine ad novum iſtud opus ſuſcipiendum commotus eſt. Subactis itaque Origenis opera probe ac feliciter uſus (e), accurato Græcarum Interpretationum examine, doctiſſimis quibuſque Hebræorum pariter conſultis, infracto animo rem ad finem perducit. Ac multa quidem a Judaizantibus illis Hæreticis ſubdola reapſe interpretatione celata reperit, (f) depravata correxit, Sacramenta Eccleſiæ paro

&

(a) Vid. Hieron. *Præfat. in Iſai.* (b) Hieron. *Epiſt.* 75. *cap.* 5. (c) Idem *in Habacbuch.* (d) Idem *Epiſt.* 24. *ad Marcellam.* (e) Idem *Comment. in Epiſt. ad Titum cap.* 3. (f) Hieron. *in cap.* 49. *Iſai.* Irenæus *lib.* 2. *adverſus Hær. cap.* 23. Epiphan. *De Pond. & Menſuris &c.*

Digitized by Google

tam vidit. Vidit Fideles ſuos Doctores & Præſules planius (1) inde quidem, tutiuſque (2) deducere veritatem. Vi-

g 2 *dit*

& fideli ſermone aperuit (a), ipſiſque etiam Judæis irridendi, & calumniandi Chriſtianos occaſionem ſuſtulit, quum ipſimet Verſionem hanc veracem eſſe confiterentur. (b)

(1) Hieronymianam Translationem Vetere clariorem planioremque fuiſſe perſpicuum eſt non tantum ex Hieronymo, ſed vel ex ipſo Auguſtino, qui Hieronymi Verſionem non obique certe, ut quidam cenſuit, improbavit. Principio equidem diverſo ſtudio ferebatur, quod ex Verſionis novitate Plebis perturbationem metueret; ſed brevi comperta ejuſdem facilitate ac fide plurimi eam fecit, ac Veteri deinde præferre non dubitavit. Profecto de eloquentia Prophetarum dicturus ex Amos exempla decerpere velle inquit (c), at non ſecundum LXX. Interpretes; quandoquidem in iis „ obſcuriora nonnulla, quia magis tropica „ deprehendit „ ſed ſicut ex Hebræo in latinum eloquium „ Presbytero Hieronymo interpretante tranſlata ſunt „. Utque ejuſdem uſum, qui in libro *Speculi* apparet prætercam, certe in *Quæſtionibus in Heptateuchum* ſæpe eam laudat, adhibetque. Ut *Quæſt.* 20 in Deuteronom poſtquam faſſus eſt quædam obſcure poſita eſſe a LXX., expreſſe ait eadem in noſtra Verſione apertius, ac planius inveniri. *Quæſt. 47. in Jud. c.* 2. ubi legebatur *Filius Patris Fratris ejus.* „ Ordinatius, inquit, & uſitatius, „ atque apertius diceretur filius fratris patris ejus .... filius enim „ erat patrui ejus, ſicut evidentius in ea interpretatione, quæ ex „ Hebræo eſt invenitur „. Quin & paſſim Verſionem hanc *Hebraicam Veritatem* appellat, ipſique etiam Divinam tribuit auctoritatem *Lib. 18. de Civit. Dei cap. 44.*

(2) Nec tantum Vetus illa Verſio obſcurior erat in verbis, ſed etiam non adeo utilis, ac verax deprehendebatur. Ut *Iſ. XLIX.* 5. in quem locum. „ Satis miror, inquit Hieronymus, quomodo „ vulga-

(a) Hier. *Præf. in Job* (b) Idem *Præf. in Joſue*, & *lib. 3. Apolog. adverſus Ruffinum* Auguſt. *l. 18. de Civ. Dei c. 43.* (c) Auguſt. *lib. 4. de Doct. Chriſt. cap. 7.*

dit & Græciam exultantem iſthæc a Latinis ſollicite , ac prudenter mutuari .

„ vulgata Editio fortiſſimum contra Judæorum perfidiam teſtimo-
„ nium alia interpretatione ſubverterit dicens *congregabor*, *& glo-*
„ *rificabor coram Domino &c.*

Ac vel in primo Geneſeos verſu „ Quod LXX. inquiunt
„ [illegible] *fecit*, certe occaſionem quibuſdam magni erroris obtulere
„ (inquit Procopius Græcus Author IV. Sec. in Commen.) Fa-
„ cere etenim de his prædicant , quæ ex quadam materia produ-
„ cuntur . . . . Hinc quidam in hunc errorem provoluti ſunt , ut
„ vociferarent Moſen ab Ægyptiis edoctum credidiſſe ex præja-
„ cente materia hoc Univerſum conditum , eamque ſententiam
„ ſtatim in ſui operis initio nobis inculcare , cum utatur verbo
„ *fecit* . Horum impudentiam quum ignorarent LXX. præſentem
„ locum per verbum *fecit* expoſuere ; quum ſatius fuiſſet aliter
„ expoſitum eſſe , & per verbum , quod Hebræo per omnia reſ-
„ ponderet , ſicut Moſen egiſſe conſtat &c. „ Porro Moſes utitur
voce ברא [illegible] *creavit*, qua diſerte teſtatur Deum Cœlum , &
Terram ex nihilo condidiſſe . Videri etiam poteſt idem Pro-
cop. *In cap. XI* , *Geneſ in XXXII* , *Deuter* &c. Arians etiam
Hæreſis (uti narrat Epiphan. *Hæreſ 68.*) anſam non exiguam
arripiebat ex eo quod in eadem Verſione *Proverb. VIII. 22.* ha-
beretur [illegible] *Dominus creavit me* . Inde namque Dei
Filium a Patre e nihilo conditum inferentes , ipſi neque æter-
num , neque conſubſtantialem habendum urgebant . Porro per-
peram ita translatum fuerat [illegible] *creavit me* , quum in He-
bræa nequaquam efferatur *creatio* „ quæ , ut recte advertit
„ Hieronymus, (a) dicitur ברא „ ſed *poſſeſſio* : ita enim ſcriptum
„ eſt יהוה קנני , quod in noſtra lingua exprimitur *Dominus*
„ *poſſedit me* . Inter Poſſeſſionem autem , & Creationem multa di-
„ verſitas eſt . Poſſeſſio ſignificat quod ſemper Filius in Patre , &
„ Pater in Filio fuerit . Creatio autem ejus , qui prius non erat ,
„ conditionis exordium „ . Ex ejuſmodi ergo incommodis moni-
ti

(a) *In. Epiſt. ad Cyprianum.*

zuari (1). *Opus itaque Catholicæ Fidei adeo ſalutare, dignis Patrum elogiis undique celebratum merito Eccleſia ſolemni Decreto a Fidelibus excipiendum conſtituit*. (2)

XVI.

ti Orthodoxi, ſplendore etiam ac fide Hjeronymianæ Translationis excitati, brevi hanc magno fidei bono conſulendam, ac terendam ſuſcepere. Quod inter ceteros conſtat de Heſychio Gregorii Nazianzeni, ut fertur, diſcipulo (a), de S. Auguſtino, ut innuimus, de Philippo Hjeronymi Auditore (b), de Lucinio Bætico, qui ex Hiſpania ſex ad Hjeronymum miſit Notarios, qui deſcripta ejus volumina ad ſe perferrent (c), aliiſque innumeris potiſſimum poſt S Gregorium M., qui pro Textu Hjeronymi Translationem habebat (d). Iſidori autem Hiſpalenſis ætate (VII Sec.) Hjeronymi Editione, ut ipſe ſcribit, (e) generaliter jam omnes Eccleſiæ uſquequaque utebantur „ pro eo „ quod veracior eſſet in ſententiis, & clarior in verbis „.

(1) Vid. Hjeronym. qui *De Scriptoribus Eccleſiaſtic.* „ Sophronius, inquit, vir apprime eruditus opuſcula mea in Græcum eleganti ſermone tranſtulit. Pſalterium quoque & Prophetias, quos nos de Hebræo in Latinum vertimus „. Et *lib.* 2. *adverſus* Ruffinum „ Putabam, inquit, bene mereri de Latinis meis, & noſtrorum ad diſcendum animos concitare: quod etiam Græci verſum de latino poſt tot interpretes non faſtidiunt „. V. etiam ejuſdem Præfatio *In Eſdram*.

(2) *In Tridens. ſeſſ.* 4. Quod Decretum ad Hjeronymianam maxime pertinet Translationem. Si namque excipiantur Libri Baruch, Sapientiæ, Eccleſiaſtici, Machabæorum, & aliquot verſus e Volgata veteri in hodiernam Vulgatam derivati, cetera Interpre-

(a) *Ex lib.* 1. *Comment. in Levit. cap.* 4. (b) *Ex ejus Comment. in Job.* V. Cl. Martian. *Proleg.* 2 in Divinam Biblioth. S. Hieron. (c) Hyron. *Epiſt.* 29. *ad Theodoram*. (d) V. ejuſdem *Præfat. Expoſ. Moral. in Job*, & *lib.* 20. *Moral. cap.* 24. (e) *lib.* 1. *de Offic. Eccleſ. cap.* 12.

XVI. Sed cauſæ ſuſceptæ minus quam par eſt patrocinari , ac Hjeronymo etiam minus æquus videri poſſem , ſi eam hoc loco ſilentio operam præterirem , quam ipſe nobis ad Sacrorum Bibliorum explanationem eodem Linguarum præſidio contulit in Commentariis. Ita quippe comparatus Græcorum , Hebræorum , Chaldæorum inſtituta , traditiones , ſententias exploravit , pernovit , digeſſit ; Literariis eorum opibus multa Scripturarum loca implexa , & obſcura explicuit , ac illuſtravit ; præpoſtereque , ac nequiter detorta non pauca rectæ intelligentiæ , ac fidei

terpretem , correctoremve Hjeronymum habent. Danielem equidem nunquam vertiſſe ſcribit quidam . Sed poterat is legere vel ipſius Hjeronymi *Proœm. Comment. in eumdem Prophetam* , ubi diſerte habet : „ Unde & nos ante annos plurimos cum verteremus Danielem &c. „ Ibique etiam ſubdit viſiones quaſdam obelo prænotaſſe ſignificante eas in Hebræo non haberi.

fidei reſtituit, aſſeruit, vindicavit (1); *ut merito clamet Magnus Parens Auguſtinus:* (2) „ *Sic in Eccleſia labora-* „ *vit, ut eruditionem Catholicam mul-* „ *tum in Latina lingua* MULTIS, ET „ NECESSARIIS LITERIS *adjuvaret.*

XVII. Quæ quum ita ſint, ecquiſnam veſtrum erit N. N. qui harum literarum præſtantiam non fateatur, non probet? Sique ejuſmodi labores, profectus, ac merita jure in Origene ac Hjeronymo celebrantur, quam merito commendandi ceteri etiam ſunt, qui earundem ſtudia literarum apud Catholicos collapſa ac pene extincta repetere,

(1) Ipſi accepta referimus plura fragmenta veterum Interpretum Græcorum Veteris Teſtamenti, quorum Translationes injuria temporum, ſocordiaque hominum perierunt. Multas etiam ex eodem intelligere licet traditiones, & opiniones veterum Iudæorum de vocum, adagiorumque illius Gentis ſignificatione, deque plurium Scripturæ textuum ſententia, quin & nonnullas ab ipſo habemus varias lectiones dignas quæ expendantur. Vid. Jo. Cleric. *In Hjeronymianis quæſt.* 8.

(2) *Contra Julianum Pelagianum lib.* 2. *cap.* 36.

petere , inſtaurare , ac provehere ſategerunt ; ut tantum & ipſi facultatis inde conſequerentur , quo eidem Eccleſiæ bono procurando , tuendo , amplificando præſto forent! Hic vero in Cœtum , cui nomen dedi , inofficioſi , aut ingrati animi vitio laborare videri poſſem , ſi non adjicerem operam hanc Ordini Prædicatorum præſertim adjudicari.

XVIII. Revera ejus Alumni Fidei Catholicæ propugnandæ , propagandæque deſiderio mirum in modum æſtuantes , jam inde ab ipſo Ordinis primordio earundem Studio pluribus in locis ſe impigre addixerunt (1) *fidelemque*

(1) Cl. Abbas le Boeuf *tom.* 2. lib eus tit. *Diſſertations ſur l'Hiſtoire Eccleſiaſtique , & Civile de Paris Diſſert.* 12 fatetur Dominicanos Galliæ Sec. XIII in harum linguarum cognitione excelluiſſe quammaxime , palmamque hanc ceterorum Cœtuum Alumnis præripuiſſe . Hoc etiam tempore pene omnia Ariſtotelis Opera e fontibus græcis , ejuſque Enarratores ex Arabica Lingua in latinam

lemque , ut in votis erat , Eccleſiæ operam præſtiterunt . Neque vero mihi hoc loco de ingenti eo fructu ſermo eſt , quem Linguarum ope Evangelio apud aliorum ſermonum Nationes , & Regna diſſeminato copioſiſſime retulerunt (1) *, ſed earum tantummodo ad veræ*

h *fidei*

Latinam ait a noſtris ſuiſſe translatos . In quod operis genus incubuiſſe fertur Guillelmus de Moerbeka Flandr qui quædam etiam Galeni , Hippocratis , & Procli e græco vertit , quæ extabant *in Colbert. Cod.* 55. *&* 1705. , *& in Sorbon. n* 800. Quædam etiam Ariſtotelis hoc eodem Sæculo, & Daretem Phrygium *De Bello Trojano* vertit Gotiofridus de Waterfordia . (a)

Inter Hiſpanos etiam Linguarum Hebraicæ , & Arabicæ ſtudia S Raymundi de Pennafort , & Joannis de Vildeshuzen Magiſt. Gener. Ordinis ſollicitudine , & Caſtellæ , & Aragoniæ Regum munificentia instituta ſunt , ac viriliter viguerunt (b). Ex quo Inſtituto „ non multis poſt annis (inquit Peña Sac. Rotæ Auditor (c)) profluxiſſe putatur Decretum Concilii Viennenſis (d),
„ quo ſancitum fuit , ut in Studiis , ſeu Univerſitatibus Romanæ Curiæ , & Pariſienſi in Gallia , & in Oxonienſi in Anglia , & in
„ Salmantina in Hiſpania conſtituerentur Profeſſores Linguarum
„ Hebraicæ , Arabicæ , & Chaldææ periti &c.

(1) De ſalutari illorum Prædicatione iis etiam temporibus apud Palæſtinos , Syros , Armenos, Perſas , Tartaros , Meſopotamenſes, Chaldæos , Ægyptios , aliosque . De Reconciliatione Patriarchæ Jacobitarum , cui multæ Provinciæ parebant & ejuſmodi , præter

(a) *In Colbert. Cod.* 4154. (b) *Diago in Actis Concil. Fronton. Hiſt. Toleti* eo anno habit. Clemens VIII. *in Bulla Canoniz. ejuſdem Sancti edita an.* 1601. *die* 29. *April.* quæ incipit *Romana Catholica Eccleſia*. (c) *In not. ad cap.* 19 *lib.* 2. *Vitæ S. Raymundi*. Cui concinit D. De Maubruc *in Prolegom. ad Pugionem Fidei Raym. Martini*. (d) V. Clementina unica *de Magiſtris*,

fidei Doctrinas aſſerendas , vindicandaſque ſubſidium conſidero . Quo utique communiti Sodales Ordinis Prædicatorum Sacrarum Scripturarum Libris accurandis ea quidem ætate docte ac feliciter vacavere (1) *, Hebræorum , Sara-*

Raynald. & Bzov. *In Annal.* V. *Ep* F. Philippi Prioris Ord. Præd. e Terra Sancta ad Gregorium IX. apud *Echard t.* 1. *Script. Ord. Præd. pag.* 104 Ejuſdem Greg. IX *Epiſt.* ad Patriarcham Jacobitarum dat. die 28 Jul. 1237 *Bullarum Ord Præd* 2 Cl. P. Antonino Bremond nunc Ord. Magiſtro adornatum Eruditiſs. Thomas M. Mamachius ejuſdem Ord. *Originum , & Antiquit. Chriſt. Tom.* 2. Antonius Touron. ejuſdem Ord. *De Viris Illuſtr.* Ord. Præd. &c.

(1) Anno 1236. Sacris Bibliis ab Exſcriptorum vitiis expurgandis incubuerant , ipſique ad marginem addidere Varias Lectiones MSS. Hebræorum , Græcorum , & Veterum Latinorum Codicum ætate Caroli Magni Scriptorum . Quod opus extat in San-Jacobæa Paris. & in Paulina Lipſ. olim noſtra . Eandem Correctionem laudat Lucas Brugenſis *in Not. ad Iob cap.* 3 juſſuque F. Jordani Magiſtri Ord. Præd. & F. Hugonis Prioris Provincialis in Francia (a) peractam tradit (b) . Ejuſmodi incubrationem Richardus Simon (c) tanta ſapientia concinnatam numeriſque omnibus ita abſolutam agnoſcit , ut qualis eſt Typis edita Eccleſiæ eſſe fateatur ; immo & dolendum addat , quod Correctores Romani , qui Biblia Vulgata ediderant , illam non viderint , alioquin utiliſſimam illis futuram . Eadem vero illius Seculi viris ita etiam arriſit , ut variantes ſaltem Lectiones marginales

(a) Hugo iſte eſt Hugo de S. Charo, qui deinde fuit Presbyter Cardinalis , quique primus Commentaria in univerſa Biblia celeberrima elaboravit , eorumque Concordantias procuravit. (b) Ex Præfatione Operi præmiſſa. (c) *Nouvelles Obſervations ſur le Texte , & les Verſions du Nouveau Teſtament.* p. 2. ch. 2.

Saracenorum, Græcorumque aberrantium cavillationes ac momenta funditus explorarunt ac perceperunt; cumque ipſis

h 2

ginales multi ſibi deſcribendas curarint. Hinc autem deprumptum eſſe celebre *Correctorium Pariſienſe* oſtenditur in Opere *De Scriptoribus Ord. Præd.* a Quetif & Echard elaborato (a).

Hæc quidem Dominicanorum accuratio ſatis oſtendit falli cum aliis Jo: Buxtorfium virum e ſecta Lutheranorum Hebraice & Chaldaice doctiſſimum, ubi ſcribit (b): „ Poſt Hieronymi tempora ſtudium Linguarum Sacrarum diu ceſſaſſe videtur: „ unde non tantum Translatio ipſius graviores depravationes paſſa „ eſt.... ſed & in univerſa Doctrina Eccleſiæ, horrendæ tenebræ obortæ ſunt, quæ ad mille ſere annos durarunt. Anno Chriſti MCCC. Nicolaus Lyranus Hebraice peritiſſimus (c), Biblia „ Latina commentariis quidem illuſtravit, at de Textu Latino „ cum fonte Hebræo conferendo, parum aut nihil ab eo tentatum eſt. Tandem Deus .... excitavit circa annum MD. linguarum ſtudioſiſſimos & peritiſſimos Viros, qui turbatorum lacuum pertæſi Scripturam Sacram ex fontibus Hebræis abluerunt, eamque vero ſuo nitori reſtituere aggreſſi conati ſunt. „ Et infra „ Inter hos poſt Hieronymi tempora Chriſtianorum „ primus fuit Jo: Capnion vulgo *Reuchlin* dictus... Hic an. Chriſti 1494. edidit librum de verbo mirifico, arcana ſapientia refertum „ &c. Quamquam itaque circiter annum milleſimum quingenteſimum Linguarum ſtudium uberius veluti regerminaret,

(a) *Tom. 1. pag. 198.* (b) *In Epiſt. Dedicatoria præfixa Lexico Hebr. & Chald.* Nec aliter ſentit *in Epiſt. præmiſſa Theſauro Grammat. Linguæ Hebr.* (c) Fuit hic ex inclyta Minorum Familia. Eum Bellarminus, aliique Judæis parentibus natum ad Fidem Chriſtianam converſum tradunt. Sed quum Judaiſmus ejus nullo idoneo argumento, aut teſte probari poſſe obſervent Jo: Saubertus *in Paleſtra Diſſ. p. 29.*, & Chriſtophorus VVolfius *Bibliot. Hebr. p. 912.* ſtatius exiſtimo illius in Hebræa lingua peritiam argumento eſſe poſſe inter illius Ordinis Sodales etiam tunc temporis earum Linguarum exercitia non fuiſſe neglecta, quarum etiam ſubſidio de Eccleſia, cui magnopere ſemper profuerunt, benemererent.

ſis congreſſi objectas ſibi difficultates docte periteque diſſolverunt, eorumque aſſertiones & dogmata ſuorummet etiam Scriptorum, ac Doctorum authoritate radicitus revulſere (1). *Quumque*

ſit, multa tamen hic Author peccat, affirmans nempe poſt Hieronymi tempora ad eam uſque ætatem Linguarum Studium a Catholicis neglectum fuiſſe, Verbum Divinum gliſcentibus in dies depravationibus tandiu ac tam graviter obſcuratum, univerſamque inde Eccleſiæ doctrinam falſorum dogmatum admiſſione fœdatam. Si quippe etiam multo ante MD. extitere in Eccleſia Viri laudatis linguis exculti, qui Vulgatam Latinam cum fontibus primigeniis, aliiſque Codicibus conferentes ejuſdem fidei atque integritati conſuluere, ipſamque quidem caſtigare, ac abſtergere potuiſſent, ſi quid in eandem ſanæ doctrinæ, ſanctiſve moribus contrarium irrepſiſſet.

(1) Quum eo Seculo in Hiſpaniæ Regnis innumeri adeſſent Judæi, eorumque non pauci opibus etiam, ac honoribus florerent, Terras illas ubique nefariis artibus, doctrinis, ac blaſphemiis infeſtabant, multique Chriſtianorum in fidei diſcrimen adducebantur. Quapropter Dominicani Hebraica lingua doctrinaque inſtructi magno caritatis ardore quaqua verſus diſcurrebant, alatos, ſibique præſidantes Judæorum Doctores conquirebant, diſputationibus aggrediebantur, eorumque errores ac perfidiam ita prodebant, ac revincebant, ut multos Hebræorum Chriſto lucrifacerent, Chriſtianis imbecillis, ac nutantibus opem ferrent, fidemque Catholicam ſuſtinerent. „ Suaſor & adjutor ardentiſſimus harum diſputationum (ut Montfauci verbis utar) „ magnus ille & vere cœleſtis Pennafortius fuit (a) „ Atque inter ceteros ſtrenue ac viriliter ſe geſſiſſe conſtat Raymundum Martini,

(a) Sanctus nempe Raymundus Ord. Præd. de quo ſupra, quique Gregorii IX. juſſu Romanorum Pontificum Decreta in diverſis Conciliis, & Epiſtolis ſparſa in unum *Decretalium* Volumen quinque libris diſtinctum redegit.

que eiſdem etiam armis inſtructi qua-vis

tini, Franciſcum de Cendra, Arnaldum de Segarra, Paulum Chriſtiani, & Petrum de Janua (a) Memoratu digna inter ceteras eſt ſolemnis diſputatio, quam Paulus Chriſtiani Hebraice, ac Rabbinice peritiſſimus praeſente Jacobo I. Aragonum Rege, Viriſque omnium Ordinum ſapientiſſimis habuit Barcinone cum R. Moyſe Gerundenſi, vulgo *Ramban* die 20. Julii an. 1263. In qua ita docte eum peſtrinxit, ut Rabbinus vir utique eruditus (b), qui ceu Oraculum apud ſuos habebatur, ad incitas redactus, ac motus redditus clam ſe ſubduxerit, & aufugerit. Cujus Diſputationis Acta Regis juſſu literis conſignata ſervantur in Archivo Reg. Barcinon. *Regiſtro T. fol.* 109. (c) Laudatur autem Raymundus Martini non voce tantum, ſed etiam ſcriptis Fidei veritatem doctiſſime aſſeruit ac promovit. Erat is Hebraice, Arabice, Chaldaice, & Rabbinice peritiſſimus. Ac praeter diverſas Summas contra Alcoranum (d), compendioſum quoddam opus latine compoſuit adverſus Judaeos, quod appellatur *Capiſtrum*. Sed magis inde comperta callida iſtorum malitia, qui parvipendunt quicquid illis latine profertur, Opus aliud Latine, & Hebraice adverſus eoſdem elucubravit anno 1278. cui *Pugionis Fidei* nomen dedit. Typis editum fuit *Pariſiis an.* 1651., cum Epiſt. D. Franciſci Boſquet Epiſc. Lodovenſis exponente argumentum Operis, Prolegom. D. Philip. Jac. de Mauſſac Comitis Conciſt. &c. & Obſervat. eruditiſſimi D. Joſephi de Voiſin Ex-Senatoris Burdigal. & recuſum Lipſiae 1687. cum Introd. Jo. Bened. Carpzov. In hoc opere, primo ſanctitus Vet. Teſtamenti Libris, deinde veterum Judaeorum Traditionibus, & Commentariis in Scripturam omnique eorundem Literaturae. Ut ſumptum, ne aliud dicam, prorſus

(a) Franciſcus Diago *Hiſt. Prov. Arag. lib.* 1. *cap.* 5. 15. *lib.* 2. *cap.* 6. *Oc.* Fernandez *Concertat. Praedicat. ad An.* 1264. (b) Extant ejus Commentaria in Pentateuchum, in Job, aliaque. Hunc Judaei inter Kabaliſtas ultimi temporis primas tribuunt. (c) V. Diago *Hiſt. Prov. Aragon. lib.* 1. *cap.* 15. Clemens IV. in Bulla, quae incipit „ Agit nec immerito Mater Eccleſia „ data an. 1266. Meditatus *Hiſt. Provinc. Hiſp. tom.* 2. *p.* 1. *lib.* 2. *cap.* 18. Laudatus Diago plura etiam refert Regis ejuſdem Diplomata in Pauli noſtri gratiam emanata. (d) Diago laud. *lib.* 2. *cap.* 18.

vis deinceps ætate Iidem Eccleſiæ prodeſſe

prorſus ſit judicium de hoc Opere pronunciatum ab Ab. De Houtteville (a), qui noſtrum Raymundum Ariſtotelis argumentis uſum, & linguarum cognitione deſtitutum agnoſcit. Sed is, ut quidam recens, de iis, quæ nec legit, nec novit imprudenter judicium arripuit. Illi igitur qui iſtius noſtri Raymundi lucubrationum non ſunt ignari, fatentur eum „ primum „ Judæos propriis armis confodiſſe „ ejuſque Pugionem ex tota Hebræorum ſuppellectile acutiſſimum conflatum celebrat Harduinus Epiſc. Ruthenenſis (b). „ Ac debebat utique Divini Nu„minis providentia (inquit Petr. Epiſc. Antiſiodor (c)) iiſdem „ ferme temporibus, ex uno eodemque Dominicanorum Religio„ſo Cœtu, duplici Theologiæ Summæ Chriſti Eccleſiam non mo„do fulcire ad robur, quam ornare ad decus. Alteram procu„ravit per genium revera Angelicum D. Thomæ ab Aquino; „ alteram per F. Raymundi Martini, non vulgarem, eoque uno „ tantum non miraculoſam [illegible]. Illa Gentes inſtruit, hæc „ cæcutientes pervincit: illa Chriſtianitatis clypeus, hæc Pugio &c. „ Hoc Raymundi opere uſus eſt Porchetus De Selvaticis, ſeu Selvago Genuenſis Carthuſianus pro libro, cui tit. *Victoria adverſus Hebræos &c.* in cujus Proœmio ingenue inquit „ a quo „ ſumpſi hujus libelli materiam in pleriſque compilandi „. Ex eodem Petrus Galatinus, quin Authorem, opuſve nominaſſet, fere omnia in libris *De Arcanis Catholicæ* veritatis deſumpſit. Quo de plagio videſis Joſeph Scaligerum *in Epiſt. Reſponſ. III.* id. Sept. 1603. ad Caſaubonum, & laudatos Boſquet, Mauſſac, & Voiſin. Quibus addo quod ſæpe, ubi a *Pugione* excurrit, ibi fere exſcribit *Capiſtrum*, ut ipſe adverti, quum opus iſtud conſulerem, quod in noſtra Biblioth. Bonon. MS. ſervatur.

Eodem Seculo Græcarum etiam Literarum peritia ſtrenue pro Catholica Eccleſia certatum eſt; in anno 1233 ſtylo veteri novo autem 1234. in Concilio apud Nicæam primum, tum apud Nymph. in Bithyn. habito pro conciliandа utraque Eccleſia

(a) In Op. *La Religion Chretienne prouvée par les faits*. Vid. Clariſs. P. Ant. Touron De Viris Illuſtribus Ord. Prædic. *tom.* 3. (b) In hujus Operis approb. (c) *Ibidem*.

deſſe nunquam deſtiterint (1), *tum plane*

ecleſia Græca & Latina. Quum in eo Latinorum partes gererent F. Hugo, & F. Petrus Ord. Præd. cum FF. Aymone & Rodulpho Ord. Min. (hac de cauſa miſſi a Gregor. IX. ad Joe Batatzium Orientis Imp. & Germanum Patriarcham C. P.) „ Unus de Fratribus noſtris inquiunt (a), cui Dominus dederat „ gratiam in Literatura Græcorum revolvit librum B. Cyrilli de „ IX. anathematiſmo, & incepit græce legere „. Qua authoritate confuſi Græci, ut ibi ſubditur, non habuerunt quid reprehenderent. Et quanquam iidem tunc re infecta inde recesserint, Schiſmatici interea ita devicti fuere, ut ipſi excuſationem non haberent, & Catholici illarum regionum veræ fidei firmius adhærerent. In Concil. Lugdun. II. (in errores etiam Græcorum, & ad recipiendos eos qui in pacem, & in ſinum Ecleſiæ redire vellent) celebrato, Guillelmus de Moerbeka Ord. Præd. Gregorii X. Pœnitentiar. ſuum eidem Pontifici ſedulo præſtitit miniſterium. Memorare etiam placet Bonacurſium Bononienſem Italum O. P. qui cum plura græce edidit (b), tum maxime opus Græco-Lat. cui tit. *θησαυρὸς τῆς ἀληθείας τῆς πίστεως*, *Theſaurus veritatis Fidei* (c). Porro, cum Seculis XIII. & XIV ad Provinciæ Lombardiæ Alumnos ſpectaret Domos noſtras Eubœenſem, & Cretenſes Religioſis inſtruere, ſicut Galliorum erat Clarentinæ, & Thebanæ de Sodalibus providere (d), utiliſſima iſtis fuerunt ea ætate illius Opera ad Græcorum (ad quos data opera mittebantur) errores revincendos.

(1) Seculis etiam XIV. & XV. eandem ipſos curam geſſiſſe cognoſcimus. Conſtat utique laud. Raymundum Martini aliis etiam inſtruendis operam ſuam locaſſe (e). Ac inter eos, qui ſcripta etiam eorum peritiæ ſpecimina reliquere habemus Alphonſum

(a) V. Echard. *de Script. Ord. Præd. tom.* 1. *p.* 91 & qui ex Codice MS. Navarr. integra refert Acta ejuſdem Concilii; quæ a VVadingo referuntur *in Annal. Min.* ad an. 1234., ſed interpolata; eodemque modo *a* VVadingo in Conciliorum Editionem Labbeanam inducta. (b) Ut colligitur ex Epiſt. Græco-Lat. ſequenti Operi præfixa. Quod ſequenti Seculo ab Andrea Doto ejuſdem Ord. Joe XXII. nuncupatum fuit. (c) Extabat *in Colbert.* cod. 3185. (d) V. Echard. laud. *tom.* 1. *p.* 538. (e) Ex Opuſc. MSS. Græcis Anonymi ejus Diſcipuli *in Coiſlin. n.* 379. apud laud. Echard. *t.* 1. *p.* 397. *& ſeq.*

ne ad ipſius fidem ſartam tectam ſervandam initio Seculi XVI. plurimum contulere.

XIX. In id porro tempus oculos brevi conjicite N. N. humaniorum quidem Literarum cultu felicius, ſed Novato-

ſum Bonhominis Hebraice, & Arabice peritum (a), Ricoldum, ſeu Ricardum de Monte-Crucis Etruſcum Arabice doctum, cujus extat *Confutatio Alcorani* a Demetrio Cydonio medio Seculo XIV. græce reddita, latine deinde typis commiſſa (b), Petrum Nigrum, qui contra Judæos ſcripſit *De conditionibus veri Meſſiæ, ex textibus Hebraicis latinorum elementis utcumque figuratis* (c), cujus & Rudimenta Linguæ Hebraicæ, aliaque id genus extant *in Regia Paris.* B 240.

Sed quin plures recenſeam, unum modo inſtar multorum memoraſſe ſatis erit Joannem de Monte Nigro Etruſcum, cujus in Græcis etiam literis eruditio quantum Eccleſiæ contulerit, quæ in Oecumenico Florent. Concil. geſta ſunt, liquido commoſtrarunt. Coactum iſtud fuerat ad tollendum Schiſma Græcorum cum Latinis, eique præter Eugenium IV. multoſque Latinorum Præſulum interfuere Joannes Palæologus Orientis Imperator, & Joſephus Patriarcha Conſtantinopolis cum inſigni Græcorum Epiſcoporum, ſelectorumque Presbyterorum comitatu. In eo autem „ primum de Dogmate Joannes ille in re

(a) *Tract. contra Judæos a R. Samuele* 8o. quem a ſe ex Arabico translatum ſcribit. *Et Diſput. Abutalis Saraceni, & Samuelis Judæi, quæ fides præcellit an Chriſtianorum, an Saracenorum, vel Judæorum in Catal. Anglic. t. 2 pag.* 1. n. 8715 (b) Romæ a Jo: Beſicken. 1506. & alibi. Idem etiam Itinerarium peregrinationis ſuæ in Barbariam, Palæſtinam, ac Meſopotamiam exaravit, quod gallice redditum extat *Paris. in Regia n.* 8389 (c) Typis Conradi Fineri de Gerhuſeren in Eslingen Imperiali Villa Anno MCCCCLXXV.

vatorum prævaricationibus miſere divexatum. Quotus enim eorum quiſque, ut lingua & audacia promptus erat,

i *quic-*

„ re Theologica ſublimis vir ingenii, atque in Inſtituto S. Do-
„ minici Provincialis, diſputationem inſtituit„ (a) [illegible]. Atque ut in Græcorum ſcriptis evolvendis verſatus erat (b)„ non ex apocryphis, ignotiſve libris textus
„ protulit, aut e ſpuriis ac depravatis (ut Adverſarii blatera-
„ bant), niſi apocrypha vocare vellent Baſilii Magni opera,
„ Athanaſii, Epiphanii etiam ac Cyrilli„ (c) [illegible]„. Quorum dicta Joannes Lati-
„ norum nomine proferebat, quibus validam operam dabat
„ ut veritatem dogmatis exhiberet. Noluerunt enim Sancti illi
„ Viri dogma hoc Occidentalium authoritate Doctorum, ſed ex
„ Orientalibus Patribus comprobare„ (d) ut eorum etiam utique confeſſione conſtaret, Græciſque, qui ex illorum ſcriptis

alter

(a) Verba ſunt Joſephi Epiſc. Methonenſis, Reſponſ. ad libellum D. Marci Eugenici Metropolitæ Epheſi in Collect. Conciliorum Labb. Pariſ. tom. 13. p. [illegible] Primus autem ab eo ut dicitur, in Seſſionibus nempe Florentiæ habitis Ferrariæ quippe Julianus tit. S. Sabinæ Cardinalis Cæſarinus antea egregie ſe geſſit, & ſecundus ab ipſo ſelectus Frater Andreas Rhodius Archiep. Coloſſenſis, & ipſe Ordinis Prædi. S. Antoninus teſtis oculatus Hiſtor. p. 3. tit. 22. cap. 11. ubique) in Theologia Doctor egregius, & utriuſque idiomatis peritiſſimus, plura cetera copioſe, docte, ac eloquenter cum Græcis congreſſus eſt. Quamquam & in Ferrarienſi quadam identidem protulit & Joannes Provincialis, ut & deinde Florentiæ Fr. Andreas, qui ibidem interpretem Græcum Latina dicta non recte vertentem correxit, & ambiguitatem, qua in diſputationem laborabatur ſuſtulit. V. Acta ejuſd. Concilii. (b) Quemadmodum græce græcorum Patrum libros expenderent V. Coll. XV. XVI. &c. (c) Laud. Joſephus *ibidem*. (d) [illegible] *Ibidem*.

quicquid ad libidinem comminiſceretur ſeu pridem confixum , ſeu prorſus inauditum libere venditabat . Primo quidem

aliter prætexebant , vim omnem adimerent . Tanta vero doctrinæ vi , tantoque robore ex eâdem de Spiritus Sancti a Patre , & Filio proceſſione , de ejus modo per communem , & unicam ſimul utriuſque ſpirationem , aliiſque id genus diſceptavit , ut Marcus Epheſinus Metropolites acris ingenii vir , qui præcipuus inter Græcos in certamen prodierat , neque in Græcorum ſuorum ſcriptis tegendo errori ſuo locum ſibi reliquum videns , Codices corruptionis arguere cœperit ; libroſque omnes , qui producti ſunt depravatos pronunciaverit ; quin & e Sancti Baſilii Codice ſententiæ proprio errori adverſantis (fruſtra licet) deletio tentata eſt . Sed & Græcorum Codicum depravationem Joannes noſter non a Latinis , ut Græci calumniabantur , ſed ab ipſiſmet Græcis poſt conflatum ſchiſma peractam oſtendit , aliquoſque etiam ſuperſtites fuiſſe , qui depravationem a Schiſmaticis Græcis factam evaſerunt . Univerſa autem tam erudite , ſolide , ac dilucide commonſtravit , ut Epheſino , quamquam loquaciſſimus , & procax eſſet , verba defecerint , turpique pudore , quod eum ad incitas redegiſſet , receſſerit , nec amplius in Synodum ire voluerit (a) . Canonice equidem vocatus eſt ; miſſique ad eum Synodus ut ad diſputationem veniret , Sed ille rationes ſuas tam valide , ac ineluctabiliter redargui , eum ſenſe non poſſet , venire noluit , adverſamque valetudinem ſimulavit (b) . Cumque nemo inde Græcorum cum Joanne congredi auſus ſit , Ipſe tamen in Synodo ex Orientalium Doctorum dictis plura deinde repetens ac illuſtrans , veritatem altius in Auditorum mentes infixit ; ac utrinque tandem & voce & ſcripto conſenſum eſt , ſolemnique *Unionis* , ut vocant , *Decreto* Latini & Græci pariter ſubſcripſere .

(a) [illegible] , *Idem pag.* 712 (b) [illegible] . *Ibidem* .

dem veterum Patrum , Conciliorumque ſententiis, aliquid deferre videbantur ; ſed multi poſtmodum , ubi ſuis & eas quoque placitis oppoſitas experti ſunt , eaſdem etiam in his execrari cœperunt ; ac e ſola Sac. Scriptura neceſſariam fidei , morumque doctrinam petendam ſanxere (1) . *Sed quum hanc eorum pariter adinventionibus abhorrentem deprehenderent , ecquis neſcit qua verſutia , quoque præſertim Linguarum Orientalium , quibus aliquatenus imbuti erant , abuſu*

 perpe-

(1) Reformati *in Confeſſ. Belgica art.* 7. „ Credimus Sacram Scripturam perfectiſſime omnem Dei voluntatem complecti , & in ea abunde ea omnia doceri , quæcumque ab hominibus credi neceſſe eſt , ut ſalutem conſequantur „ . Similia habentur *in Confeſſ. Gall. art.* 5. , *& in Helvet. poſt. art.* 5. Lutherani latius adhuc *in Confeſſ. Boham. cap.* 1. „ In hac (Scriptura) quæ ad Doctrinam , & Sanctæ Eccleſiæ diſciplinam & gubernationem ad ſingulos & univerſos in ordinario ſalutis miniſterio (unde & vera fides exiſtit) neceſſaria ſunt : ea inquam omnia, plene , omnino , & quantum opus eſt , ut in eximio , artificioſiſſimoque Sancti Spiritus opere , in hac comprehenſa ſunt & concluſa „ .

perperam identidem depravationis arguere, varie invertere, hucque illucque repugnantem a vero ſenſu abducere conabantur? Quam ingentem vero inde hominum multitudinem capiebant, ac a veræ Eccleſiæ ſinu his artibus, ac ſeductionibus, heu nimium exitialibus, evellebant! Opportune ergo in tanta temporum calamitate nonnulli e Prædicatorii Ordinis Sodalibus eiſdem literis probe inſtructi reperti ſunt, qui teterrimum quaqua verſus afflans virus pro virili compeſcere, ac abigere ſategerunt (1). *Quorum præſentiſſimam opem ceteros inter ſenſere*

(1) Lutheri dogmata primi omnium oppugnarunt Io: Tetzel, & Silveſter de Prierio ambo ex Ord. Præd. Verum hos dimitto, uti & pluſquam centumquinquaginta ejuſdem Ord. Theologos, qui adverſus Novatores docte ſcripſere, & in multis ſcite utique confutarunt; deque iis duntaxat mihi ſermo eſt, qui exterarum etiam literarum peritia communiti, quamvis eorum effugia, ac molimina labefactabant.

ſenſere profectò Moguntini (1), *Trevirenſes* (2), *Lugdunenſes* (3), *ac Toloſa-*

(1) Apud hos „ Ioannes Dietembergius Ord. Præd. Latine & He-
„ braice præter Theologiam noſcens utrumque Teſtamentum ne
„ quis in laqueos Verſionum hæreticarum impingeret, e Vulga-
„ ta editione Germanicum reddidit (a), fallas item Hæretico-
„ rum opiniones & mores indicans; nec ſemel cum Luthero
„ congreſſus (b) „. Edidit etiam Tract. *in defenſ. Sacrificii Miſſæ & de Votis Mon.* aliaque contra Lutherum *Colon.* 1524. Quæ recognovit, noviſque Lutheri rationibus ex ſacris Literis & luculentiſſime & eruditiſſime reſpondit. *Colon.* 1525.

(2) Ambroſius Storck ſeu *Pelargus* Ordin. Prædicator. Græce, Hebraiceque doctus „ multis annis apud Treviros egit concio-
„ natorem ſtrenuum, & ſæpiſſime cum Lutheranis manus conſe-
„ ruit in Colloquiis (c) „. Tanti habitus fuit a Ioanne IV. ab Iſembug Archiep. Trevir. & Adolpho de Schavvemburg Archiep. Colon. ut ipſum eorum in Tridentino Concilio locum habere voluerint, eorumque nomine ſedere Procuratorem (d). Apologiam edidit Sacrific. Euchariſt. contra Oecolampadium *Baſileæ* 1528. Ejuſdem Apologiæ propugnationem *Baſil.* 1529. Adverſus Anabaptiſtarum errores aliquot, Eleutherobaptiſtas, & Iconomachos *Friburgi Briſgoja* 1534.

(3) Satis hic erit referre quæ de Sancte Pagnino Græce, Hebraice, & Chaldaice peritiſſimo habet Spiritus Rotetus ejuſdem Ord. Præd. Toloſanus Inquiſitor *in Reſponſ. ad Epiſt. Civium novæ Babylon.* (e) „ Aderam ego, inquit, Lugduni, quando ſuum
„ feliciter diem clauſit extremum Sanctes Pagninus, cujus fu-
„ nus, & exequias tanto honore, & pietate celebravit Civitas
„ Lugdunenſis, ut non privatus aliquis homo, ſed totius Civi-
„ tatis Parens defunctus putaretur..... Hujus tanti honoris cauſ-
„ ſam cum requirerem reſponſum accepi Civitatem Lugdunen-
„ ſem

(a) Edit. *Mogunt.* 1534. (b) Anton. Poſſevin. Soc. Jeſ. in *Appar. Sacr.* tom. 2. (c) Meiſſius Cratepolius Ord. Min. in *Annalib. Trevir.* (d) Pallavic. *Hiſt. Concil. Triden. p.* 2. *lib.* 10. *cap.* 4. *n.* 6. (e) Epiſtola iſta Gebennis a Monacho inſigni apoſtata edita fuerat.

loſates (1) ; *immo & univerſa Eccleſia earundem Linguarum ſtudiis apud Catholicos inſtauratis , Sacrarumque Scripturarum ſcientia uberiore , ſolidioreque reſtituta.*

XX. Hic vero quin memorem Jo: Cononem Norimbergenſem (2) , *Joannem*

„ ſem Sancti Pagnino perpetuo ſe fateri obnoxiam ; eo quod „ niſi illius ſancta & magnifica tuba inſonuiſſet , diligenterque illam admonuiſſet , Lutheranorum dogmatibus tota fortaſſe „ tan ſeducta , involutaque deveniſſet „.

(1) Laudato Spiritui Rotero Græce etiam & Hebraice docto quantum debeant Toloſates , intelligi poteſt ex Georgio Boſquet Toloſ. J. U. D. eadem ætate florente, qui in *lib.* cui tit. *Hugonotorum Hæreticorum Toloſæ conjuratorum profligatio* (a). „ Nec „ defuit , inquit , eodem tempore Reverendi Senis Spiritus Roteri Dominicani Inquiſitoris Fidei ſtudium ... multis editis ele„ gantiſſimis libellis ad confirmandas Catholicorum mentes , „ declamans quinquaginta annis evangelio jam voce defecti &c. „

(2) Jo: Cono Noricus Græcæ Linguæ callentiſſimus , eam alios etiam edocuit , ut e Sepulcrali ejus ſuperſcriptione a Beato Rhenano poſita (b) luculenter conſtat. Quædam idem Baſilii M. Gregorii Nyſſ. & Gregorii Nazianz. latine vertit , ac reſtituit e Baſileenſi Ordinis noſtri Bibliotheca Græcis Authoribus tunc inſtructiſſima. Quumque eo tempore Eraſmus Roterodamus Baſileæ Novum Teſtamentum Græcum a mendis vindicaret , ei Conon noſter frequenter affuit , atque ſuam operam haud pœnitendam præſtitit. Ac inter alia S. Hieronymi operibus

(a) Toloſæ 1563. (b) V. Henrici Pantaleonis Phyſici *Proſopographia Vir. Illuſtr. Germ.* III. p. ad 1504. ubi & alia ad illum ſpectantia deſcribit.

nem Facundum Veronenſem (1) , *Magdalium Jacobum Goudanum* (2) , *Sanctem Marmochinum Etruſcum* (3) , *alioſque plures ejuſdem Ordinis illuſtres Viros ejuſmodi Literas callentes ac profitentes , ſpectaſſe ſufficiat Auguſtini*

ad MSS. Cedd. caſtigandis incubuit , quibus & Græca adjecit . Sed ipſo immature morte ſublato Eraſmus opus complevit , edidiſque *Baſil* 1516.

(1) Linguam Græcam is ad miraculum prope calluit , quam Modioni in Tridenti profitebatur circa an. 1490. (a) Onuphrius Panvinius & ipſe Veronenſis eique ſuppar (b) inter illius Opera bis mille & amplius veterum Inſcriptionum in unum corpus collectionem admiratur . Angelus etiam Politianus de eodem „ Vir unus , inquit (c) , titulorum , monumentorumque „ veterum ſupra mortales ceteros non ſolum diligentiſſimus , ſed „ etiam ſine controverſia peritiſſimus „ .

(2) Goudanus , vel Gaudenſis Græce & Hebraice peritiſſimus Flavii Joſephi librum *de Imperatrice Ratione* e Græco vertit (d), & *Correctorium Bibl. cum difficilium quarundam dictionum luculenta interpretatione* typis dedit *Colon* 1528.

(3) Linguarum variarum , ac Hebraicæ præſertim apprime peritus, eam Venetiis & Patavii docuit (e) . Vetus Teſtamentum ex Hebræo , Novum e Græco in Etruſcum vertit (f) ; in cujus Prolog. inter cetera libros quatuor De Grammat. Latina , Hebræa , Chaldæa , & Græca compoſuiſſe recenſet .

Pro-

(a) V. Julius Cæſar Scaliger *De Subtilitate Exercit.* 104. 226. 289. (b) *De Viris Illuſtr. Veron.* (c) *In Miſcellan.* c. 77. (d) Colon. 1517. (e) Raphael Badius Ord. Præd. *in lib. cui tit. Conſtitutiones & Decreta Sacra Florentinæ Univerſit. Theologorum.* (f) Editum fuit *Venetiis typis* Hæred. Luc. Antoni. Junio 1538.

ni Juſtiniani Januenſis , & Sanctis Pagnini Lucenſis in eiſdem labores , diligentiam ſollicitudinem . Prior Græce , Hebraice , Chaldaice , & Arabice apprime doctus , quum jam Nebienſis eſſet Epiſcopus , ob admirabilis doctrinæ , ac eruditionis celebritatem Franciſco I. Francorum Regi Literarum amantiſſimo valde carus , ab eoque in Gallias accitus , in Pariſienſi Academia primus Hebraicæ Linguæ Scho-

Prolixus autem nimium , ac redundans forem , ſi omnes Prædicatorii Ordinis Alumnos , qui circa Seculi illius initium laudatas literas coluere , ſigillatim enumerare vellem , eorumque opera ex eiſdem contexta percenſere . Illa enim in medium afferre ſatis mihi eſt , e quibus , ea quæ protuli , vera eſſe nemo jam dubitet . Quapropter prætereo & In Annium de Viterbio , quem Orientalium Linguarum peritiſſimum nemo negaverit , quamquam de ſeptendecim ejus Antiquitatum libris varie ſentiant eruditi, Georgium item de Caſali S. Evaſii , Io: Baptiſtam Theatinum , Damianum Lorum Venetum , Zenobium Acciajoli Florentinum a Leone X. Apoſtolicæ Vaticanæ Bibliothecæ Præfectum , Franciſcum Thomæ Etruſcum , aliosque qui eo quidem tempore ex Linguarum peritia Sacras Literas illuſtrarunt , & Patrum Operibus e Græco vertendis , & accurandis incubuere . De quibus videri poteſt Opus *De Scriptoribus Ordinis Prædicatorum* a Quetif , & Echard diligenter elaboratum .

Scholam aperuit , ac integro ferme quinquennio Regii Profeſſoris munus obivit (1) *. Quanto id vero Eccleſiæ bono quis ſatis dixerit ? Ex ea quippe tot in eo Literaturæ genere Viri præſtantiſſimi prodierunt , qui & ibidem , & hac illac effuſi Sacros Codices perite verſantes ita adlaborarunt ,*

K *ut*

(1) „ Mi fece ſuo Configliero e ſuo Elemoſinato ..... e mi mandò „ in Pariggi , dove mi detenni infino al quinto anno , & leſſi, „ & piantai in l' Univerſità Pariſienſa le Litere Hebree „ (a) . Plures eum Eccleſiam ſuam per Vicarios fere ſemper abſentem rexiſſe ſcribunt . Quod falſum prorſus eſſe liquet ex iis , quæ ipſemet refert (b) , ſi illi, quinque circiter anni excipiantur , quibus Pariſiis Linguarum Orientalium ſtudium ſuſcitavit . „ Quod non in Galliæ ſolum , ſed „ & in Univerſæ Eccleſiæ commodum ita redundavit , ut ſi „ quid Epiſcopum a reſidentia eximere poteſt , illud videatur „ probabilius argumentum. Ignorantiam enim ab Eccleſia propulſare in re tam gravi , non minoris eſt momenti , quam „ Evangelium infidelibus annunciare , quam Hæreſes e regno „ fugare .... quæ tamen Epiſcoporum a ſuis Sedibus abſentiæ „ legitimæ ſemper habitæ ſunt cauſæ (c) „ . Ceterum Eccleſiæ ſuæ amantiſſimus , eam ipſemet ſapienter adminiſtravit , Diœceſim univerſam luſtravit , pluraque in ejuſdem rem , & commodum materna lingua reddidit , ac vulgavit .

(a) Ipſe Auguſtinus in Opere ſuo , cui tit. *Caſtigatiſſimi Annali .... della Repubblica di Genova* 1537 *lib.* 5. V. etiam Epitaph. quod Abbas Michael Juſtinian. eidem poſuit , refertque , ab Altamura in Bibliot. Dominicana ad an. 1236 (b) ibidem . V. etiam laud. Opus . *De Script. Ord. Præd. tom.* 2. *pag.* 97. & 99. (c) Echard. *pag.* 99.

ut inſigne deinde Divinarum Literarum eruditio incrementum acceperit. Cui equidem ampliſſime promovendo ipſe idem „ novo & ingenti auſu primus „ omnium utrumque Sacræ Legis In„ ſtrumentum quinque præcipuis Lin„ guis, Hebræa, Chaldæa, Græca, „ Latina, & Arabica in unum cor„ pus Octapla *inſcriptum redegit* (1) „ *Pſal-*

(1) Ita Sixtus Senen. *Biblist. S. lib. 4.*, qui & ejus artificium admiratur, quo in ſingulis paginis octo columnas diſpoſuit, in quibus omnes prædictæ linguæ, propriis characteribus expreſſæ, totidem lineis, totidemque verbis ſibi correſpondentes uno eodemque aſpectu cernerentur. In quo quum Origenem in Operis idea æmulatus ſit, ei Linguarum numero, peritia, elaboratiſque a ſe Verſionibus præſtitit. Hæc autem ordine columellas diſtribuit: in prima Hebræum textum præpoſuit, in ſecunda Latinam interpretationem reſpondentem Hebræo, in tertia Latinam Vulgatam, in quarta Græcam, in quinta Arabicam, in ſexta Paraphr. Chaldaicam, in ſeptima Tranſlationem Latinam Chaldaicæ reſpondentem, in octava Scholia quædam in locis maxime neceſſariis appoſuit. In novis ex Hebræo & Chaldæo interpretationibus non tam ſpectaſſe ait (a) ut eleganter, quam ut ex fide verba reſponderent verbis, ſenſique ſenſibus (ſelectis tamen, non ineptis uſus eſt verbis (b)); eoque præſertim animum intendit, ut in Opere hoc

(a) Vid. ejuſdem *Præf. in Pſalt. Octapl.* (b) Vid. Huetius *De Claris Interpret.* §. 13.

Pſalterium hac ratione vulgavit (1): *Librum Job Hebraicæ veritati reſtitutum cum duplici Verſione* (2), *aliaque multa Pariſiis in Literatorum*

K 2 uti-

hoc ſuo & Græcis, & Barbaris, & Iudæis, & Latinis, & Arabibus, & Chaldæis proprios cujuſque & peculiaris errore aperiretur, & velut digito monſtraretur (a). Cui operi Grammaticen etiam Hebræam, Chaldæam, & Arabicam, & maximam partem dictionum, & Arabicarum, & Chaldaicarum ſubjunxerit (b).

(1) Præfatis nempe Linguis, Verſionibus & Scholiis adornatum, eumque in modum diſtributum, ut aperto Codice quatuor utrinque extantibus, octo columellæ uno ſubſint conſpectui Editum fuit Genuæ an. 1516. operamque hanc Huetius primam in eo genere merito ſuſpicit (c). Qua in re utique nihil detractum velim Franciſco Ximenio Ord. Min. S. R. E. Card. & Archiep. Tolet. pii excelſique animi Viro, qui inter cetera æternum memoranda, acceptis pluribus Linguarum peritus Biblia Sacra *Polyglotta* Complut. ſumma accuratione excudenda curavit. Sed in his equidem Novum Teſtamentum lucem antea aſpexiſſe conſtat (anno nempe 1514. vel 1515.) non tamen Vetus; ac præterea in *Complut.* Paraphr. Chald. habetur tantum in *Pentat.* non autem in *Pſalterio* &c. Auguſtinus autem Juſtiniani quum unus Operi inſudaret, illi edendo an. 1514. incumberet (d), eidem inſuper Arabicam Verſionem, Paraphr. Chaldaicam, ejuſque, & Hebræam Latinas Verſiones adjecit; ut jure primas in hoc genere ſibi vindicet.

(2) Altera nempe Vulgata, altera ipſius Juſtiniani *Pariſiis* 1520.

(a) Ex ejus *Præfatione in N. T.* apud Geſnerum *in Bibliot.* quam a Conr. Peliicano ſe accepiſſe ait, qui eam cum ejus Romæ Authore concedente deſcripſerat an. 1517. (b) V. *ejuſdem Epiſt.* ad Bendinellum de Saulis Card. & Hadrianum apud eundem Geſnerum. (c) *De Claris Interpr.* § 13. (d) Idem Juſtiniani in Opere cit. *Annal. Januenſ.*

utilitatem typis commiſit (1) . *Interea vero N. N. dum Auguſtinus Juſtiniani tam præclare de Linguis Orientalibus , Sacriſque Literis merebatur , alter ex Ordine Prædicatorum laudatus Sanctes Pagninus mira ſedulitate ac doctrina ea etiam paravit , edidítque , ex quibus eiſdem Studiis Literiſque dediti certum iter capeſſerent , optatumque ad exitum doctius pervenirent . Ei namque accepta referimus Lexicon Hebraicum doctiſſimum* (2) , *Chaldaicum Enchiridion* (3), *Inſtitutiones Hebraicas* (4) , *&* *Græcas* ,

(1) E quorum numero ſunt *Philonis Judæi centum & duæ Quæſtiones , & totidem Reſponſ. Mor. ſuper Geneſim . Victoris Porchetti adverſus Hebræos* , & *R. Moſſeh Ægyptii* מורה הנבכים *Dux* , ſeu *Director dubitantium* , *aut perplexorum* ab ipſo recognit .
(2) *Theſaurus Linguæ Sanctæ* non immerito appellatur , inquit Sixtus Sen. quandoquidem in eo „ omnes opes ac divitias Linguæ Sanctæ in uſum eorum , qui ad hebraicam Sacrarum Literarum peritiam aſpirant , affluenti copia congregavit „ . Ed. *Lugd* 1529.
(3) *Romæ* 1523.
(4) *Lugduni* 1526. *Pariſ.* 1549. Utque Tyronibus Linguæ Sanctæ rem

eas (1) , *Hebræorumque Doctorum varia Latine converſa . In quibus cum præclare ſit meritus , tum etiam plurimum nobis contulit in Iſagoge ad Sacras Literas , & ad myſticos Scripturæ ſenſus* (2) , *in Catenarum argentearum voluminibus* (3) , *maximeque ubi poſt Hjeronymum primus univerſa Biblia e primævis fontibus diligentiſſime convertit ac edidit* (4) „ *per-* „ *fectæ-*

utiliſſimam exhiberet , Grammaticam hebraicorum verborum explanationem in totum Pſalmum 118. adjecit .

(1) *Iſagoga ad Linguam Græcam capeſſendam ſeptem continentes libros, quibus & lexicon annexum eſt &c.* Avenione 1525.

(2) Librum unum Troporum , & Auguſtinum imitatus edidit (ait Sixtus Senen. (a)) „ in quo ex antiquis Patribus multas regu„ las collegit ad exponendas obſcuras phraſes , figuratas locu„ tiones , & myſticos divinarum ſcript. ſenſus (b). Compoſuit „ quoque conſimilis argumenti libros decem & octo . . . . (c) „ univerſam pene divinam Scripturam ſub hujus occaſionis præ„ textu myſtice exponens „.

(3) Duplicem *Catenam argenteam* elaboravit , alteram in Pentateuchum (d) , in qua , inquit Sixtus Senenſis „ H bræorum , Græ„ corum , ac Latinorum expoſitiones , veluti annulis quibuſdam in„ vicem inſertis contexuit „ . Alteram in totum Pſalterium , Hebræorum item , Græcorum , & Latinorum commentaria continentem .

(4) Ejus in hac Tranſlatione diligentiam egregie pertinacem vocat

M .

(a) *Biblint. S. lib. 4.* (b) *Lugduni* 1528. (c) *Ibidem* 1536 (d) *Lugduni* 1536. *fol. Vol.*

„ *ſectæque propemodum , & abſolutæ* „ *Sanctorum Voluminum interpretatio-* „ *nis exemplum dedit* (1) „ . *Longius itaque latiuſque per eos excultis in-*

de

Mirandulanus (a), & quidem merito; eidem namque ſupra viginti quinque annos impendit, collatiſque inter ſe multis, iiſdemque probatiſſimis Hebræorum exemplaribus, quanta maxima valuit diligentia, ac fide omne Vetus Teſtamen. ex hebræa veritate donavit, Novumque etiam juxta græcam fidem non minori laude convertit (b). Eam Leone X. hortante, ſumptuſque etiam ſuppeditante edere cœperat *an.* 1521 quo defuncto intermiſſio facta eſt, tandemque prodiit *Lugd. an.* 1528. Tronchin, Rivetus, Hottingerus, aliique Tranſlationem Munſteri hac vetuſtiorem exiſtimant, utpote editam *an.* 1525. Sed error, qui in numerum irrepſit, eos fefellit: neque enim *an.* 1525. ſed 1535. verſionem ſuam typis dedit Monſterus; qui in Præfatione ſua etiam aſſerit ſe Pagnini Editionem conſuluiſſe. V. Jacobi le Long *Biblint. Sacr. c.* 4.

(1) Cl. Danielis Huetii verba ſunt (c), cui propterea dicam impingit Ricardus Simonius (d), qui Genebrardo (e) etiam innixus, Pagnini Verſionem nimis ambitioſam, obſcuram, barbaram, ſolœciſmis refertam traducit; eum Rabbinorum minutiarum nimis amantem ſæpe propoſiti ſui devium, extra modum veteres Scripturæ Interpretes non curare, hebræi contextus ſenſum non aſſequi, ejuſque Verſioni Munſterianam præferendam decernit (f). Sed hunc, eoſque quorum veſtigiis inſenſius inſiſtit, ultra quam par ſit, eum carpere paucis oſtendo, fuſius de hac re in peculiari Diſſertatione ſcripturus. Id primo nunc in Simonio animadverto, eum, ſi Genebrardi ſententiam pen-

dere

(a) Jo. F. Picus in *Epiſt.* ad Auctorem ſcripta, operi ipſi præfixa. (b) Sixt. Sen. (c) *De Claris Interpr.* § 53. (d) *Hiſt. Crit. V. T. lib.* 2. *cap.* 20. *Diſquiſit. Crit. De variis Bibliorum Edit.* (e) *Proœm. in Opera Origen.* (f) *Hiſt. Crit. lib.* 2. *cap.* 21.

de ac propagatis Linguarum ſtudiis , eorumque Verſionum ope ad codices primige-

dere voluiſſet (quamquam & iſtum Pagnino minus æquum exiſtimem) , decuiſſe eam integram allegare , non mehoare ab iis verbis *minus diligens* , *nimis ambitioſa &c.* ſed ab iis , quibus ſuam Genebrardus periodum incipit „ Sanctis Pagnini ſecundum eam (Vulgatam a) omnium optima , ſed ut libere „ dicam minus diligens &c. „ Sed hæc facile prætermiſit , quia „ nempe Munſteri (viri e Calvinianorum grege) verſionem Pagniniana præſtantiorem ſtatuere cupiebat . In quo etiam obſervandum occurrit , eundem Simonium Pagninum criminari , eo quod (ait ipſe) abſque neceſſitate Vulgatum Interpretem deſerat , interea vero Munſterum , quem eo vitio (vere) laborantem (a) , neque alias Verſionis ſuæ duces ſequutum eſſe , quam Rabbinos , conſitetur (b) , Pagnino anteferendum conſtituit.

Ubi autem ejus barbariem accuſat , legenda ei fuiſſet ejuſdem ad Clementem VII Epiſtola (c) , in qua „ Potuiſſemus , „ inquit , pleraque & latinius & elegantius efferre , ni ſuperſti„ tioſis quibuſdam offendiculo fore formidaſſemus , qui nefas eſſe „ ducunt uſquam a literis ac ſyllabis diſcedere . Proinde com„ muni editioni , quæ D. putatur Hieronymi , quoad fieri potuit , He„ braica manente ſententia ac veritate nos ipſos accomodavimus „ Minus jam vero in hoc ferendam ejus cenſuram exiſtimo , ubi ubi ipſum audacius propoſitum hoc haud eſſe fideliter executum inſimulat (d) , quum vix perpauca ab ipſo minus animadverſa jure proferri queant . Fuit is profecto & doctrina , & vitæ integritate ac ſanctitate conſpicuus ; quare ſi a propoſito alicubi eſt contigit excidiſſe , haud eum in modum illius peccanda fidelitas erat , ſed cum Aria Montano humanæ id naturæ adſcribere ſatius fuiſſet . Cum enim , ait ille (e) „ nihil ſimul & inventum & „ perfectum ſit , neque una eademque ætas omnia in lucem pro„ ferat ,

(a) *Eodem capite p. 32.* Et il n'a pas plus ſuivi aſſez de reflexion ſur l'ancienne verſion Latine , qu'il abbandone ſouvent ſans aucune neceſſité (b) Ibidem. (c) Operi præfixa. (d) C'eſt une vice que Pagnin n'a pas executé exactement ce qu'il avoit propoſé. *Hiſt. Crit. l. 2. c. 20. p. 314.* (e) *In Præfat. in Latinam ex Hebraico verſam Vet. Teſt. interpretationem.*

*migenios aditu facile comparato, Scien-
tia*

„ ferat, neque etiam unius mente omnia perſpici ac peragi poſ-
„ ſit, non potuit vir ille, licet ob eximiam doctrinam prope
„ ſingularis, in re tam ampla, & in ea lingua, in qua infini-
„ ta prope myſteria continentur, ita omnia accurate diligenterque
„ vidiſſe, quin aliquid etiam exercitatis ingeniis diſpiciendum
„ examinandumque reliquerit. Plerique igitur, ſubdit, illius vi-
„ ri laboribus & doctrina adjuti, nonnulla obſervatunt, quæ mi-
„ nus diligenter (pace tanti viri dixerim) ab ipſo animadverſa
„ ſunt „. Sed res hæc „ non magni momenti eſt, ut ſubdit, ſi-
„ quidem cum ingenti ea, quæ ex ejus laboribus percipitur, uti-
„ litate confertur „. Ac iſte plane haudquaquam ex iis, qui ob-
ſervantur, nævis eam ceteris potiorem agnoſcere deſiit; ſed
inter eos „ qui Linguarum cognitione præditi, inquit (a), Sa-
„ cra Biblia ex Hebræa in Latinam Linguam de verbo exprimen-
„ di provinciam aliogui difficillimam ſuſceperunt .... nullus no-
„ ſtro hoc Seculo, ob majorem operam in hoc negotio conſump-
„ tam, majori dignus commendatione habitus eſt, quam Sanctes
„ ille Pagninus vir ex D. Dominici Familia ob inſignem pieta-
„ tem, Sacræ Theologiæ cognitionem, & ſummam denique lin-
„ guarum peritiam maxime conſpicuus „. Ac paulo poſt etiam
ſubdit, eam omnium tutiſſimam a Lovanienſis Academiæ The-
ologis judicatam fuiſſe, quæ Regio illi (Polyglott. Antverp.)
Operi annecteretur, ita tamen „ ut ab iis, ſi quid, quod ad
„ ſententiæ puritatem pertineat, a Pagnino minus animadverſum
„ ſit, annotaretur „. Accedit quod ejuſmodi, qui feruntur,
Pagnini lapſus, varias ejuſdem Bibliorum editiones caute di-
ſtinguendas eſſe; nec ullam rationem habendam eſſe illius, quæ
a Michaele Serveto ſub *Villanovani* nomine curata, imo vitia-
ta eſt (b). Quoad alias autem eorundem Editiones legendam
etiam mentio Commentationem ſubjectam Præfationi Ariæ Mon-
tani

(a) *Ibidem*. (b) *Lugduni impreſſa Hugonis a Porta typis Gaſparis Treſchel* 1542.)
Hic Servetus ille eſt, qui ad Novatores tranſfuga, quum ſummum ſe dein-
de Orbis totius prophetam nominaret in eadem Genevenſium Urbe, Calvini
ipſius ſententia igni traditus eſt, de quo idem Calvinus *l. 4. Inſtit. c. 16.* De
Genevenſibus Pagnini Operum interpolatoribus V. etiam Aubertus Miræus
in Mantiſſa ad Auct. de Script. Eccleſ.

tia Scripturarum lætior nobis effloruit, fructuſque in dies eadem prementes veſtigia ſuaviores uberioreſque colligimus.

XXI. Sed quorſum, dicent aliqui, nobis iſta commemorantur, ejuſque generis labores commendantur ac proponuntur? Nobis equidem nulla de linguis illis addiſcendis, Codicibuſque primigeniis verſandis ſollicitudo ineſſe jam

I debet,

tani in Latinam ex Hebr. veritate V. T. interpretationem (a); in qua varia a Simonio objecta, pridem expoſita ac diluta viſuntur. Ceterum quod ſpectat Pagninianæ Translationis cum fontibus conſenſionem, perſtiſſimorum cenceatum attendere potuiſſet, veluti Sixti Senenſis (b), Cl. Serrarii S. J. (c) Hieronymi ab Oleaſtro (d), Jo. Buxtorfii (e), ac Leuſdenii. Ille „ Hæc prima editio, inquit (f), quam ipſe Pagninus procuravit, infinitis fere in locis magis congrua eſt cum textu hebraico, quam ceteræ Editiones „. Hæc interea grati animi ergo dicta ſint pro Pagnino de Linguarum, ac Scripturarum ſtudiis optime merito ad quem ſcribens Adrianus VI. (g), „ Quum tu præcipue, inquit, is omnium primus extiteris, qui hanc hominibus commoditatem attuleris, &c. „.

(a) Cui tit. *Adverſus ſecundam Sixti Apparatus adjunctam tomum, hoc eſt Sanctis Pagnini Verſionem. — Viri cujuſdam nota, cum ſimplici ſingularum notarum aſſertione*. Edit. *Petri de la Rovere* 1609. (b) *In Biblioth. S. lib. 4.* (c) *Proleg. bibl. c. 19 quæſtione 3.* (d) *Præfat. Comment. in Pentat.* (e) *In Epiſt. nuncup. ad Lexicon Hebr. Chald.* (f) *Philologi Hebræo-mixti Diſſert. 35. n. 12.* (g) *Litt. dat. Romæ die 21. Maii 1523.*

debet , poſteaquam Oecumenici Concilii Decreto (1) *Latinæ Vulgatæ Editionis authoritatem ratam demum novimus atque firmatam . Quos ego primo quidem N. N. queſo ut advertant Concilium Vulgatam , Authenticam utique decreviſſe ; ſed non eo ſenſu , quaſi Hebræorum , Græcorumque Codicum authoritas exploſa habenda ſit* (2) *, aut Hebrai-*

(1) Trident. *Seſſ.* 4. „ Sacroſancta Synodus conſiderans non parum „ utilitatis accedere poſſe Eccleſiæ Dei , ſi ex omnibus Latinis „ editionibus , quæ circumferuntur , ſacrorum librorum , quænam pro authentica habenda ſit , innoteſcat ; ſtatuit & declarat , ut hæc ipſa Vetus & Vulgata Editio .... pro authentica habeatur „ &c.

(2) Julius Rugerius Protonot. & Secret. Apoſtolicus (a) poſtquam plura in medium attulit , quibus tum Hebræus textus ac Græcus , tum Editio LXX. tum reliquæ promiſcue , & pariter excluſæ , damnatæque vi Canonis videantur . Cujus autem , ſubdit „ piæ aures ferre poterunt Hebraicam editionem a Spiritu Sancto eiſdem verbis dictatam , a Prophetis conſcriptam , „ ab Eſdra reſtitutam , a Chriſto recitatam & interpretatam ; „ quam florens Synagoga eſt venerata .... Paulus didicit , Petrus explanavit , cujus antiquitate fides noſtra roboratur , authoritate Judæi convincuntur .... a qua denique ceteræ omnes „ editiones veluti a parente & fonte fluxerunt , correctiones derivarunt , & diſcrepantiæ interpretum ac librariorum culpa ex- „ ortæ

(a) *De Libris Canonicis cap.* 44.

Hebraicis illa ſit vel Græcis fontibus præferenda (1). *Ac nunquid non poſt*
1 2 *latum*

„ ortæ ſæpius ſublatæ ſunt „ nunc exploſam ac damnatam eſſe?
„ & paulo poſt „ Ac multo etiam minus Græcam Novi Teſta-
„ menti editionem damnatam eſſe illos affirmantes æquo animo au-
„ dire poterimus. Cujus authorem Chriſtum Dominum, & Spi-
„ ritum Sanctum eſſe non dubitamus, ſcribas vero Apoſtolos Pro-
„ pheris dignitate ſuperiores. Qua Apoſtolici viri, Sancti Patres
„ Græci legentes, diſputantes explanantes uſi ſunt, quam tota Græca
„ Eccleſia publice legit, a qua denique procreatrice Latina
„ derivavit. Dicimus itaque Tridentini Concilii Canonem ce-
„ teris quidem omnibus Latinis Vulgatam veterem editionem an-
„ teponere .... Sed non damnavit, nec exploſit Hebraicas & Græ-
„ cas editiones, quas omnia ſuperiora Concilia amplexa fuiſſe
„ atque uſu & teſtimonio commendaſſe certum eſt „. Alioquin
equidem ſi ſola Vulgata authentica habenda foret, eſſent etiam
qui concluderent Orientales Eccleſias Scripturam veram, ve-
rumque Dei verbum non habere. Nihil itaque ibi a Concilio
(inquit Salmeron (a)) „ de exemplaribus Græcis vel Hebræis
„ agebatur: tantum inter tot Editiones Latinas, quas ſecula no-
„ ſtra parturierant, quænam ex illis præſtaret ſermo erat „. Do-
ctiſſimus etiam Bellarminus (b) „ Calvini mendacium eſt, in-
„ quit, decreviſſe Tridentinos Patres minime eſſe audiendos eos
„ qui ex fonte ipſo purum liquorem proferunt, & ex certa ve-
„ ritate falſum coarguunt. Hoc ideo mendacium voco, quod
„ nihil ejuſmodi in Decreto Concilii legatur. Nec enim Patres
„ fontium ullam mentionem fecerunt &c.: „ Licebit itaque no-
„ bis „ ait laudatus Salmeron (c), ſalva Concilii authoritate ſive
„ Græci, ſive Hebræi exemplaris lectionem variam producere,
„ eamque ut verum Bibliorum textum expendere & enarrare,
„ nec tantum bonos mores per eam ædificare, verum etiam fidei
„ dogmata comprobare & ſtabilire, atque adeo ab illis ſumere
„ efficax argumentum tanquam ex textu Scripturæ Sanctæ „.

(1) Vulgata equidem merito Authentica declarata eſt. Juvat autem animadvertere vocabulo hoc, quod a Juriſperitis mutati ſunt Theo-

(a) Alphonſus Salmer. S. J. *Proleg.* 3. (b) *lib.* 2. *De verbo Dei* c. 10. (c) loc. laud.

latum de Latina editione Decretum Pius IV., S. Pius V., Gregorius XIII., Sixtus V. ac poſtremo Clemens VIII. Summi Pontifices ad ejuſdem correctionem adhuc Theologos adhibuere, eoſque certe Linguarum Orientalium peritiſſimos? Eccur etiam Correctoribus opere ſuo jam functis, pro humana imbecillitate difficile viſum fuit Editionem numeris omnibus abſolutam pronuncia-

Theologi, ſignificari „ Scriptum aliquod, quod ex ſe fidem „ facit in judicio, & ſupremæ eſt authoritatis, ut a nullo rejici, „ vel in quæſtionem vocari debeat (a) „ unde Authentica Inſtrumenta, Tabulæque Authenticæ nuncupantur, quæ fidem certam, & infallibilem faciunt. Porro ſicut Originaria Principum Edicta proprie Authentica dicuntur, Exemplaria vero, ſive Exſcripta, quatenus cum *Authographis* conveniunt; ita in Sacra Scriptura *Authentia* prærogativa *Authographis* primo, tum vero *Apographis*, ubi cum iis conveniunt, tribuitur; Verſiones vero latiori quadam ſignificatione Authenticæ dicuntur, quatenus cum textibus primitivis conveniunt, ex quibus, ceu fontibus, ſunt traductæ. Vulgatam autem Latinam quod attinet, ea peculiari quadam ratione Authentica eſt, quia ab Eccleſia ut ſufficiens ad fidem in controverſiis faciendam proponitur. Peculiari itaq. authoritate hæc aliis latinis Verſionibus præſtat; quam tamen non eſſe infinite accipiendam, ſed definite obſer-

vai

(a) Julianus J. C. *De fide. Inſtrumentis.*

nunciare (1)? *Jam vero ſi nemo Theologorum Originariis Sacræ Scripturæ textibus verſandis aſſueviſſet, ecquos Eccle-*

vat Serarius (a), eam nempe emendatam nihil habere quod fidei bonisque moribus repugnet, nihil quod juſtam ulli opinionis cujuſcumque noxiæ aut inutilis occaſionem præbeat, ac in ipſo Verſionis genere bonam eſſe, recteque primigenii textus ſententiam reddere. Nec aliter ſentiunt ex Orthodoxis doctiſſimi, ac præſertim Andreas Vega, qui tradit præterea (b) Concilium „ nec cohibuiſſe, nec cohibere voluiſſe ſtudio-
„ ſorum Linguarum induſtriam, qui aliquando docent melius
„ potuiſſe aliqua verti, & uno eodemq. verbo vel plures nobis ſug-
„ geſſiſſe Spiritum Sanctum ſenſus, vel certe alios commodiores,
„ quam e Vulgata poſſent haberi. Et hanc fuiſſe mentem Sy-
„ nodi, nec quidquam amplius ſtatuere voluiſſe, ex verbis ip-
„ ſis, & ex aliis conſuetis approbationibus potes colligere (ad
„ Calvinum ſermonem habet). Et ne dubites de his, veriſſime
„ poſſum tibi allegare D. S. Crucis Cardinalem, qui illi ſeſſioni
„ & aliis omnibus præfuit, ac pridie quam illud Decretum fir-
„ maretur, & poſtea mihi teſtatus eſt nihil aliud voluiſſe Patres
„ firmare „. Hæc porro ſcripſit Vega, quum ſuperſtes adhuc
eſſet Cardinalis ille, poſſetque de re tota interrogari; imo hic
eſt ille ipſe, qui poſtea ad Summum Pontificatum evectus Marcelli II. nomen accepit (c). Quum igitur ex Tridentino nulla fuerit cum Fontibus facta collatio, ejuſque authoritas definite accipienda ſit, imo etiam ab ea ad Fontes recurſus non impediatur, jure laudd. Serarius (d), Rugerius (e), aliique expreſſe docent Concilium Vulgatam Latinam Hebræis, Græcisque fontibus non prætuliſſe.

(1) *In Præfat. Clem. VIII.* ad *Bibl. Vulg.*

(a) *In Prolegom. Bibl. cap.* 19. *quæſtione* 11. (b) *De Juſtificat. juxta Sentent. Trident. lib.* 15. *cap.* 9. (c) Vid. *Serar. Prolegom. cap.* 19 *qu.* 11. Mariana *De Vulg. verſ. c.* 20. & 23. Pallavic. *in Hiſtor. Concil. Trident. l.* 6 *cap.* 17. *num.* 8. 9. 10. (d) *eodem capite quæſt.* 12. (e) Jul. Ruger. *de Libris Canon.* *ſeptimo*.

Eccleſia Viros Sacrorum Bibliorum correctioni deſtinandos inveniſſet? Quod ſi aliquid adhuc agitandum cenſerent pro eorundem emendatione Romani Pontifices (1), *ecquos aſſumerent, ſi hujuſcemodi ſtudia tanquam ſupervacanea ulterius progredi opus non ſit? Tantum vero abeſt, ut propter Vulgatæ editionis authoritatem*

(1) Cl. Bellarminus *in Epiſt.* ad Lucam Brugenſem, qui ſuas in Vulgatam obſervationes ad eum miſerat, quibus multa adhuc emendanda remanſiſſe oſtendebat. „ De libello, inquit, ad „ me miſſo gratias ago; ſed ſcias velim Biblia Vulgata non eſſe „ a nobis accuratiſſime caſtigata, multa enim de induſtria ju- „ ſtis de cauſis pertranſivimus, quæ correctione indigere vide- „ bantur „. Et laud. *Præfat.* Clem. VIII. „ In hac tamen per- „ vulgata Lectione, ſicut nonnulla conſulto mutata, ita etiam „ alia, quæ mutanda videbantur, conſulto immutata relicta „ ſunt „. Vide etiam idem Bellarminus *lib.* 2. *De verbo Dei c.* 11. & Serarius etiam laud. *cap. quæſt.* 21. „ Manifeſta, inquit, Ty- „ pographicæ incuriæ menda fas eſt emendare. Nefas in Sacro Bi- „ bliorum Textu correcto recudendo ne minimam quidem parti- „ culam ſecus quam in Vaticano Exemplari eſt, mutare, addere, „ vel ab eo detrahere. Fas alibi quam in Sacri Textus recuſio- „ ne menda, ſi quæ, præter manifeſta illa typographica, occur- „ rant, notare ac emendare. Si hujuſmodi aliqua notata jam & „ collecta forent, vel deinceps ab aliquo aut aliquibus notaren- „ tur, & colligerentur, ea ſi ab Apoſtolica Sede recognoſceren- „ tur, poſſent poſtea eadem Sancta Sede vel approbante ac juben- „ te, vel certe annuente, in Textum referri, ita ut correctior, „ perfectior, numeriſque pluribus abſolutior hic adhue prodi- „ ret „. Confer etiam ejuſdem *qu.* 13. & *qu.* 18. in qua poſſe adhuc alia menda in Vulgata corrigi, octo rationibus probat;

tatem præfati Codices inutiles habendi ſint, ut eadem de cauſa videantur ſummopere neceſſarii. Ut enim Vulgata Bibliorum editio conſtet & valeat, neceſſe prorſus eſt ut ab ἑτεροδόξων conatibus defendatur, qui inanibus commentis ex adverſo obnituntur & pugnant (1). *Id autem nemo ſane felicius exequetur, quam qui ex Fontium veritate germanum ſenſum eduxerit, eumque futilibus Verſionibus oppoſuerit, quas intemperantiores Critici jactare ſolent ad Vulgatæ editionis fidem elevandam, ac ſubruendam* (2).

m XXII.

(1) Calvinus (a) „. Qui linguas tenent, inquit, hanc interpretatio„nem deprehendunt infinitis etiam ſcatere „ rurſuſque vitioſiſſimam translationem eam vocat, in qua vix tres ſint continuati verſus non inſigni aliquo errore fœdati. Munſterus (b) Vulgatæ interpretem Hebraice indoctum ſcribit. Junius & Tremellius (c) ajunt magis præmonſtraſſe viam (Bibliorum s. vertendorum), quam aliquid dignum tanto hiatu præſtitiſſe. ¡Neque aliter ſentiunt Kemnitius, Georgius Major, Tilmannus Heshuſius, Sixtinus Amama, aliique multi ejuſdem farinæ.

(2) Exemplo eſſe poteſt Franciſcus Forerius Ordin. Prædicat., qui quum

(a) *Antidot. in ſeſſ. 4. Trid.* (b) *Præf. in V. T.* (c) *Præf. ad Fridericum Palatinum.*

XXII. In veteri itaque Teſtamento præter Vulgatam Latinam præſtabit primum, potiſſimumque Hebraicum textum ceterorum fontem conſulere (1); *inde-*

que

quum Prophetarum explanationem aggreſſus eſſet, ut rite progrederetur, inſignem ſibi Hebrææ Linguæ peritiam comparavit. Tum vero ſumma diligentia, ac ſtudio ſingulis dictionibus examinatis, dicendique formulis hebræorum obſervatis, novam eorundem ex hebræo in latinum Translationem elaboravit. In qua verbum, quoad ejus fieri potuit, pro verbo reddens, licet aliquot Vulgatæ locos offenderit, qui, ut inquit, fortaſſe magis commode converti potuiſſent, in locis certe pene innumerabilibus ejuſdem ſententias doctiſſime atque optime redditas eſſe demonſtrat, & eos, qui ipſam accuſant, in illis eiſdem locis longe a veritate diſcedere. Cumque Novatorum effugium comperiſſet, qui facile quidem eſſe ajunt verbis tenus Veteris Interpretis authoritatem tueri, ſed ſi ſcripta ſcriptis conferantur, id nullo pacto fieri poſſe contendunt; in hoc eos etiam præſertim devicit; ac Scriptorum utrique collatione, verborum ſignificationem, & uſum accurate perpendendo, ejuſdem Vulgatæ ſinceritatem ac fidem ſtrenue propugnavit (a). Idem etiam ſtudium emicat in Thoma Malvenda ejuſdem Ord. Præd. qui novæ Bibliorum Tranſlationi ex Hebræo de verbo ad verbum operam dedit (b), ac intemperantium criticorum criminationes in Vulgatam diluit ac refellit.

(1) Præter ea, quæ de Hebraica veritate mox innuimus, non abs re erit pauca etiam eorum gratia ſubjicere, qui fontem hunc per-

fide

(a) V. ejus Opus, cui tit. *Iſaias Vetus, & Novus ex Hebr. Verſio cum Comment. &c.* Quod Patribus Concilii Tridentini, cui intererat, nuncupavit. Editum fuit *Venetiis* 1565., & in *Londinenſibus* in ſuis Criticis Sacris *Tomo* 5. *An.* 1660. (b) Eam a Geneſi inceptam integre compleviſſet; ſed morte preventus non niſi ad Ezechielis *Caput XVI.* perductam habemus. Edita fuit *Lugduni* 1660. *Volum.* 5. *in fol.*

que Verſionem LXX. perpendere, qua
m 2 quum

fide a Judæis turbatum, inquinatum, ac luſulentum fluere dictitant. Quos utique Hieronymum audire velim, qui, ſi aliquis
„ inquit (a), dixerit Hebræos libros a Judæis eſſe falſatos, au-
„ diat Origenem quid in octavo volumine explanationum Iſaiæ huic
„ reſpondeat quæſtiunculæ: quod nunquam Dominus, & Apoſto-
„ li, qui cetera crimina arguunt in Scribis & Phariſæis, de hoc
„ crimine, quod erat maximum, reticuiſſent. Sin autem dixe-
„ rint poſt adventum Domini Salvatoris & prædicationem Apo-
„ ſtolorum, libros Hebræos fuiſſe falſatos, cachinnum tenere
„ non potero, ut Salvator & Evangeliſtæ & Apoſtoli ita teſti-
„ monia protulerint, ut Judæi poſtea falſaturi erant „. Quidquod ſi ea, quæ ab aliquibus præſumitur, depravatio ante S. Hieronymum contigiſſet, Hieronymi Verſio ex Hebræo elaborata, (ex qua Vulgata noſtra potiſſimum conſtat) utpote corrupto ex texto deducta, corrupta procul dubio habenda foret(b). Imprudenter igitur Orthodoxi quidam depravationes ejuſmodi iis temporibus eveniſſe arbitrantur, quibus neque poſt Hieronymum eaſdem contigiſſe excogitandum eſt, quum Hieronymianæ Verſionis cum Hebræo texto conſenſio ſuſpicionem omnem depellat.

Quin & ſpectata Judæorum natura nihil ejuſmodi in mentem noſtram venire debet: ea enim innata ſuperſtitione tenentur, ut mortem potius appetant, quam vel minimi apicis immutationem in textu ferant (c). Quod in מסורה *maſora* etiam perſpicue prodiderunt in קרי כתיב *Keri Ketib*, in minora verſuum, dictionum, ac literarum recenſione, in literis ipſis quantitatem, ſitum, majuſculas, minuſculas, ſuſpenſas, inverſas, medias, apertas, clauſas notando. Quare ubi etiam puncta vocalia adjecerunt, ea ita extrinſecus addidere, ut textum non mutent, ac, ſi volumus, integrum nobis

ſit

(a) *Lib. 3. Comment in cap. 6. Iſaiæ.* (b) Michael Le-Quien Ord. Prædicat. Opuſculum edidit, cui tit. *Defenſe du Texte Hebreu. Pariſ. anno 1690.*, quo invicte probat, inſractam Hebræi Textus auctoritate, Verſionem quoque vulgatam eſſe ... (c) Euſeb. *de Præp. Evang. lib. 8. c. 2.*

quum non adeo immutata ſit , neque tam

ſit , nulla habita ratione punctorum , aliter legere , quam per eadem denotetur . quamquam & hæc maluiſſe ab eiſdem determinata probari non poſſint (a) . Et quamquam ab uno vel altero eorum aliquid adverſus græcos Codices tentatum probetur, „ abſit tamen , inquit Auguſtinus (b) , ut prudens quiſ-
„ piam vel Judæos cujuſlibet perverſitatis ac malitiæ tantum po-
„ tuiſſe credat in Codicibus tam multis , & tam longe lateque
„ diſperſis „ & odio Chriſtianorum in corruptione ſuorum voluminum conſpiraſſe , ut ſcilicet dum aliis inviderent Scripturæ veritatem , ipſi ſe ipſos privarent veritate . Quod neque Deum permiſiſſe credibile eſt, ut illi ejuſmodi nobis arma ac monimenta deperderent , quos ideo etiam diſperdidit per omnes gentes, ut hos libros ubiq; circumferrent , ita ut ſi de Codicum noſtrorum incidat dubitatio , ex incorrupta Hebræorum voluminum fide tollatur (c) . Ad hæc demum , ſi Judæi in Sacros Libros manus ſacrilege intuliſſent , iis præſertim , quæ Jeſum Chriſtum , Eccleſiam , noſtræque Religionis myſteria ſpectant , non pepercisſent : porro hæc illibata perſiſtunt , imo Hebraicus contextus plerumque magis eiſdem obeſt , quam Latinus aut Græcus (d) .

Id equidem accidere potuiſſe , atque etiam accidiſſe negandum non eſt , ut Exſcriptorum nempe incuria ac ignorantia menda quædam irrepſerint : neque enim viribus humanis conceſſum eſt, ut adeo conformia , *autographis* per tot ſecula exſcribantur *apographa* , ut ne hilum quidem ab invicem diſcrepent, niſi ab omni errore immunes , eodemque ſpiritu dirigente motos Exſcriptores putemus , quo Prophetæ . Quæ autem in hiſce Codicibus errata deprehenduntur , levia quidem ſunt ac fortuita

(a) Vid. Sixt. Sen. *Bibliot. S. lib.* 3. *Methodo* 2 *De Stigmatice exponendi modo* , ubi Jacobum Epiſcopum Chriſtopolitanum refellit , qui in *Præfatione Pſalmorum* ſcripſit nullam fidem adhibendam eſſe Hebræorum exemplaribus , hujuſmodi punctorum interpretatione corruptis & fallacis . (b) *De Civ. Dei cap.* 13. (c) V. ſupra *pag.* 49. *not.* 2 (d) V. Sixtum Sen. *Bibliot S. lib.* 8. Bellarmin *De verbo Dei lib.* 2. *cap.* 2. Natalis Alex *Hiſt Eccl. Sec. IV. Diſſert* 39. , & *Diſſert.* 42. *Apologet.* & *Antiirriticon adverſus Fraſſen.*

tam multis erroribus ſcateat , ut quidam

tuita , nec dolo malo , ſed exſcriptorum imbecillitati ac negligentiæ tribuenda , præſertim cum in Hebræo facilis prolapſio ſit ob literarum quarundam ſimilitudinem , ut כ & ב, ר & ד, ח & ה. Variantes inde lectiones in hebræorum Codicibus exortæ ſunt. Quibus utique admiſſis non eſt cur meticuloſi quidam, atque in rebus criticis non ſatis verſati ſuſpicentur iſtorum inde Codicum authoritatem, ac fidem lædi ac vacillare. Neque enim tanti illæ momenti ſunt, ut in iis quæ ad fidem, & bonos mores pertinent, Scripturæ Sacræ integritas deſideretur (a)„ Codicum immo innumerorum conſenſus (docte
„ inquit Waltonus (b)) mirus in omnibus , quæ Religionis ſub-
„ ſtantiam ſpectant , veritatem divinam multum confirmat, Dei-
„ que curam ſpecialem circa hos libros demonſtrat ; qui homi-
„ num negligentiæ, ignorantiæ, & temeritati permiſit cutim quaſi
„ ſtringere in levioribus , at vulnera lethalia infligi, ſalutaria-
„ dogmata corrumpendo, non ſivit„. Quin ex variis hiſce lectionibus id nobis ſuppeditatur quo *drubrylus*, quæ a quibuſdam non rite ſentientibus afferuntur, occurramus, ipſarumque ex abſtrusmus, quum hæc ex variaaore Codicum lectione, non ex ipſo textu *autographo* obortas propugnemus.

Præſtabit itaque fontem iſtum prudenter expendere; ac ubi inter ipſum, ac Verſiones lectionis varietas eſt , ſine alia cauſa recedendum eſſe non video ab Auguſtini, aliorumque Patrum doctrina: „ Cum nempe diverſum aliquid in utriſque Codicibus
„ invenitur.. ei linguæ potius credendum , unde eſt in aliam per
„ Interpretes facta tranſlatio (c)„. Si namque certo probari non poſſit iſtiuſmodi diſcrepantias vel ex aliqua primigenii Textus interpolatione , aut ex variantibus olim exemplaribus derivaſſe, Fontis lectio Verſionum lectionibus eſt præferenda: id quippe

(a) Bellarmin. *lib.* 2. *de verbo Dei cap.* 2. (b) Ex Sixtino Amama VValtonus *Prolegom.* 6. *num.* 5 (c) Auguſt. *lib.* 15. *De Civit. Dei cap.* 13. Videatur idem *lib.* 2. *De Doctr. Chriſt. cap.* 11. & 12. Hyeronymus paſſim , ac præſertim in *Epiſt. ad Lucianum* , cujus ſententia refertur in Jure Pontificio *diſt.* 9. *can.* Ut veterum. Caſſiodorus *De Inſtit. Divinarum Liter. cap.* 15.

dam non recte clamitant (1) *, ſuam adhuc ſibi vindicat authoritatem multumque Hebraica etiam veritati inveniendæ , confirmandæque deſerviet* (2).

pe fontis prærogativa depoſcit , ne vitioſa citius Exemplaria , quam Verſiones decernamus ; quum interpretum lapſui , verſionum commixtiani, aliiſque id genus incommodis Verſiones utique ſubſint , non exemplaria . Maxime vero uſui nobis eſſe debere hebraici Codices , ubi inter ſe iſti univerſi conſentiunt. Quum enim germanam ibi lectionem, & hebraicam veritatem habeamus , ſincerum inde ſenſum , quem literalem vocant , (quo uno adverſus Heterodoxos pugnamus) originitus ac doctius educemus , fideique dogmata validius defendemus . Ac præclare quidem Card. Federicus Borrom. (a) de fine agens ,, ad quem Linguarum Orientalium , ac Hebrææ potiſſimum linguæ cognitio eſt diligenda , ad veram , inquit , ac literalem ,, Scripturæ intelligentiam . Ea enim quamvis variis in libris ,, antiquitus deſcripta reperiatur idiomatum varietate reconditos ,, ſenſus nobis declarabit ; ac Hebrææ Linguæ præſertim uberior ,, fructus & abundantior exiſtet ,, . Videſis etiam Hieronymi ab Oleaſtro Ord. Prædic. *Canonem primum ad Sacr. Lit. Lect.*(b)

(1) Facile nimis ab aliquibus corruptelæ , ac depravationis identidem accuſatur . Sæpe namque lectum ab Hebræo diſcrepentia , quam criminantur , non ab allucinatione aut errato profecta eſt , ſed a diverſa Hebræorum Codicum , quibus uſi ſunt , ab hodiernis lectione . Nævi etiam , qui diverſis in locis amanuenſium oſcitantia reſperſi ſunt, injuria Interpretum vitio tribuuntur . Paucis ergo exceptis , quæ ex Theodotionis & aliorum Editionibus commixta ſunt , cetera fere omnia cum iis congruunt, quæ a Patribus afferuntur . Non itaque diverſa cenſenda eſt ab ea , quam veteres adhibebant .

(2) Quicquid de Ariſtææ Hiſtoria ſentire lubeat, certe Verſio hæc

(a) *De ediſtura Collegii Ambroſ. in Lit. Inſt. lib.* 3. (b) Initio *Comment. in Pentat.*

Qua quidem in re operæ pretium eum etiam facturum indubium eſt, qui pro re nata modo etiam Pentateuchum Samaritanum expendat, quo nihil poſt Hebraicum Judæorum Codicem in Literis Sacris antiquius (1), *ipſique fere firmando, propugnandoque præſtantius* (1):

ante Chriſti Domini adventum exarata eſt ab hominibus, qui nullo patrum ſtudio inſimulari queunt, ex eaque ſepe Apoſtoli, & Evangeliſtæ teſtimonia deſumpſerunt. Quumque præterea e Codicibus vetuſtate ſpectabilibus, quique minus exſcriptorum lapſibus patuerunt, expreſſa fuerit, non variæ tantum ex ea Hebraici Textus lectiones dignoſci, ſed certæ etiam ejuſdem depravationes tolli poſſunt, ac emendari. Accedit etiam Interpretes iſtos nonnunquam *paraphraſtas* egiſſe, ut eorum expoſitio interdum apta ſit locis implicatis evolvendis & explanandis. Huic autem Verſioni utilius perlegendæ plane conducit, ut non a Græce tantum, ſed ab Hebraice etiam conſulto, cum Hebræo Textu habita collatione, examinetur: Neque enim par eſt, ut ex Græcorum Authorum duntaxat peritia (in quorum lectione non erant ſummopere exercitati Interpretes illi) quid ſibi voluerint conjiciamus.

(1) Non enim doctiſſimo Uſſerio concedendum video, Pentateuchum Samaritanum farraginem quandam eſſe ex Hebræo Textu, & Græca Verſione conflatam a Doſitheo Samaritano Simoni Mago coætaneo; uti probat Cl. Morinus *in Præf. ad Edit. Pariſienſem vũ b*, & *in Exercitationibus ad Pentat. Samar.* Neque tamen Morino aſſenſerim, dum ipſum ſupra Hebræum etiam extollit. (a)

(a) Vid. inter cæteros Henr. Hottingerum *in Antimorinianis*.

(1): modo ad Chaldaicas Paraphraſes (2) ſe convertat; quæ exiguam licet nobis ingerant authoritatem, fabulas etiam interdum, ac ſuperſtitiones obtrudant, ſæpe numero tamen inſigne afferunt adjumentum (3). In variantibus quippe Hebræi Textus Lectionibus apprime deſerviunt, ut ſincera lectio decernatur, locis obſcuris, ac difficilioribus lucem ferunt; uſuique potiſſimo

(1) Si enim ea excipiantur, quæ ad locum Divino cultui deſtinatum pertinent (a), in ceteris diſcrepantiæ leves fere & exiguæ ſunt, ex eoque validum nobis momentum ſuppeditatur, quo eos in officio preſſius contineamus, qui in locis paulo difficilioribus, vel ſibi inviſis, illico Textum Hebraicum depravationis incuſant.

(2) Hæ Chaldæo ſermone תרגומים *targumim* appellantur. Quædam eſt in *Pentateuchum*, quæ Onchelоſum authorem habet: Alia in נביאים *Prophetas*, quæ Jonathani tribuitur: Tertia in כתובים *Hagiographa*.

(3) Ejuſcemodi utilitatum probe etiam gnarus laud. Card. Feder. Borromæus: „ Licet, inquit (b), apud Rabbinos Eccleſiam „ non multæ ſint authoritatis; nonnulli tamen ſingulares loci le- „ guntur, qui fidei dogmata, Sacrarumve Literarum ſenſa magis „ declarabunt, eademque firmius confirmabunt „.

(a) *Deuteron. 27. Exod. 20.* (b) *In Opere laud. lib. 15.*

mo etiam ſunt ad Hebræos exagitandos, ac revincendos, qui Onchelöſo præſertim adeo deferunt, ut penes eoſdem ſumma poſt Hebræum textum præpolleat auctoritate (1).

XXIII. *Jam vero quicumque hiſce Verſionibus conſulendis aſſueverit, præterquamquod Danielem, & Eſdram plenius aſſequetur* (2), *in proximo etiam erit, ut ea fruatur utilitate, quam Syriaca Verſio ſubminiſtrat. Ita namque hæ linguæ affines ſunt; ut qui utramvis recte noverit, non difficili quidem negotio ambas cognoverit. Porro iſtius ope ac ſententia antiquus nobis Hebraici Pentateuchi Codex repræſentatur, cujuſmodi in Syri Interpretis manibus verſabatur, a quo Verbum Hebraicum*

n *in*

(1) De earumdem *Paraphraſium* utilitate. V. etiam Nicol. Lyranus *in Iſai. cap.* 8, & Lucas Brug. *in Apolog.*
(2) V. *Præfat. Hieronymi in Danielem*.

in Syriacum accurate fideliſſimeque convertitur (1). *Quod mirum equidem vobis haudquaquam futurum exiſtimo, qui facile percipietis Hebraicas ſententias ob utriuſque Linguæ neceſſitudinem Interpreti Syro explicatiores extitiſſe, quam Græcis illis, qui* θεωρητικῷ *tantum ſtudio Hebraica didicerunt; verborumque præterea hebræorum vim, ac proprietatem in ſermonem Syriacum transfundi felicius potuiſſe, quam in alios Hebraicæ naturæ minus affines, minuſque conformes. Neque etiam aliter multo de emolumento illo cenſendum occurrit, quod nobis Arabicus ſermo,*

(1) Non unus fuit Syriacæ Verſionis Interpres. Pentateuchus perveſtuſtus deprehenditur, quum puro Syriaco ſermone conſcriptus ſit, ac exquiſitior appareat inter Verſionem, ac primitivum Codicem conſonantia. Non ita progrediuntur Libri Joſue, Judicum, Ruth, in quibus minus ſevera eſt interpretatio. Quæ multo adhuc laxior in poſterioribus V. T. Libris apparet, pluribus etiam Græcanicis vocibus, phraſibuſque emphaticis, ac hyperbolicis intromiſſis. Sua tamen quælibet harum Verſionum utilitate non caret.

ſermo, qui Syriacæ Linguæ ope jam non difficile comparatur (1), *ſuppeditat; inde quippe & Libri Job arcana facilius patent* (2), *atque ad Arabicam Verſionem aditus reſeratur. Quæ tametſi antiquitatis parum, minuſque habeat auctoritatis, magno tamen adjumento eſt ad verborum, ſententiarumque Sacræ Scripturæ explicationem, tum propter affinitatem, quam hic ſermo cum Hebræo* (3), *aliiſque Orientalibus*

n 2

(1) Ipſa in Syriacis vocibus pronunciandis affinitas, quæ cum Arabica maxima eſt; conſonantia, quæ in ea Grammatica utrinque apparet; ingens vocabulorum copia, quæ tam Arabi, quam Syro communia ſunt, candidato facem quandam præferunt, qua facilius ac certius in Arabiſmo progreſſus conſequitur.

(2) Job cum Arabica lingua plurimam habere ſocietatem obſervavit pridem Hieronymus (a), ex proprias de ſua ejuſdem Tranſlatione ſcribens „ ex ipſo Hebræo inquit (b) Arabicoque ſermone, & interdum Syro, nunc verba, nunc ſenſus, nunc ſimul utrumque reſonabit „.

(3) „ Ad Hebrææ Linguæ cognitionem multo plus confert, præclare ajebat Bochart (c), quam creditum eſt hactenus. Quod Hebræorum in Scripturam commentaria docent, qui quoties hæ-

„ ret

(a) *Præfat. in Danielem*. (b) *Præf. in Job.* (c) *Geograph. Sac. lib.* 1. *c.* 15.

talibus habet , ac ſervat , cum propter peritiam Interpretis utriuſque linguæ analogiam accurate , ac ſubtiliter perſcrutantis (1) . *Ad hæc autem abs re non erit id etiam commodi, quod e laudatis Linguis facile conſequetur, innuere ; ex iis nempe viam quoque conſterni ad varia Rabbinorum Commentaria conſulenda . Quiſquis enim Hebraice jam , & Chaldaice peritus, brevem*

„ ret calculus ad hanc linguam confugiunt , tanquam ad ſacram „ anchoram . Quamvis longe plura obſervaſſent ex Arabiſmo ad „ Sacri Textus illuſtrationem, ſi illius linguæ fuiſſent peritiores „. Ac revera quum Hebræa lingua manca nunc ſit , & exigua tantum ejuſdem pars in V. T. ſuperſit , multa ex Arabica , quam integram habemus , intelligenda frequenter & explicanda ſunt . Videri poteſt Albert. Schultens *Hebrææ Linguæ antiqua ratio , & natura ex Arabum monumentis eruta , & illuſtrata. Franequeræ* 1724. Hadrian Reland *de Religione Mohammedica* . Pocock *In Specim. Hiſt. Arab.* Hottingerus *Diſſert. 6. De uſu Linguæ Arab. &c.*

(1) Mirabile Arabum ingenium eſſe ſolet in inveſtiganda , ac evolvenda authorum ſententia ; quam ex ingenii etiam, qua abundant , vocabulorum copia , & peculiari ſignificationum fœcunditate compte adeo ac dilucide ob oculos ponunt, ut aliquando authores , quos converterunt , elegantiores ac meliores efficiant . Quoad Vetus Teſtamentum , plures Arabicæ que Verſiones

brevem ſibi Rabbiniſmi inſtitutionem adjungat, citra magnum laborem poterit ad eorundem lectionem accedere. Dum autem Rabbinicæ literaturæ mihi incidit commemoratio, ab eo vulgi præjudicio longe vos diſſidere mihi perſuadeo, qui tanquam nugatorium quid ac delirum, quicquid ab iis conſcribitur, illico deridendum exiſtimat. Quamquam enim multa in eorum libris inutilia, certiſſimis Sacri Codicis teſtimoniis adverſa, ac blaſphema comprehendantur; nonnulla tamen ex eorum numero, quæ vulgo pro nugis haben-

ſiones ſunt (a)· quæ autem in Polyglot. Pariſ. & Londin. edita eſt, quiviſcumque ejus Author, vel Authores ſint (b), vere nec Verſio ſæpe dicenda eſſet, nec Paraphraſis, ſed magis Commentarius; quandoquidem voces & res dubiæ frequenter pro Authoris judicio exhibentur interpretatæ: Sed ejuſdem judicium non vulgare compluries habendum eſt; eoque involuta & obſcura non pauca ingenioſe ac erudite panduntur ac illuſtrantur.

(a) V. Jacobi le Long *Biblioth. Sacra cap.* 6. *ſect.* 5. (b) Videſis Euſebium Renaudot apud eundem *Le Long loc. laud.*

habentur , juxta Orientalium ſtilum ac genium arcanam procul dubio, non abſurdam continent ſignificationem ; negandumque non eſt multa etiam bonæ frugi apud eoſdem reperiri , nullamque eſſe Teſtamenti Veteris partem , cui non multam Judæorum ſcripta lucem affundant (1).

XXIV. Quæ vero hactenus Linguarum ſtudia commendavi ad Inſtrumenti Veteris

(1) Plurima ſane paſſim apud ipſos occurrunt , quæ ad V. T. explicationem mirum in modum conducunt . Videri poteſt inter cetera Maimonidis מורה הנבוכים , quod olim Auguſtinus Juſtinianus Stephano Poncherio Senonenſium Archiepiſcopo nuncupavit (a) , eo quod , ut inquit , noverat quam eum Sacrarum Literarum lectio delectaret . Quem equidem Authorem plus certe veritati , quam mentis Judæorum addictum agnoſcet . Nec deſunt multa , ac inſignia eorundem Commentaria in Vetus Teſtam. quorum index exhibetur in *lib.* cui tit. שפתי ישנים . Quæ eo ſane conſilio legenda , & allegandà nobis ſunt , non ut ullam ipſis conciliemus authoritatem ; ſed ut aurum e luto juxta Federici Borromæi monitum (b) colligamus ; ac non tantum e variis laudatis hactenus Interpretibus , ſed ex

(a) *De quo ſup. p. 76. not. 2.* Pariſiis illud edidit an. 1520. (b) *De Colleg. Ambroſ. in Literis Inſtit. lib. 3.*

ris explicationem, ad Novum etiam pene æqualiter pertinere, nemo equidem expertus ac prudens negaverit. Quum etenim Codices originales, e quibus Vulgata Latina deducta eſt, Græce exaratos (1), *ac integros* (2) *habeamus, Græci jam quidem ſermonis cognitio in illius explanatoribus poſtulatur. Sed &*

ex Judæorum etiam conſenſione Vulgatæ ſacræ veritatem ſæpenumero defendamus. „ Quum enim, docte inquit Fagius „ (a), a veritate hebraica diſſentire videtur (Vulgatus Author) „ vel LXX. vel Paraphraſim Chaldaicam, vel aliquem ex Rabbinis ſecutum fuiſſe fere ſemper deprehendo „. Ac nihil equidem vetat quin Rabbinorum nonnulli, inquit Borromæus (b), cum primis temporibus viciniores extiterint, a ſuis Majoribus nti in lege edocti, plures & fortaſſis veriores interpretationes; atque animadverſiones acceperint, nobiſque ſcriptas reliquerint.

(1) Vid. Calmet *Præfat. in N. T.*

(2) Eadem de Græco, quæ de Hebræi Textus integritate ſentimus. Ac licet Hæretici quædam interdum in ſuis Exemplaribus depravare conati ſint, Catholici tamen Exemplaria ſua & apud Fideles, & in Eccleſiis ubique terrarum extantia ab illorum corruptione intacta ſervarunt, ex eiſque uti falſarios eoſdem & corruptores egregie revincebant. Ex frequenti Exemplarium deſcriptione plures utique Scribarum errores in aliquibus oriantur neceſſe eſt, ſed ex fortuitis ejuſmodi erratis genera-

lis

(a) *In cap. 4 Verſionis ſua lat. Paraphr. Chald.* (b) *Ibidem.*

& procul dubio etiam præſtabit ut Hebraice ac Syriace docti ad eoſdem accedant . Ii ſiquidem a Scriptoribus Hebræis genere , ſacris Hebræorum Literis aſſuetis , ac Syriacum ſermonem vulgarem habentibus concepti, ac editi, ejuſmodi dicendi continent genus , quod non ad Græcæ dictionis normam (1) , *ſed ad Syriacam indolem attemperatum adeo deprehenditur , ut in eiſdem libris quacumque lingua promulgatis*

(1),

lis interpolatio perperam inferretur : nec deſunt media , quibus vera eorundem lectio dignoſcatur ac reſtauretur.

(1) Aliqui , inter quos Henricus Stephanus (a) , & Sebaſt. Pfochenius (b) in Novi Teſtamenti Scriptoribus contextum vere græcum , & optimorum Authorum imitationem videre ſibi viſi ſunt , & Pfochenius quidem Hebraiſmos, qui in N. T. deprehenduntur , profanorum Scriptorum exemplis in medium adductis , nonniſi phraſes ac verba Linguæ Græcæ puroris eſſe contendit . Sed ejuſmodi exempla labore ſatis improbo conquiſita parum equidem præſtant . Plures etenim voces apud Græcos Authores extare certum eſt , quæ Hæbræorum ſunt propriæ ; neque enim paucas earum Phœnices etiam in Græciam

intulere

(a) *Præfat. in Novum Teſtam. Græcum an. 1576.* (b) *Diatribe De Linguæ Græcæ Novi Teſtamenti puritate .*

(1), ac in Joanne Evangeliſta (2), præſertim implicatum ſemper inſideat. Quid quod non parvi ea etiam doctri-

O *næ*

intuleꝛe (a). Sed iſtæ penes diverſos, non apud eundem authorem crebro deprehenduntur. Ita & ii dicendi modi, qui Hebræorum peculiares habentur, apud eundem Græcorum frequentes nequaquam occurrunt, ut dum alicubi offenduntur, caſui id plane tribuendum ſit. Quum enim Græci tot, tam varia, tamque multiplici ſtilo conſcripſerint, accidit aliquando ut quædam eundem ferme in modum exhibuerint. Sed par non eſt ut è fortuitis hiſce, quæ pro inuſitatis fere habenda ſunt, ſtili ratio ac judicium deſumatur, ſed ex tota continuata ac permanente contextus ſerie, forma, ac ſtructura, quam in N. T. a græcanica alienam Viri doctiſſimi Græci, & Latini cujuſvis ætatis conſtanter agnoſcunt, quorum ſententiæ videri poſſunt apud Eruditiſſimos Viros Ricardum Simon. (b), & Jo: Lamium Florentinum (c).

(1) *Hebraiſmis* Syriacis Novum Teſt. adeo refertum cenſet Jacobus Marinnus, ut *Præfat. in N. T. Syr. Tremelli* hæc habeat: „ licet „ Lector Novi Teſtamenti in græcis literis ſit dexterrime inſtitu- „ tus, Linguarum tamen Hebrææ & Syræ ignarus in græca illius „ lectione infeliciſſime verſabitur „. Adiſis *Præfat.* Joann. Alberti Widmanſtadii J. C. & Provinciæ Auſtriæ Orient. Cancellarii, qui Ferdinandi Imper. auſpiciis primus N. T. Syriacis typis edidit Viennæ an. 1555. & Ludovicum De Dieu *Præfat. In Harmon. trium Linguarum*.

(2) *Is*, ut erudite advertit Fr. Toletus S. J. (d) „ magis quam ceteri „ Evangeliſtæ græce loquutus eſt, Hebraicis phraſibus abundat.

Unde

(a) Varia Hebrææ Linguæ vocabula per Phœnicum commercia, & colonias aliis Linguis immixta ſunt, quorum Cathalogum exhibet Poſtellus *lib. de Originibus quarundam vocum &c.* Id vero peculiariter, etiam Græcæ contigit ob regionum viciniatem, ac frequentiores Colonias, de quibus Bochart *in Chanaan lib. 1* V. etiam VValton, *Prolegom. 3. num. 2.* (b) *Hiſtor. Critic. N. T. cap. 26. & 28.* (c) *De Eruditione Apoſtolorum cap. 9.* (d) *Argum. Comment. in Jo:*

næ copia pendenda eſt, quam Linguarum

„ Unde fit, et Hebræi ſermonis peritia, non minus quam Græci
„ ad ſenſum ſententiarum aſſequendum ſit neceſſaria „. Et mox laudatus Lamius (a) allegat etiam Grotium, aliosque obſervantes eſſe in Joannis dictione præ ceteris ſermonem Græcum quidem, ſed plane ex Syriaco illius ſeculi adumbratum. Hujus autem rei ſpecimen eſto Cl. Caſti Innoc. Anſaldi Ord. Prædic. Diſſertatio (b) De loco Joannis (c) „ Qui non ex ſanguinibus ..... ſed ex
„ Deo nati ſunt „ qui in Tertulliano (d) non ut in Vulgata plurali numero repenitur, ſed ſingulari: „ non ex ſanguine ... ſed
„ ex Deo natus eſt „ Lectionem hanc ab Hæreticis in hunc modum adulteratam tenet Pamelius (e). Anſaldus vero ex Tertulliani ſententia optime probat eum ita revera in ſingulari numero legiſſe, eaque verba de *Chriſto*, non de *Hominibus* dicta intellexiſſe. Variam Lectionem hanc quorundam quoque Patrum, ac Codicis etiam Veronenſis, quem duodecim ſeculorum autumant, teſtimonio comprobavit, motaſque ab Erudito Viro difficultates, alia edita lucubratione (f) diluit, eoque omnem cumulatius confirmavit. Eandem inde tanquam germanam item & veram æſtimatam fuiſſe a Tertulliano, nonnulliſque aliis Patribus non inauditam, invicte etiam demonſtrarunt Cll. Joſeph Blanchinus Presb. Congreg. Orat. S. Philippi (g), & Petrus Sabatier Ord. S. Bened. e Congreg. S. Mauri (h). Ad rem noſtram vero, non hic illeſit Anſaldus, ſed variæ hujus Lectionis cauſam inveſtigandam ſuſcepit. Utque felicem in ea exitum inveniret, prudenter, ac docte, ut in aliis Operibus, Judæorum Linguæ genium, dicendique modos expendit, remque plane acu tetigit ac explicavit. Quum enim, ut recte obſervat, plures N. T. interpretes fuerint, facile horum aliqui hebraicæ doctrinæ, illiuſque ſer-

(a) *Cap. 27. memorati Operis* (b) *Herod. Infanticidii Vindiciæ, quibus accedit ejuſdem Diſſert. De loco Joannis aliter atque habet Vulgata a nonnullis Patribus lecto. Brixiæ an. 1746.* (c) *Cap. 1. v. 13.* (d) *Lib. de Carne Chriſti capp. 19. & 24.* (e) *In ſuis Adnot. ad cit. cap. 19. Tertull.* (f) *De Authenticis Sacrarum Scripturarum apud SS. Patres Lectionibus libri 2. 1747. Typis Semin. Veron.* (g) *In Prolegom. Evangeliarii Quadruplicis, Edit. Romæ 1749.* (h) *In laud. Opere Veteris Italicæ Tomo 3. Remis 1751.*

rum periti e vetuſtiſſimis Syrorum (1), *atque Arabum* (2) *Novi Teſtamenti Verſionibus, ſcriptionibuſque permultis Syrorum* (3), *ac Rabbinorum abun-*

O 2 *de*

ſermonis peritus, quam anomaliam hoc loco, idiotiſmumque videre ſibi viſus ſit, non *ii* [illegible] *nati ſunt*, ſed *is* [illegible] *natus eſt* Irenæus ſententiæ conformius exiſtimavit. Quæ quidem lectio cum ab antecedentibus, & conſequentibus non abludat, mirum eſſe non debet, ſi etiam in aliquibus Catholicæ Eccleſiæ Codicibus reperiretur; qua inde pars uti poſſet Tertullianus ad Ebionitarum Hæreſim utiliter oppugnandam. Multa autem ejuſmodi, e Linguarum peritia Theologis Scripturas ac Patres ſolide, uti decet, explicare ac conciliare volentibus afferuntur.

(1) Syriaca Verſio præterquamquod eorum, quæ Sacri Scriptores conſignavere, nativam nobis faciem præ ceteris exhibet, id etiam ex veneranda ejus antiquitate (a) ſuppeditat, ut nempe reſtitutio ſui Textus originalis integritatem ſæpenumero confirmemus. Quod enim de Pentateucho Samaritano peculiari quodam modo ſuperius enunciavimus (b), id etiam ἀναλόγως in antiquis Verſionibus locum habet: „ hæ ſiquidem, & Textus (inquit Waltonus (c)) „ mutuas ſibi ſuppetias ferunt. Nam ut Verſio Textum explicat, ſic Textus Verſionem, cum mendæ occurrunt, corrigit, & ut Textus Verſionibus authoritatem confert, ſic Verſiones antiquæ de Textus integritate teſtantur „.

(2) Quamquam ejus ætas certo determinari non poſſit, antiquiſſimam tamen habendam eſſe oſtendit Erpenius (d). Cl. Samuel Bochart eam a docto Interprete elaboratam fatetur (e), ac reapſe ubi Textus dubius eſt, obſcurus ac difficilis, ex eadem plurimum illuſtratur. Videri poſſunt idem Erpenius *Orat.* 1. & 2. *De Lingua Arab.* & Lud. De Dieu in ſuis *Annot. in N. T.*

(3) Hi quum Gentis, ac Linguæ indolem naturaliter pene cognoſcerent

(a) Ab Apoſtolicis Viris facta jure cenſetur. V. Walton. *Prolegom.* XIII. n. 16. 17. (b) *Pag.* 9. *not.* 1. (c) *Præfat. in Bibl. Polyglot. Londin.* (d) *Præfat. in N. Teſt. Arab. Leidæ* 1616. (e) *Geogr. Sacr. p.* 2. *lib.* 1. *cap.* 10.

de trahunt (1), *ac parant; qua deinde locupletati ea frequenter afferunt, adhibentque locorum indigentiæ per quam accomodata; quæ fruſtra quidem alibi conquiſiſſent*.

XXVI. Bene id habet, ajunt nonnulli, Linguarum vim intelligimus equidem, earumque peritiam in multis Authoribus ſuſpicimus, ac probamus: ſed melioribus nos Deus temporibus con-

rent, Sacraſque Literas mirabili ſtudio, ac pietate ſcrutati ſint, earum ſenſus feliciter aſſecuti deprehendantur. Plura eorum Commentaria lectu digniſſima in hanc diem ſuperſunt (a), quibus maximo præſertim in pretio habenda ſunt quæ S. Ephræm authorem habent, quum is cœleſti oſtento dignus habitus ſit, cui Divinum Volumen interpretandum traderetur (b).

(1) Plurimæ è Rabbinis, inquit Federicus Borromæus (c), veteres Hebræorum conſuetudines eruuntur, quibus via nobis aperitur, ut multa, de quibus in Evangelio agitur, dignoſcamus. Neque etiam apud ipſos Proverbiorum notitiam, quibus paſſim in Evangelio uti conſuevit Chriſtus Dominus, negligemus. Ac ſcite id quidem: Servator namque, & Apoſtoli cum Iudæis agentes, tum eorum loquendi formulas adhibebant, cum maxime juxta eorundem traditiones, præconceptaque loquebantur, quæ ex Iudæorum utique voluminibus, ac præſertim ex iis, quæ non lon-ge

(a) *Vid. Cl. Aſſemani B blibt. Orient.* (b) *Act. S. Ephræm ſubtis Tom. 3. Edit. Rom. num. 3. & 27.* (c) *De Collegii Ambroſ. in literis inſtit. lib. 3.*

condidit , queis liberi ſumus ab improbis biſce laboribus devorandis ; quippe qui a tot Interpretibus Linguarum peritiſſimis diligenter ac fortiter exantlati ſunt . Plures ipſi Bibliorum Verſiones ſtudioſe ac naviter procuderunt ; implexa , ambigua , & controverſa diligenter perſecuti ſunt , & explanarunt ; eòque , uno verbo , rem perduxerunt , ut ſibi temere quodammodo blandiatur , quiſquis meliora a ſe unquam afferri poſſe arbitretur : Ut quid igitur actum agere debemus? Conſultius equidem moleſtiſſimis ejuſmodi

ge poſt Chriſti tempora conſcripta ſunt , petenda potiſſimum eſſe nemo ſane inficiabitur . Quod & pluribus inter alios probarunt Guillelmus Surenhuſius (a) , Salomon Deylingius (b) , Chriſtianus Schoettgenius (c) . & Jo: Ligtfootius in ſuis lucubrationibus egregie (d) commonſtravit .

(a) *Præfat. ad partem* 1. Miſnæ (b) *Præfat. ad partem* 5. *Obſervat. Sacr.* (c) *Præfat. ad Horas Hebr. & Talmud. in Novum Teſtam.* (d) Hæ ſeorſim primum excuſæ , collectæ deinde editæque ſunt 2. *Vol. in fol. Trajecti ad Rhenum anno.* 1699.

di Linguarum cunctationibus miſſis, illorum utentes opera ad lætioris eruditionis opes comparandas feſtinemus.

XXVI. Audiſtis N. N. audiſtis iſtorum voces, qui ita ſibi blandientes rem omnem hanc facili negotio ſtatim expedire non dubitant? Hi vero talem procul dubio re prorſus incomperta ſententiam protulerunt. Quod quum declarandum ſuſcipio, id primo ſinite ut vobis aperiam, me non ſecus atque a bonarum Artium, Scientiarumque peſte, ab ejuſmodi hominum ſententia penitus abhorrere. Heus enim quam peſſime ſtudiis, diſciplinijque omnibus conſultum eſſet, ſi iſthæc apud Majores opinio valuiſſet. „ Si enim hanc „ cogitationem homines habuiſſent, ut „ nemo ſe meliorem fore eo, qui optimus fuiſſet, arbitraretur, præcla-„ re

„ *re inquit Fabius* (1) , *ii ipſi qui* „ *ſunt* , *optimi non fuiſſent* : *neq;* *poſt* „ *Lucretium ac Macrum Virgilius* , *ne*-„ *que poſt Craſſum & Hortenſium Ci*-„ *cero*. *Ratibus adbuc navigaremus* „ *Neque poſtremis etiam ſeculis* , *acus magneticæ natura ac declinationibus animadverſis* , *certioribus* , *quæ è pixide nautica exhibentur* , *indiciis uteremur* . *Non poſt Pythagoram Eudoxum Hippocratem Chium Euclides Archimedes Apollonius* , *non Galilæus Hugenius Nevvtonus* . *Non poſt Hippocratem Celſum Galenum Veſalius Malpighius Boerhave Morgagnius Haller Hoffman VVan-Svietten* . *Atque ad rem noſtram* , *ut aliarum diſciplinarum incrementa prætercam* , *poſt Theophilum Pantænum Origenem non Ambroſius*

pyxide

(1) Quinctil. *Inſtit. Orat. lib.* 12. *cap. ult.*

broſius Hieronymus Gregorii Chryſoſtomus Auguſtinus, nec ſequiori etiam ætate complures utiliſſimis adhuc Verſionibus (1)*, Diſſertationibus, Commentariis multa ingenioſe erudite ac ſplendide declaraſſent.*

XXVII. Ubi porro illi ex tot ejuſmodi lucubrationibus ætate hac ſcientiam Scripturarum perductam in ſummum putant, novoſque in ea illuſtranda

(1) Nonnulli equidem ſunt, qui quaſdam Recentiorum Verſiones parvipendere, ac dictetis etiam eorum gravitate non dignas inſectari non dubitant, a quibus non parum ſane diſſideo. „ Horum quippe Interpretum, præclare Auguſtinus (a), qui verbis „ tenacius inhæſerunt, collatio non eſt inutilis ad explanandam „ ſæpe ſententiam „. Idemque de verbis & ignotis locutionibus differens. „ Plurimum hic quoque juvat, inquit (b), Interpre„ tum numeroſitas collatis Codicibus inſpecta, atque diſcuſſa„. Quare & laude ſua privandi non ſunt præter Pagninum Cardinalis Cajetanus (c), Arias Montanus (d), Thomas Malvenda (e) Franciſcus Forerius, aliique, qui non elevandæ veritatis gratia,

(a) *Lib. 2. De Doctrina Chriſt. cap. 15.* (b) *In eodem Lib. cap. 14.* (c) Videſis Ricardum Simon. *Hiſtor. Crit. V. T. lib. 2. cap. 20., & lib. 3. cap. 13.* Cajetanum a nonnullorum cenſuris meritio defendentem. (d) De hujus Opera in Pagnini Verſ. præſtita V. Huetius *De Claris Interpretibus num. 15.* (e) Opus hoc ſuperius laudavimus *pag. 38.* In ea verba crebro adhibet obſoleta quidem, barbara, atque ad libitum excogitata, ſolœciſmi etiam paſſim

da labores ſupervacaneos arbitrantur, abunde produnt in magna ſe harum rerum ignoratione verſari. Quod equidem, ne pluribus demonſtremus, ſatis ſuperque ex iis patet, quæ hac de re ſcripta reliquit Auguſtinus Calmetius Abbas Benedictinus. Is utique Catholicorum, Is Judæorum, Is Heterodoxorum in Scripturam lucubrationes potenter evolvit; Poſtremus is eſt, qui nulli ſacra ac profana etiam eruditione ſecundus, universam Sacram Scriptu-

tia, ſed religioſe ac ſerio veſtigandæ ac vindicandæ, in ſcripturis transferendis operam collocarunt. „ Quæ quidem res (quod „ Auguſtinus de variis temporum ſuorum interpretationibus aſſerebat (a) affirmare non dubito) plus adjuvit intelligentiam, quam „ impedivit, ſi modo legentes non ſint negligentes. Nam nonnullas obſcuriores ſententias plurium Codicum ſæpe manifeſtavit inſpectio „.

ſim occurrunt. Sed ſciens ac volens ita ſe geſſit Auctor apprime eruditus, latineque perdoctus, ut aſſumpta de verbo ad verbum vertendi methodo quoad ejus fieri poſſet reſponderet; vocibuſque latinis clarioribus ac latinioribus in margine & in commentariis ſubſtitutis, ſententiam induſtrie probeque aperit, attentique lectoribus ac peritia mirifice juvat. Atque utinam novis interpretatio integra ejuſdem abſolutionem non obſtitiſſet, nec multa Exemplarium pars Lugduni incendio conflagraſſet. (a) *De Doct. Chriſt.* l. 2. num. 17.

ram expendit , doctiſsimiſque Commentariis ac Diſſertationibus illuſtravit . Is porro tantum abeſt , ut in Scripturis detecta omnia , atque explorata , effœtumque earundem ſtudium exiſtimet , ut palam imo aſſeveret earum literam magnis adhuc difficultatibus irretiri , quas nemo ſatis hactenus intellexit ; ac vel ex uno duntaxat earum Capitulo , quod ſedulo quis diſcutiendum ſuſcipiat , profecto cognoſci , quanta ſit adhuc neceſsitas in hujuſce Studii tractatione verſandi . Neque vero , ut idem habet , cenſendum id unquam eſt , ea detegi nequaquam poſſe , quæ principes Interpretes non detexerunt , neque eo pervadi , quo alii non pervaſerunt : id quippe uti præjudicium habendum monet , exuendum prorſus & abiiciendum (1).

Id

(1) *Tom prim Comment. Præfatione generali in V. T. Libros.*

Id namque non capit rerum natura, ut Fabii verbis utar (1)*, ut quicquid non eſt factum, ne fieri quidem poſſit. Quod in Sacris equidem Literis potiſſimum locum habet, quibus Divina Sapientia tantam iccirco etiam indidit obſcuritatem, ut homines nempe cujuſvis ætatis in eis utiliter laborarent, nec ſolum memoriam, ſed etiam ingenium pie ac delectabiliter exercerent* (2).

P 2 *Præ-*

(1) *Inſtit. Orat. lib. 12. cap. ult.* Profecto „ ut aliqui ſunt commonendi imbecillitatis ſuæ, præclare Voſſius (a), ſic alii ſuas ut diſcant vires. Multi enim, qui primo ſibi impares videbantur, „ ubi tentando magis vires ſuas didicerunt, eo pervenere, quo „ nunquam putaſſent „. Par eſt propterea ut animis nonnullorum, eorum procul dubio, quibus ingenium, valetudo, facultas, præceptor non deſunt, illud Cæſaris obverſetur. „ Quocumque intenderis ingenium valet (b).

(2) Scripturarum ſenſibus aſſequendis procul dubio præſertim conducit, ut fideli, ſincero vereque religioſo ad eaſdem animo accedamus. „ Quo enim ſpiritu, ſcite Bernardus (c), Scripturæ „ factæ ſunt, eo Spiritu legi deſiderant, ipſo etiam intelligendæ „ ſunt. Nunquam ingredieris in ſenſum Pauli, donec uſu bonæ „ intentionis in lectione ejus & ſtudio aſſiduæ meditationis Spiritum ejus imbiberis. Nunquam intelliges David, donec ipſa „ expe-

(a) Gerardus Jo: *De imitatione cum Orat. tum Poet. cap. 2. n. 10.* (b) *Apud Salluſtium in Bello Catilin.* (c) *In Epiſt. ad Fratres De Monte Dei, De Vit. Solit.*

Præſtat igitur, ut qui ſerio animum ad Sacras Literas perſcrutandas appellunt, Majorum utique Traditionibus, Majorum laboribus ac vigiliis inſtrui ac proficere ſatagant; eiſdem vero adjumento, atque incitamento etiam utantur, ut ſi Deus tribuerit, generoſe & ipſi aliquid connitantur. Quo vero hi bene merere ac proficere pergent, eo qui aliena tantum conſequi contenti ſunt, animi exiguitatem & ignaviam pro-

„ experientia ipſius Pſalmorum affectus indueris „. Ad hæc autem laborem etiam, niſumque noſtrum depoſcit Deus, Scripturarum profunditatibus conſtitutis. Ipſe enim, ut Baſilius obſervat (a), eundem in ſpiritualibus, quem in inferioribus atque ad vitam pertinentibus negotiis ordinem ſervat. In his autem, dum brutis animantibus facilem ad vitam ducendam commoditatem impertit, hominem autem nudum producit, non idcirco huic minus providere cenſetur: iſti enim omnium illorum vicem, quæ brutis tribuit, rationem elargitus eſt, per quam repertæ ſunt artes, quibus multo ampliora ſibi & commodiora ſuppeditat „. Ita & in Scripturis, ſubdit ille, data opera
„ voluit eſſe obſcuritatem, ad mentis noſtræ profectum, ut ex-
„ citata videlicet aſſurgat, vimque ſuam exerceat .... quando-
„ quidem quæ labore parta ſunt, ea certo quodam modo magis aman-

(a) *Proœmio in Iſaiam.*

produnt (1) , *miſereque in detectarum etiam rerum perceptione deficient* (2).

XXVIII. Hoc autem potiſſimum id eſt N. N. in quo illi vehementer allucinantur , dum nempe ſibi perſuadent abſque linguarum , quas commendamus , peritia , ex plurium Verſionum & Commentariorum lectione ea omnia capere ſe & conſequi poſſe , quæ a Viris doctiſſimis ad Scripturarum intelligentiam in

„ amantur , quæque præ longa mora nobis adveniunt ; conſtantius permanent „ [illegible] Videri etiam poteſt D. Auguſt. *In Epiſt. ad Voluſianum* , qui & *in Pſalmum.* 103. *ſerm.* 1. „ alte poſita ſunt , inquit , Sacramenta Dei . . . ut ſemper quæſita etſi cum difficultate , cum majori jucunditate inveniantur „. Et alibi inter alias Scripturarum obſcuritatis cauſas hanc eandem paſſim adducit.

(1) Pigri id ingenii eſſe jure clamat Fabius (a) , ac turpe etiam non conari ut uſus rerum ab aliis reperarum nobis ad alias eruendas non proſit ; nihilque habere velle niſi beneficio alieni.

(2) Præclare idem Fabius „ etiam qui ſumma non appetunt , inquit „ (b) , contendere potius quam ſequi debent . Nam qui agit ut „ prior ſit , forſitan etiamſi non tranſierit , æquabit . Eum vero „ nemo poteſt æquare , cujus veſtigiis ſibi utique inſiſtendum pu„ tat . Neceſſe eſt enim ſemper ſit poſterior qui ſequitur „.

(a) *Inſtit. Orat. lib.* 10. *cap.* 2. (b) *Ibidem*.

in ſuis lucubrationibus afferuntur. Falſam autem opinionem hanc haud equidem induiſſent, ſi in ejuſmodi operibus intelligendis expendendiſque operam aliquando ex pectore ſollicitam locaviſſent. Qui ſi ad Verſiones conſulendas unquam accederent, variæ illæ ſibi ac nonnunquam inter ſe diſcrepantes viderentur. Jam vero quum Linguas è quibus, & quare ita factæ ſunt non intelligant, profecto quid eligendum ſit, quidve reſpuendum, penitus ignorabunt; quandoquidem „ quæ ſit ipſa „ ſententia, quam plures Interpretes „ pro ſua quiſque facultate atque ju„ dicio conantur eloqui, non apparet „ niſi in ea lingua inſpiciatur, quam „ interpretantur (1) „. Quin immo ex Verſionum multitudine ejuſmodi homini-

(1) S. Auguſtinus *De Doct. Chriſt. lib. 2. cap.* 13.

minibus offendiculum quandoque præbebitur ; ac uti monet Hjeronymus (2) „ *magis errabunt , ignorantes quis ex* „ *multis verius dixerit . Quod , uti* „ *ſubdit laudatus Pater , ſapientiſſi-* „ *mo cuidam apud Græcos accidit ,* „ *ut interdum Scripturæ ſenſum re-* „ *linquens , uniuſcujuſque Interpretis* „ *ſequeretur errorem* „ *Appoſite igitur Auguſtinus* „ *propter diverſitates , ait* „ (2) , *Interpretum , illarum Lin-* „ *guarum eſt cognitio neceſſaria* „.

XXIX. *Verum & eoſdem , qui originariis Scripturarum Linguis deſtituti tantam in variis Verſionibus fiduciam ponunt , admonitos etiam volo , quod ſicuti Solis radius , ſi in aliam atque aliam partem in varias ſuperficies remittatur , iteratis caſibus elangueſcit ,* ita

(1) *Præfat. in Eſdram & Nehemiam .* (2) *De Doctr. Chriſt. cap.* 11.

ita Scriptorum doctrinæ atque ſententiæ de lingua in linguam demigrantes, non ſemel & ipſæ detrimento jacturæque ſubduntur. Atque equidem plurimi ſignificandi modi in Verſionibus reddi haudquaquam poſſunt: Veluti vocabulum גאל *(quo nomine Chriſtus Dominus non ſemel in Scripturis donatur* (1)*) Vulgatus Interpres latinus tranſtulit* Redemptorem; *& LXX. quandoq;* ῥυόμενον (2) *&* ῥυσάμενον (3)*. Sed vocabula iſta nec modum liberationis exprimunt, nec Redemptoris Perſonam. Alicubi a* LXX. *redditur* ἀγχιστεύων (4) ἀγχιστεύς (5) συγγενής (6)*; quibus Perſonæ quidem qualitas,* affinitas *ſcilicet* cognatioque *profertur, ſed* Redemptio *nullatenus connotatur. Alibi*

(1) *Iſai. LIX* 20. *LX.* 16. *&c.*
(2) *Iſai. LIX* 20.
(3) *Iſai. XLIX.* 26. *&c.*
(4) *Num. XXXV.* 19.
(5) *Ruth III.* 12.
(6) 3. *Reg. XVI.* 12.

bi interpretati ſunt λυτρωτὴν, & λυτρώμενον (1) *: Quæ pretium quidem ſignant, quod in redemptione perſolvitur ; Sed Redemptoris qualitatem haudquaquam aperiunt . Amplius adhuc unica illa hebræa dictione connotatur & promitur ; is nempe qui vel propinqui interfecti ſanguinem ulciſcitur , vel ejus bona donatione , venditione , vel quovis modo devoluta , aut quocumque contractu implicata jure propinquitatis ſibi afferat vindicetque* (2). *Atque ejuſmodi plane eſt , quem exoptarunt , expectaruntque Redemptorem Patriarchæ , Prophetæ , aliique Teſtamenti Veteris Sancti* (3) . *Quid quod permulta dubiam in Textu Originali ſignificationem habentia paſſim*

 oſſen-

(1) *Iſai. XLXI.* 14. *Pſalm. XVIII.* 15 *&c.*
(2) *Num XXXV.* 19. *Levit XXV.* 25. *&c.*
(3) *Gen. XXII.* 18. *XLIX.* Et apud *Iſaiam* paſſim .

offendimus, *quæ Interpres ob latini ſermonis inopiam eodem modo repræſentare non poteſt* (1). *Complura ex adverſo etiam occurrunt, quæ nullam in Textu patiuntur* ἀμφιβολίαν; *ſed ab Interprete licet peritiſſimo citra ambiguitatem nequeunt enunciari*. *Quæ quum animadvertere linguarum rudes non valeant, ſæpenumero prolabuntur*. *Quos multo etiam magis illiſuros non dubitabitis, ubi ad ea loca, quæ creberrima quidem ſunt, expendenda appellant, in quibus Sacri Scriptores phraſibus, ac proverbiis ad ſuæ gentis indolem moreſque uti conſueverunt*. *Si namque Verſiones illos non*

(1) Fere nunquam profecto iſtud continget, ut diverſarum linguarum vocabula unum & idem ſignificent. Egregie autem Ambroſius *in Pſalmum* 2. „ Ambiguitas in aliena lingua feſtivam „ quandoque vocis uſum luſumque præbet, qui in noſtra non „ ſolum conſervari nequit, ſed ne ſenſus quidem germanus ſine „ magna licentia reddi „.

non ſatis juvant , cum de ſimplicium vocum interpretatione tractatur ; quanto jam minus iiſdem ſuffragabuntur , ubi ſignificationis ratio ac vis e pluribus peregrino quodam modo conjunctis atque perceptis exurgit . Quam interdum quidem Interpretes complecti ac retinere in ſuis Verſionibus tentant ; ſed quantum laborent , hæreant , ac deficiant , iidemmet ultro ac ingenue confitentur (1). *Atque equidem quod penes alios proverbiali figura enuntiatur , id apud Latinos nullum quandoque proverbium* q 2 *eſt ,*

(1) Ex *Prologo Eccleſiaſtici* id ſatis conſtare poteſt , in quo rogatur lector ut ignoſcat , ubi in Verſione , quarundam dictionum vis deſiderari videatur . Neque enim quæ hebraice dicta ſunt , quum in aliam linguam translata fuerint , æqualem jam vim tuentur ac ſervant : οὐ γὰρ ἰσοδυναμεῖ αὐτὰ ἐν ἑαυτοῖς Ἑβραϊστὶ λεγόμενα , καὶ ὅταν μεταχθῇ εἰς ἑτέραν γλῶσσαν . Quin & ſubnectitur , non ſolum verba , ſed etiam legem ipſam , & prophetias , ac reliquos libros non parum differre ac præſtare ſi in originali ſua lingua ſpectentur : οὐ μόνον δὲ ταῦτα , ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὁ νόμος , καὶ αἱ προφητεῖαι , καὶ τὰ λοιπὰ τῶν βιβλίων οὐ μικρὰν ἔχει τὴν διαφορὰν ἐν ἑαυτοῖς λεγόμενα .

eſt , adeo ut qui Fontes ipſos conſulere non valent , ad aliena , abſurdave infeliciter devient & aberrent (1) . „ *In magno itaque errore , Borromæi verbis utar* (2) , „ *verſantur ii , qui ſolis Verſionibus* „ *nos poſſe Linguarum neceſſitati ſatisfacere arbitrantur : ſi quis tantummodo iis innixus erit , nunquam* „ *tuto , nec perite unquam ſermonem* „ *de optimis diſciplinis inſtituet ; &* „ *ſi ab aliis inſtituatur , aut ſi fortaſſis dubitationes aliquas ſolvendas* „ *propoſuerit , timide cadet , & ſuæ ſcien-*

(1) „ Habet omnis lingua ſua quædam propria genera locutionum, „ quæ cum in aliam linguam transferuntur , videntur abſurda „ (a) Plerique autem ignorantes, inquit Melchior Canus (b), in „ Proverbiorum expoſitione aut ad allegorias confugiunt , aut „ varia etiam deliramenta confingunt ; multoque melius fuerat „ ſimpliciter inſcitiam confiteri , quam imperitiæ ſuæ alios hæ„ redes facere .
(2) Federic. *De Abſoluta Colleg. Ambroſ. in Literis inſtitut. lib.* 3.

(a) *Auguſt. lib. de vera Religione c.* 50. (b) *De locis Theolog. lib.* 2 *c.* 15.

Digitized by Google

„ *ſcientiæ imbecillitatem demonſtrabit*
„ (1) „ .

XXX.

(1) Its Literatiſſimus ac Religioſiſſimus Princeps, cujus non ſemel ſententiam honoris & authoritatis cauſa laudamus, qui quum in Orientalibus literis excultus, earumque præſtantiam comprimis expertus eſſet (a), inter alia quæ mira prorſus ingenii animique magnitudine ad Eccleſiæ, Patriæque ſuæ incrementum ac decus peregit, ſedulam etiam ſollertemque curam adhibuerat ut laudatarum literarum ſtudium apud ſuos Inſubres efflorefceret. Excitavit autem a fundamentis Bibliothecam, quam non de ſuo, ſed de Ambroſii Urbis Patroni nomine *Ambroſianam* voluit nuncupari, tum maximis impendiis ingentem etiam Librorum Linguarum Orientalium numerum undique terrarum in eam convehendum curavit, earundem literarum formas pro arte typographica comparaverat, Collegium inſignium Virorum inſtituit, quos inter ejuſmodi Linguarum doctiſſimos, quos magni conduxerat ac fovebat, allegit, qui eos libros verſarent, Reique publicæ literariæ ſcriptionibus ſuis prodeſſent. Ejuſque propterea ſollicitudini non tantum debemus multa, quæ ſingulari ipſe pietate doctrina ac ingenio elaboravit, verum etiam doctiſſimorum laudati Collegii Virorum lucubrationes, inter quas Antonii Gigei Theſaurus Linguæ Arabicæ (b), Rabbi Salomonis Iſac. Abrahami Abenezræ, & Levi Ben Gherſom Commentaria in Proverbia Salomonis Latine converſa (c), Inſtitut. Linguæ Chald. &c. Atque utinam diuturniorem tantus literarum fautor in terris vitam duxiſſet.

(a) Vulgatæ Editioni Latinæ ſub Clem. VIII ſuam ſtatim operam contulit. Orientales antiquæ Concilia tum Latine quam Græce conſcripta, quibus Antonius Card. Caraffa S. R. E. Bibliothecarius præſtito candore reſtituendis incubuerat, Federicus Borromæus eo adeo benevolentiſſima ſunctione diligentius horum accedens, recognita & aucta ſub prelo habuit. *Ritratto ad an. 360. ubi de obitu Card. Caraffæ*. Ac ſæpe ſua in Linguis Orient. peritia uſum videmus, ut in ſuis *Obſervationibus in Apocalypſim*, *Not. in Duodecim Prophet. Min.* &c. (b) *Mediol. ex Typogr. Ambroſ. Biblioth.* 1632. (c) *Ibidem*.

XXX. Multa equidem , non inficior , in eruditis quorundam commentariis explicantur . Verum ſi & eos quidem authores evolvent , qui in Sacris Bibliis hoc pacto illuſtrandis inſudarunt , experientur profecto opera illa ita eſſe compoſita , ut ubicumque opus ſit Orientalibus Characteribus ad rei ſubjectæ declarationem , iidem interponantur , exiſtatque ſcriptio partim exotica , partim latina ; in qua hærere neceſſe eſt eum , qui ejuſmodi cognitione non adjuvetur . Ac jure ſæpe ii quidem Authores talem ſcribendi modum ſervavere : Quum enim Latinus ſermo plenam græcæ literæ intelligentiam non reddat , multoque minus hebrææ , aliarumque a noſtra conſuetudine longius diſſitarum , ubicumque in iſtiuſmodi

modi difficultates inciderunt , eademmet originaria verba ac literas afferre , rectius exiſtimarunt . In quo Hjeronymum quidem Doctorem Maximum expertiſſimum authorem habent ; qui licet multiplici non tam doctrinæ , quam linguarum ſuppellectili inſtructiſsimus foret , eique Latini cumprimis eloquii copia non deeſſet , nihilo tamen minus ubi animadvertit verba quædam ita apud alios ſonare non poſſe , uti apud ſuos dicta ſunt (1) , *primigenia ipſa ad rem propoſitam oſtendendam in medium afferet , & quædam multo melius eſſe conſtituit non interpretata ponere , quam vim eorum*

(1) Multa verba ſunt, quæ nec de Græco in Latinum tranſferri valeant , nec de Hebraico in Græcum , & reciproce nec de Latino in Græcum , nec de Græco in Hebræum . Hjeron. *Comment. in Epiſt. ad Eph. lib.* 1. *cap.* 1.

eorum interpretatione tenuare (1). *Si itaque Scripturæ ſcrutandæ ſunt, nec earum ſuperficie debemus eſſe contenti, quomodonam earum profunda rimari, intimeque penetrare ſe poſſe confident ii, qui linguis exteris deſtituti Latina tantummodo poſſunt inſpicere? Sed & dolendum eſt, eoſdem vel in iis, quæ Latine a Clariſsimis Commentariorum Authoribus differuntur, identidem cæcutientes aberraturos. Quo enim ſpectent multa eorum dicta, quamque appoſite quædam locutiones ac verba præ aliis adhibeantur, ne quidem ſuſpicient „ Quam „multa*

(1) Hjeron. *In Epiſt ad Marcellam* 132. Neque aliter ſenſit eruditæ naris author Gellius *Noll. Attic. lib.* 9. *cap.* 9. „ Quod Græcum quidem mire quam ſuave eſt, verti autem neque debuit, „ neque potuit „. Indeque e Theocriti *Idyl* 4 exemplum afferens ſubdit. „ Quo enim pacto diceret [illegible] verba hercle non tranſlatitia &c. Adiſis eundem *libro* 2. *cap.* 23. & *lib.* 11. *cap.* 16.

„ *multa enim, ſcite ajebat Tullius* (1),
„ *vident Pictores in umbris, & in*
„ *eminentia, quæ nos non videmus:*
„ *quam multa etiam quæ nos fugiunt*
„ *in cantu, exaudiunt in eo genere*
„ *exercitati; qui primo inflatu tibi-*
„ *cinis Antiopam eſſe ajunt, aut An-*
„ *dromacham, quum nos ne ſuſpice-*
„ *mur quidem* „.

XXXI. Quædam mihi de mendis etiam dicenda forent, quæ Typographorum, Exſcriptorumque oſcitantia frequenter obrepunt, quæque ſine Linguarum cognitione non dignoſcuntur (2).

r *Ex*

(1) *In 4. Academ. Quæſt.*
(2) Non illorum tantum rationem habemus, quæ in Vulgatam irrepſerunt (a), ſed etiam eorum, quibus non raro Doctorum lucubrationes fœdantur, in quæ cum incidunt linguarum rudes, emergendi facultatem non habent.

(a) De his præter Salmeronem, Canum, Lucam Brug videri poteſt Natal. Alex *Hiſt. Eccl. ſæc. 4. Diſſert.* [illegible] *art. 6 De mendis quæ in Vulgata Verſione Lovana Bibliorum juſſu Clem. VIII emendata, et eorum ſuperſunt, quæ Eccleſiæ auctoritate corrigi poſſent*, & Diſſert. 40. *Apologet. adverſus Vraſſen art. 4 & ſeqq.*

Ex quo lectores quidem Linguarum indoctos non levibus objectos lapſibus facile cernitis N. N. quin diu in hiſce perſequendis vos morer, qui ad alia me convertam; quandoquidem quorundam querimoniæ meis auribus allabuntur admittentium externas quidem linguas ad Sacri Interpretis munus rite obeundum poſſe merito poſtulari, non autem ad munus Doctoris rem Theologicam pertractantis: quod principio etiam propoſitum videbatur. Prioris autem ajunt proprium quidem eſſe Codices primigenios in uſus proprios adhibere ut locos illuſtret, ſuoſq; Commentarios elaboret; a Theologo autem ſi ejuſmodi eruditionem non afferat, non eſſe admodum flagitandam; modo fidei morumque doctrinam recte noverit, cum Eccleſiæ hoſtibus congrediatur, eorumque

rumque errores ſtrenue ſolideque redarguat , & refellat.

XXXII. Quidnam vero de his dicemus N. N. qui tam abſurda ac repugnantia reponere non verentur? Siccine eos Chriſtianos Theologos (1) *nuncupabimus , qui ſuam e Scripturis doctrinam non hauſerint ac derivarint? A Theologia ne igitur Dei Verbum procul faceſſere ſtatuemus? Quod ſi hoc vel auditu fideles horreſcunt aures, ac e Scriptura , uti principe Theologicæ Facultatis Fonte* (2) *petenda cumprimis*

I 2

(1) „ Theologia alia Naturalis eſt , alia Supernaturalis. Prima „ nobis cum Philoſophis Gentium communis eſt. Altera eſt, „ quæ Dei & naturam & proprietates per principia ea inveſtigat , quæ ſoni hominibus divinitus revelata ..... Atque „ hæc propria eſt Fidelium , & Chriſtianorum „. Melchior Canus *De loci Theolog. lib. 2. cap. 3.*

(2) Videri poteſt eodem *cap.* laudatus Canus, qui concludit e decem locis duos primos , Sac. Scripturam ſcilicet ac Traditiones (quarum tamen authoritas e Scriptura etiam probatur) propria & legitima Theologiæ principia continere , tres poſtremos externa & aliena : nam quinque intermedii aut interpretationem principiorum continent , aut eas , quæ ex his ortæ & profectæ ſunt Concluſiones.

mis Sacrorum veritas eſt , ecquanam vero fronte profundam Scripturarum intelligentiam a Theologi munere ſemovendam pronunciant ? Quomodo ſane veritates e Scripturis recte pleneq; elicere ſe poſſe arbitrantur , ſi intima earum ſenſa non permeent , non introſpiciant , non trutinent , non expendant? Si ergo ad hoc præſtandum Linguarum Orientalium cognitionem neceſſariam concedunt , eandem a Theologi munere non amandent . Id namq; tantummodo Sacri Interpretis inter , ac Theologi munus diſcriminis invenitur , ut alterius quidem ſit quæcumque in Sacrarum Literarum ſerie continentur docte perſequi ac explanare ; Theologi autem ut ſolum non omnia , ſed ſingula tamen , quæ ad Quæſtiones ſuas rite tractandas Scriptura ſuppeditat ,

Digitized by Google

ditat, non minus profunde ſcrutetur, enucleet, educat, ac verſet (1).

XXXIII. Laudatis itaque Linguis inſtructus, ubi de humanis moribus informandis, ac affectibus dirigendis agatur, primigenios Scripturarum Codices adiens, ipſamet Moſis, Prophetarum, aliorumque Dei Hominum verba purius ſibi clariuſque quodammodo reſonantia percipiet; quibus mandatorum quidem Dei veritatem potentius edocebitur, feſtiviuſque ac lautius ſpirituali dulcedine perfruetur. Scripturam namque animæ cibum eſſe, Fidelium nemo in dubium vocaverit; ſed recte

(1) Egregie Dominicus Soto Ordin. Prædic. coram Sac. Tridentin. Concilii Patribus de Theologi officio diſſeruit, atque, uno id ore probante Concilio, commonuit Theologi eſſe enixe, quoad ejus fieri poteſt, divinorum Myſteriorum intima penetrare, Deique cœleſte Verbum a pravarum expoſitionum erroribus cernere, tueri, ſciteque ac potenter in ſui muneris quæſtionibus adhibere. Vid. Card. Pallavic. *Hiſt. Concil. Trident. lib. 7. c. 5.*

recte eadem intelligatur oportet. Quot enim quantiſque mentis ludificationibus obnoxius plerumque ſenſus myſticus eſt, ſi Literali non apprehenſo ac ignorato, ipſi veluti fundamento, non innitamur (1)!

XXXIV. Quod ſi de Eccleſiaſticorum Canonum Scientia pertractetur (quorum

(1) D. Auguſtinus *ſerm. 2. de plagis Ægypti & præceptis legis* „Prius „ in fundamentum, inquit, poſſumus rerum geſtarum firmitatem ſi„gnificativam debemus inquirere, ne ſubtracto fundamento in„ aere velle ædificare videamur„. Videatur idem in *ſerm. De Filio Abrahæ ducto ad ſacrificium cap. 6.* Et D. Hieronymus, qui in *Præfat. Comment. in Abdiam* pueriliſ ingenii fuiſſe inquit laborem ſuum, quo allegoricè quondam interpretatus fuerat Abdiam Prophetam, cujus hiſtoriam neſciebat; maturæ autem ſenectutis eum, quem poſtmodum in Commentariis in eundem Prophetam juxta literam conſcribendis impendit. Adiſis etiam D. Thomam *p. p. qu. 1. art. 10. ad 1.* & Sixtum Senenſem, qui (a) periculoſum id etiam declarat, ſi ex uno intellectu verbis ſenſum aliquem arcanum exprimere velimus; atque ex Manichæis exemplum profert „ qui cum ex imperitia linguæ he„brææ non intelligerent literalem ſenſum dicti illius: *In ſole po„ſuit tabernaculum ſuum*, converterunt ſe ad præfidam allegori„cæ expoſitionis dicentes Chriſtum poſt Reſurrectionem ſuam „ſine carne ad Patrem aſcendiſſe, relicto corpore ſuo intra am„bitum globi Solaris, ut a nobis cultu ejus in Sole, tanquam „in tabernaculo Dominici Corporis adoraretur. Cum tamen genuina

(a) *Biblioth. S. lib. 3. De uſu & utilitate Hiſtoricæ & Myſticæ Expoſitionis.*

rum utique cognitionem abſurdum foret a Theologi munere ſemovere (1)) *non parum equidem aberraret, qui unius latini ſermonis notitiam ſatis ſibi in hac Facultate futuram cenſeret*. „ *Qui*
„ *enim, inquit Federicus Borromæus*
„ (2), *hanc doctrinam aſſequi ſtu-*
„ *dent, in primis Græcarum Litera-*
„ *rum cognitionem habeant, cum hæc*
„ *lingua & multa & potiora ſummo-*
„ *rum Virorumm ſcripta in ſe inclu-*
„ *dat, & cum Verſiones mendis abun-*
„ *dent; quæ errata in Legibus præ-*
„ *ſertim* (*ſi aliqua tantum dictio per-*
peram.

„ nuinus ac proprius ejus literæ ſenſus & expoſitio ſit Deum po-
„ ſuiſſe Soli tabernaculum in Cœlo, ex quo Sol ipſe mane tan-
„ quam ſponſus e cubili progreditur oſtenſurus ſplendorem &c.„
Hebraice reapſe ita habetur לשמש שם אהל בהם *Soli poſuit tabernaculum in eis*, hoc eſt in Cœlis. Quod plane congruit iis quæ habentur *Geneſ.* 1. 16, & 17.

(1) Canonici juris cognitionem Theologo perneceſſariam eſſe fuſe probat Melchior Canus lib VIII. cap. 6

(2) *De abſoluta Colleg. Ambroſ. in Literis inſtit. lib.* 12.

„ *peram immutetur* (1)) *multi extant* „ *momenti* (2). *Ubi autem Theologus ad Græci ſermonis peritiam Syrorum etiam ac Judæorum linguæ cognitionem adjunxerit , deque Eccleſiaſticæ Hierarchiæ Originibus , & variis Eccleſiæ Ritibus*

(1) S. etiam Baſilius *Homil.* 7 *ad Divites* diſerte docet vel unius literæ interpoſitione totam facile ſententiam perturbari.

(2) Idem in *laud. Opere lib.* 25. *de Antiquo Jure Canonico* ſermonem habens : „ Hoc ſtudium , ait , pulcherrimum eſt , ſed multam „ induſtriam deſiderat . Quapropter neceſſe eſt , ut qui hoc pro„ fitetur , Græcæ linguæ cognitionem habeat ; quum ex Græco„ rum Codicum collectione , & multa ſeligi , & plures loci per„ purgari poſſint „ . Idcirco ejuſmodi ſtudium , ut Petrus Paulus Boſcha teſtatur (a) , in Seminarii Mediolanenſis Scholas invexerat , hoc ejus conſilium probante Paulo V. qui Brevibus Literis ad eum datis (b) , Pontificias inquit partes eſſe ut eæ exercitationes ac ſtudia foveantur maxime , quæ ſunt e Republica , probatam jam omnibus eſſe Collegii Ambroſiani operam propter Linguarum variarum diſciplinam , quæ nobis exoticarum facultatum arcana aperiunt . Ne vero caſu aut temporum invidia intereant ea ſtudia , mandare ſe ut duo quatuorve adoleſcentes iis exercitationibus ſubigantur in Seminario Mediolanenſi , ejuſdemque Sedis quadra vivant . Quam ſi rationes Seminarii negent , eandem dimidia tantum penſione æris , quod reliqui Convictores exolvunt , redimere poſſint . Idemque Author etiam ſubiicit (c) , Quirinum Doctorem Linguæ Græcæ in Seminario ſtatutum fuiſſe , pluribus Auctoribus eidem Scholæ peculiariter addictis

(a) *De Origine & Statu Bibliothecæ Ambroſianæ . Mediol.* 1672 *pag.* 75. *& ſeqq.*
(b) *IX. Kal. Apr.* 1616. (c) *pag.* 102.

Ritibus ac Decretis tractationem inſtituat, complura ſane rebus hiſce penitius intelligendis illuſtrandis ac defendendis perappoſita decerpere poterit ac derivare. Quum enim Chriſtiana Religio Judaicæ reformatio quædam ſit, illiuſque Diſciplina ab hominibus gente, educatione, ac profeſſione Judæis inceperit (1), *multa ipſi Synagogæ* (2)

 inſti-

(1) Si enim Eccleſiæ primordia ſpectemus, nullam principio Gentilium rationem habitam cernimus: præcepti quippe Dominici memores, in viam Gentium non abeundi (a), nemini loquebantur verbum, niſi ſolis Judæis (b). Et cum Gentiles deinde cœperunt admitti, iidem tamen, non ſecus ferme atque antea a Judæis *Proſelyti*, accenſebantur. Itaque ſicut e Judæis præſertim Eccleſia primum coaluit, ab eiſque adminiſtrata eſt, ita & cœpta Eccleſiaſtici regiminis forma.

(2) Synagogæ nomen lata accipimus ſignificatione pro univerſa, nempe Oeconomia vetere Judæorum. Longe autem abſum a Campegii Vitringa, Viri ceteroquin eruditi ſententia, qui quum Synagogæ nomine eorum duntaxat locorum, qui peculiari Judæorum pietati addicti fuerunt, non etiam Templi rationem habere velit, totus deinde in eo verſatur, ut Sacerdotii decus juſque illud, quod penes Judæorum Cœtum inſedit, ab Eccleſia Chriſtianorum ableget (c). Sed nimiam ille vim utriuſque Fœderis authoritatibus infert, ac totius antiquitatis Eccleſiaſticæ luculentiſſimis teſtimoniis infeliciter obluctatur.

(a) *Matth. x. 5* (b) *Act. xi. 19.* (c) *De Synagoga Vetere. Franequeræ 1696.*

inſtituta diuturni apud ſe temporis uſu firmata, innoxia, ac opportuna, in Sacrorum Eccleſiæ numerum adoptanda prudenter intellexerunt, in novam equidem formam uſumque ſacratiorem evecta. Quod eo quidem impenſius Apoſtoli primique Eccleſiæ Inſtitutores (quantum Oeconomiæ Chriſtianæ ratio patiebatur) præſtare non dubitarunt, ut blande nempe Judæi minoreque ſtrepitu Chriſti partibus addicerentur (1).

XXXV.

(1) Vel illi etiam, qui Chriſto dederant nomen, avitæ conſuetudinis tenaciſſimi erant. Vides Frater, ajebat ad Paulum Jacobus (a), quot *myriades* (b) Judæorum ſunt, qui crediderunt, & omnes æmulatores ſunt legis: ſubditque eiſdem ſcandalum ingeſſiſſe ea quæ de ipſo ferebantur, illum nempe docere, non debere eos circumcidere filios, neque ſecundum ritus patrios vitam degere; quapropter eidem perſuaſit, ut, quandoquidem quatuor ex ipſis erant qui voto ſe *Nazaraæum* obſtrinxerant, ſe cum ipſis purificaret, ſumptuſque pro eiſdem impenderet. Quod utique præſtare non detrectavit, ne, cujuſmodi ferebatur, talium cæremoniarum everſor judicaretur. Neque vero Paulus, qui alioqui non Circumciſionis ſed Gentium Apoſtolus habebatur, Hieroſolymis tantum atque in Judæorum Terra, ſed extra hanc etiam degens, legalibus cæremoniis obſecundavit: in Achaja

(a) *Act. xxi, 20.* (b) *μύριας decem millium numerus.*

XXXV. *Apud ipſos utique Sacrorum Miniſtrorum Ordinationes* (1) *varia eorun-*

Achaja videlicet Nazaræatus votum ipſemet nuncupavit (a), & cum Derben & Lyſtram perambularet, Timotheum circumcidit (b). Quod ſi Eccleſiæ Proceres ea quæ mortifera futura erant, illorum infirmitati morem gerentes per ea tempora obſervare non dubitarunt, quanto magis ea quæ nulla ratio immutare jubebat, pro ſua eos prudentia retinuiſſe cenſendum eſt? Quod ita tamen conſonum viſum iri crediderim, ut non tantum cæremonias illas, quas non aliunde quam e Synagoga prodiiſſe evidenter cognoſcimus, ſed eas etiam quæ Judæis ac Gentilibus quadam ratione communes ſunt, non citius Gentilibus quam Judæis acceptas retulerim.

(1) Ut aliquis ordinaretur, & publicum olim Plebis teſtimonium aſſenſumque (c), & Manuum Impoſitionem ubique adhibitam obſervamus. Hæc autem a Judæis profecta eſſe liquido cognoſcuntur. Ipſi enim אין מעמידין פרנס על הצבור אלא אם כן נמלכין בצבור *Paſtorem Cœtui non præficiunt, niſi prius ipſum conſulent* (d) animo quippe aut corpore vitiato Sacrum Miniſterium interdicitur. Neque aliter חזן Diaconus nempe Synagogæ ſubligitur (e). Atque id Chriſtianis fuiſſe Judæiſque commune teſtatur etiam Lampridius *in Alexandro Severo cap.* 15. Alterum vero, Manuum videlicet Impoſitionem ex authoritate Scripturæ in Synagoga receptam omnino liquet (f), immo & dictione סמיכה (g) non ſecus atque nos χειροθεσίας vocabu-

(a) *Act.* xviii. 18 (b) *Act.* xvi. 3 (c) *V. Act.* vi. 1. 5 Clem. Rom. *Epiſt. ad Corinth. n.* 44. Cyprian. *lib.* 1. *epiſt.* 4. *lib.* iv. *epiſt.* 2 *&c.* (d) *Cod. Beracoth* (e) V. *Orach Chajim c.* 53 §. 19 (f) V. *Maſſechet Tract. Sanhedrin c.* 1. *n.* 3. *& Maimon. in hunc locum.* Etſi deinceps hoc obtinuerit, ut aliquando per ſolam Declarationem ordinarent, ut a Maimonide ibidem traditur, & a *Zacuth in Juchaſin*. (g) χειροθεσία *Manuum Impoſitio*.

rundem Nomina , Munia (1) *, ac Juriſdictio*

cabulo ipſamet Ordinatio deſignatur (a). Spectari autem etiam poteſt eorundem de manuum imponendarum ritu ſententia: *Imponunt* , inquiunt (b) *manus illi qui benedicunt iis quibus benedicunt, ut ille cui benedicunt tali habilitate donetur, qua influxum, ſive gratiam bonamque illud recipiat* והוו ענין סמיכת היד שהיו סומכין ידיהם המברכים על המתברכים לתת הכנה אל המתברך שיקבל השפע או הטוב ההוא (c). Quin & ritus pervetuſtus, quo Epiſcopus a tribus Epiſcopis conſecratur (d) ad Judaicæ pariter Ordinationis normam deprehenditur inſtitutus (e).

(1) Ut nihil jam dicamus de Sacerdotibus eorumque Maximo כהן הגדול celebria ſunt nomina שליח צבור *Angelus Eccleſiæ* ממונה ὁ ἐπίσκοπος, προεστὼς *Præſes* , *Præfectus* , *Præpoſitus*, quo nomine etiam Epiſcopus deſignatur. זקנים *Presbyteri* לוים *Levitæ*, *Diaconi*. Chorepiſcoporum etiam Officium, Epiſcoporum Vicarium, non aliud fuiſſe videtur ab eo סגן Vicarii כהן גדול Hebræorum (f), apud quos poſſet etiam aliquis originem קתוליקא Syrorum inquirere, & plura ex חזנים פרנסים הנבאים גזברים &c. ad partem hanc illuſtrandam proferre.

(a) χειροτονία vere ſuffragiorum latiſonem ſignificat, quandoquidem in ſuffragiis ferendis manus protendi ſolebant; conſuetudo autem invaluit, ut voce hac tota Ordinationis actio denotetur, cujus neceſſaria omnino pars ſemper fuit manuum impoſitio (b) *In lib. Ikkarim cap.* 19 (c) Conſentiunt hæc cum iis quæ habentur *Deuter.* XXXIV 9 1. *Tim* IV. 14. & 2. *Tim.* 1. 6 (d) Ritum hunc ab Apoſtolis obſervatum colligimus ex Clem. Alexan. apud *Euſeb. lib.* 2. *cap.* 1. Quin deinde ad ſubſeriora tempora propagatum videmus. (e) V. *Miſchna Sanhedrin cap.* 1 *n.* 3 *Maimon. in Sanhedrin cap.* IV § 1. *Bartenora in laud. locum Miſchnæ &c.* (f) Sæpe de illo ſermonem habent Rabbini: eorum autem commentum non eſſe probavit Cl. Bern. Lamy *De Temple lib.* 7. *ſect.* 5.

riſdictio (1) *. Ab eiſdem Eccleſiarum forma* (2) *, Dedicatio , Anniverſaria ejuſ-*

(1) Plures Hierarchica Jura ab Imperii Archetypo promanaſſe contenderunt (a); eos autem a veritatis tramite deviaſſe probat Cl. Benedictus Bacchinius Benedictinus Caſſinenſis (b), colligitque Juris normam, quæ in Judæorum *Synedriis* eorumque Principibus reſidebat, eam vero Divinæ Majeſtatis jure ad Eccleſiæ Presbyteria, *Synedria*, etiam antiquitus dicta (c), atque ad Epiſcopos tranſiiſſe. Exploratis porro ab eruditiſſimo Viro iis, quæ de *Synedriorum* poteſtate & intra eorum Terram, & extra ipſam tradunt Judæi, Metropolitica Jura, tum Orientis, tum Occidentis commode diſpiciuntur (d), inter quæ illud etiam feliciter expedit, cur Alexandrina Metropolis prælata fuerit Antiochenæ, quamquam fuerit hæc a D. Petro ante Alexandrinam fondata. (e)

(2) Ædes in quas Chriſtiani Sacrorum cauſa primitus convenere ad Synagogarum Scholarumve Judæicarum formam plurimum acceſſiſſe nemo prudens negaverit. Ejuſmodi ſiquidem ea eſt, cui ab infantia conſueverant, quæ ipſis continuo obverſabatur, quam commode imitarentur, atque uti luis acceptiorem etiam præſerrent. Eiſdem certe nominibus donatas videmus neque εὐκτηρίας duntaxat aut προσευχηρίας Oratorii, οἰκίας Domus Judæis בית, διδασκαλεῖα ב׳ מדרש אסכולא (f) Scholæ, verum & ipſummet τῆς συναγωγῆς Synagogæ, nempe ב׳ כנסת nomen ad Fidelium Eccleſiam deſignandam a D. Jacobo adhibitum liquet (g), qui ſubſelliorum etiam diſtinctionem Judæis uſitatam

(a) Cl. Baronius *ad an. Chriſti* 39. Petrus de Marca *De Concordia Sacerdotii & Imperii lib.* 6. *cap.* 1 § 3 & 8 Schelſtrate *Antiqu. Eccleſ. tom.* 2 *Diſſert.* 4. c. 4. (b) in Lib. *De Eccleſiaſticæ Hyerarchiæ Originibus Mutinæ* 1703 (c) Ignatius *ad Trall.* [illegible] . [illegible] Videri poteſt idem etiam in *Epiſt. ad Magneſ.* (d) *Primo partis cap.* 3 (e) ibidem num. 5. conferanturque cum his ea quæ habet cap. 1 num 14. (f) Scholam equidem a Synagoga diſtinguunt, eamque iſti præferre volunt Rabbini; ſed ſæpe latiori ſignificatione Synagogæ nomine Scholam etiam intelligunt (g) *Epiſt. Cath. cap.* II. 2. ἐὰν γὰρ εἰσέλθῃ εἰς τὴν συναγωγὴν ὑμῶν .

ejuſdem ſolemnitas (1), *pluraque ad Feſtorum celebritatem ſpectantia* (2), *ſtatæ*

uſitatam (a) inibi extitiſſe commemorat (b). Plura vero deinde e Templi Hieroſolymitani forma deducta fuiſſe cenſet etiam Baronius (c). Porticus porro occurrunt, Atria, Sancta, Sancta Sanctorum, ipſumque Presbyterium plane ad Synedrii modum deſcriptum (d). Mulierum etiam a viris ſeparatio animadvertitur, Suggeſtum, Aqua pro fontibus poſita. Eccleſiam quippe ingreſſuri manus lavabant (e). Apud Græcos etiam occurrunt πρόθεσις *Menſa propoſitionis*, Φυλακτήριον; aliaque id genus e Judæorum inſtitutis derivata.

(1) Feſtum hoc (hebraice חנוכה græce ἐγκαίνια) quotannis per dies octo, uti pridem ſtatutum fuit (f), etiamnum celebrant Judæi; quibus & Synagogarum Conſecratio, & Canones ac Sanctiones ſanctitatem earundem ſpectantes non deſunt (g), a quibus Eccleſiæ Canones non abhorrent.

(2) Diei Feſti obſervatio, Ex. Cauſa, non a media nocte ad alteram, ſed ab occaſu ad occaſum Solis Hebræorum plane ritu protendebatur (h), quamque non in Oriente duntaxat (i), ſed in Occidente etiam diu perduraſſe (k), & nunc in Officiis adhuc vigere compertum eſt. Quod etiam Judæis nefas habetur, ſi feſto eorum die, Sabbato videlicet jejunio vacent (l), idipſum apud Chriſtianos Dominicis diebus obtinuit; immo multis in

locis

(a) *Talmud. Hieroſol. In Gem. cap. ult. Herahl.* (b) *ibidem* v. 3. (c) *Ad an. Chriſti* 57. (d) Miſchna Tract. Sanhedrin cap. 4. n. 3. Baronius in hunc locum. Abraham Ben David *De Templo cap.* 12. (e) Clem. *lib.* 2. *Conſtit.* 58. Euſeb. *Hiſt. lib.* 10 *cap.* 4. Chryſoſt. *Homil.* 72 *in Jo.* (f) 1 *Machab.* IV. 59. De eodem ſtatuentio Jo. x. 22. fuſeque agit Maimon. *Cholecth Magilla & Chanucca.* (g) De his præter Maimon. videri poteſt *Schulchan Aruch Orach Chaim cap.* 151. (h) *Levit.* XXIII. 32. (i) De Chriſtianorum Orientalium conſuetudine Vid. Cl. Joſeph Simon. Aſſeman. *Biblioth. Orient.* tom. 3. p. 2. cap. VII. §. 19. ubi eandem etiam in Jejuniis illorum conſuetudinem teſtit, & Neſtorianos eam adhuc ſervantes, a Barhebræo hac in parte notatos vindicat. (k) V. Act. SS. Ord. S. Benedicti tom. 1. *ad an.* 553. *& tom.* 2. *in Præfat. & in Vita S. Ancalri Abb. Gemmeticenſis.* (l) Maimon. *& Schulchan Aruch Cholecth Sabbath.*

ſtatæ pariter Precum Horæ (1) , *Pre-*

cum

locis ipſo etiammet Sabbato (a) , quod perinde ac diem Dominicum ſanctificaſſe conſpicimus (b).

Atq; uti fuere illis הכריעות השתחויות נפילות אפים Incurvationes Proſtrationeſque ſunt , Sabbatis autem , Feſtiſque ſolemnibus procedere non conſueverunt (c) , ita & Chriſtiani Tertulliano teſte nefas ducebant de geniculis adorare , eademque immunitate a die Paſchæ in Pentecoſten uſque gaudebant (d).

Luminum etiam in Sacris Eccleſiæ functionibus uſum a Judæis profluxiſſe conſentit Baronius (e). Id vero ipſi plane a ſe fieri ajunt לכבוד יום טוב *ad diei feſti decus* (f), perinde ac noſtri non uſque ad fugandas tantum tenebras , ſed ad ſignum lætitiæ demonſtrandum , ſacrique cultus celebritatem feſtivius illuſtrandam (g).

(1) Primos Chriſtifideles ter quoque die preces ad Deum fundere conſueviſſe ex Conſtitutionibus quæ dicuntur Apoſtolorum (h), ex Græc. Euchol. (i), ex Clemente Alexandrino (k) , Cypriano (l) , aliiſque abunde conſtat. Quæ utique conſuetudo abs Judæorum inſtituto manavit , apud quos celebris hæc Orationis diviſio eſt in שחרית *Matutinam* , מנחה *Pomeridianam* , & ערבית Veſpertinam (m). Primis auctorem extitiſſe Abrahamum, alterius Iſaacum, & Jacobum Veſpertinæ ſcribit Maimonides (n).

Sed

(a) Extat hac de re Canon inter eos qui Apoſtolici nuncupantur: quæ conſuetudo Mediolani etiam vigebat , ipſoque etiam tempore Quadrageſimæ. V. D. Ambroſ. lib. de Elia , & Jejunio , Paulinus in ejus Vita &c (b) Vide ſis Conſt. quæ tribuuntur Apoſtolis lib. 2 cap. 59. Conſtit. Clement. lib. 7. cap. 24. Socrat. Hiſt. lib. 6 cap. 8. (c) Maimon. Chilchot Tephille cap. 4. & 5. (d) De Corona Militis cap. 3. Idemque decretum fuit in Concil. Nicæno can. ultimo. (e) ad annum Chriſti 58 (f) Talmud Hieroſol. cap. הרואה (g) Ritus eſſe ipſa jam vigebat Apoſtolorum ætate (Act. Apoſt. xx. 8.) De quo legendus omnino Baronius laudato loco. (h) lib. 7. cap. 24. (i) pag. 38 (k) lib. vii. Strom. (l) De Oratione Dominica (m) Miſchna Tract. Beracbot cap. 4. Maimon. Chilch. Tephille cap. 1. 3. &c. (n) Chilch. Melachim cap. 9. num. 1.

cum , ac Benedictionum Formulæ (1) *, Rituſ-*

Sed eſto tanta moris hujus vetoſtas non ſatis conſtet , ſat pridem tamen obtinuiſſe ex Daniele præſertim Cyprianus etiam agnovit (a). Eundem porro Eccleſia non immutavit (b) , quamquam progreſſu temporis , præter horas antiquitus obſervatas , ut habet laudatus Pater (c) , orandi nunc & ſpatia & Sacramenta creverunt .

(1) Profecto innumera pene quæ ad hanc rem pertinent , Hebræorum eſſe comperies · Paſſim equidem apud eos occurrunt precationum ſpecies partesve a Paulo , ac Patribus recenſitæ (d) התחנה הפלה בקשה προσευχὴ , δέησις *Oratio* , *Obſecratio* , *Supplicatio* שאלה ἄιτημα *Petitio* ברכה הודיה שבח εὐχαριστία , ἐξομολόγησις , δοξασμὸς *Gratiarum actio* , *Divinarum virtutum ac perfectionum Celebratio* . Eas autem Precationes , quas peculiariter vocant ברכות , pro ejuſmodi haud habendas tenent , niſi & Divini Nominis , & Regni ejus memoria efferatur (e) . Quod in *Cellectis* noſtris utique receptiſſimum ; uti etiam τὸ אמן *Amen* in fine ipſarum , de quo doctiſſimi idem prorſus ac pie ſermonem habent (f). Quemadmodum etiam apud Judæos in Sacris & ante & poſt preces oratio קדיש recitatur (g) , ita & a nobis Oratio Dominica , quam קדיש noſtrum eſſe plane comperies , ubi ea quæ refert Lucas (h) cum iis , quæ apud Maimonidem habeatur (i) contuleris . Eorundem etiam eſt ritus aquæ immiſcendæ vino , quod benedicitur (k): Panis autem Vinique benedicendi Ritus , quum paſſim apud

(a) *ibidem* (b) V. Tertull *adverſus Pſychicos* . (c) Cyprianus *ibidem* . (d) Philipp. iv. 6 I. ad Timoth II. 1. Vide præſertim D. Th. 2. 2. qu. 83 *art* 17 (e) V. Maimon *in Beracbot cap* 1 §. 5 (f) *Orach Chaiim cap* 74 *Jalkuth in Pſalm*. xxxi. 4. (g) Maimon *Chileoth Tephilla cap* 12 (h) *cap* x. (i) *In Jad* , *Seder Tephili col haſſchana* , *Noſach Kaddeſch* , *poſt librum Ahava*. Adi ſis etiam Lightfoot. *Hor Hebr in Matth. cap.* 6. (k) Talmud Babylon *in Beracoth*.

Digitized by Google

Rituſque Lectionum (1) *Concionum* (2)
t *Excom-*

apud ipſos obtineat, peculiaris tamen dignuſque ſpectatu in Cœna Paſchali eſt (a); quem ſi bene perpenderis, facile dixeris Chriſtum Dominum in Sacramenti Corporis & Sanguinis ſui Inſtitutione, auguſtiore eundem Conſecratione conſummaſſe (b).

Protologiam quoque *Domine labia mea aperies* ab eiſdem adhibitam obſervare licet, necnon *Pſalmorum*, *Antiphonarum*, *Hymnorumque* modulationem, *vel Halleluia*, *Dominus vobiſcum*, *Benedicamus Domino*, *Benedictioneſque* complures pro variis rerum generibus & circumſtantiis, aliaque id genus, quæ nimis longum foret enumerare, quæque dubitandum non eſt quin ex eo inſint in Eccleſia, quod Chriſtiani originis Judaicæ, uti diximus, a Judæorum formulis, quæ probationem ac laudem merebantur acceperint, ſuiſque ubibus accomodaverint.

(1) Non tantum ſpectamus, Sacrarum Scripturarum Lectionem, & nonnunquam eandem quidem prorſus, uti apud Judæos (c), in noſtris Cœtibus receptam eſſe; ſed animadverſionem etiam meretur, quod Lector apud eoſdem Lectionem non inchoat, niſi prius qui in Synagoga major eſt juſſerit אין הקורא רשאי (d)לקרות עד שיאמר לו גדול שבציבור לקרות
Ad hæc & Benedictionum formulæ, quibus univerſi quidem respondent *Amen* (e), & plura noſtris hac de re inſtitutis reſpondentia deprehenduntur.

(2) Chriſtum Dominum, & Apoſtolos ad Judæos Conciones habuiſſe paſſim Evangelia & Apoſtolorum acta teſtantur. Ab illorum autem in eis ritu modoque non receſſiſſe, præterquamquod credere omnino par eſt, ex iis etiam quæ de ſuorum Concionibus ſcruut Judæi magis id magiſque percipimus, atque cognoſcimus eorum etiam Diſcipulos & Succeſſores eiſdem veſtigia inſti-

(a) Conſulito *Miſchna Tract. Peſach cap.* 10. Maimon. *in Chametz & Matza cap.* 7. *Orach Chajim num.* 472 *&c.* (b) Maxime id vero juxta communem Paſchatis a Chriſto Domino pridie mortis ſuæ celebrati ſententiam. (c) Maimon. *Chilcoth Tephilla cap.* 13. *Orach Chajim cap.* 85. (d) Maimon. Chilcoth Tephilla &c. cap. 12. (e) V. Maimon. *ibidem*, *Cod. Sopherim cap.* 14. *Orach Chajim cap.* 89.

Excommunicationum (1), *Cinerum impoſitionis in Jejuniorum majorum incboatione* (1), *quarundam Abſolutionum* (2), *Aliaque id genus multa*, *quibus penes ipſos*

inſtitiſſe. Si etenim quoſdam אגדות velimus excipere (quas facile [illegible] arte compoſitas aniles ve fabulas intelligimus *, a quibus abſtinendum eſſe ad Timotheum ſcribens Paulus edixit **, ſibique Eccleſiæ Patres caverunt), in aliis certe דרשות videlicet ac דברי כיבושין, ſive Scripturæ partem aliquam prælegendi morem, ſive docendi modum juxta *Parabolas* nonnunquam atque *Allegorias* diſſerendo ſpectemus; ſive in eiſdem habendis, audiendiſque Loci, Perſonarum, ac Temporum rationem habeamus, & quæ apud noſtros obſervata dictaque ſunt clarius intelligimus, illorumque conſuetudini conformia deprehendimus.

(1) Videri poſſunt quæ de Excommunicationis Hebrææ ſpeciebus, ritibus, & effectis traduntur præſertim in יורה דעה Chilc. נדוי, & a Maimon. in *Chilc. Talmud Tora cap.* 6. 7., & alibi. E quibus multa, quæ hac de re a Chriſto Domino, ab Apoſtolis, ab Irenæo, Tertulliano, aliiſque Patribus dicta, conſtanterque in Eccleſia recepta ſunt, doctius percipies; eademque adverſus Thomam Eraſtum, ejuſque Aſſeclas validius vindicabis.

(2) Vid. *Miſchna Tract. Tahanith cap.* 2.

(3) Ex his cum התרות נדוי obſervare licet, eas nempe, quibus Excommunicationibus implicatos relaxare conſueverunt, cum illam, quam die jejunii expiationis ſolemniter ſuper remiſſionem peccatorum impendunt (a) quamque reſipiſcentibus tantum, proxi-

(*) De hujus Vocabuli ſignificatione Vid. VVagenſeil *Annot. ad Excerpta Gemaræ cap.* 7. §. 30. (**) *1. Ad Timoth.* iv. 7. V. eundem *ad Ep. ad Titum* i. 14. Et 2. *Petri* I. 17. (a) *Miſchna Tract. Joma c.* 7. & *Sota c.* 7. *n.* 7. & 8. *Orach Chajim n.* 610.

ipſos inveſtigatis & veteris Eccleſiaſticæ diſciplinæ facies valde quidem detegitur, ingenſque eorum numerus, quæ noſtris etiam temporibus vigent, ſcienter inde ac erudite panduntur (1).

XXXVI. Quod equidem non in Latinorum tantummodo, ſed in Græcorum etiam, aliorumque Orientalium Ritibus percipiendis locum habere comperient Theologi rerum ejuſmodi ſtudioſi; quos etiam atque etiam profecto N. N. operæ ſuæ non pœnitebit, ſi in horum quoque adipi-

proximoque ſatisfacientibus prodeſſe diſerte tradunt (d); quin & de illo inquiunt (e) *qui dicit, peccabo & reſipiſcam, peccabo & reſipiſcam, non ſuppeditant in manum ejus ut reſipiſcat. peccabo & dies expiationis expiabit, dies expiationis non expiat.*

(1) Innumera propemodum ejuſmodi ſunt, quæ ab eiſdem peti poſſunt, ad intelligenda illuſtrandaque veneranda antiquitatis Euchologia, Patrum ſcripta, Conciliorumque Decreta peropportuna; ut ſumma commendatione dignum exiſtimem Virum Cl. D. Jo. Andream Iricum Canonicum & Ambroſianæ Bibliothecæ Doctorem, qui vetuſtiſſimi Ambroſiani Ritus Originem inveſtigandam, ejuſque explicationem edendam aggreſſus, Judæorum inſtituta præſertim explorat, ut rem ſuam certe quidem mirifice colluſtrat.

(d) *Miſchna Tract. Joma c. 8. n. 8. & 9.* (e) Eodem n. 9.

ſcenda cognitione impigre ſe ac naviter exercuerint. Tunc etenim vero cum æquius valebunt de Ritibus aptiuſque diſſerere (1), *tum plurium etiam Ceremoniarum Rituumque uſum, cujuſmodi apud nos eſt, non ab Antichriſto (quod Heretici ſomniant* (*) *) profectum oſtendent, ſed ab Apo-*

(1) Nonnulli oppido ceteroquin docti, a quibus nominandis ſuperſedeo, res iſtas ex ſuorum duntaxat temporum, ac locorum inſtitutis moribuſque metientes, facile nimis quicquid ab ea, quam videbant, Latinæ Eccleſiæ conſuetudine vel minimum recedebat, immutandum ac damnandum ſenſere. Qui ſi communem omnium ſeculorum aliarumque Gentium traditionem explorare habuiſſent, a quibuſdam ſibi, ut opinor, cenſoriis notis, ac ſententiis temperaſſent; quibus immerito non Orientales tantum Eccleſias quæ ſuperſunt, ſed antiquas communis traditionis teſtes ſimul involvunt.

(*) Nonnulli jampridem quum a Romana Eccleſia Catholicæ unitatis centro deſciviſſent, Pontificem Romanum Antichriſtum eſſe a Paulo ac Joanne prædictum nefarie pronuntiarunt. Eos autem exceperunt Lutherus, Calvinus, Marloratus, Tilmannus Heshuſius, Lambertus Danæus, rurſumque inter alios Creſpinus, Joſephus Medus, & Jurius. Quumque Antichriſti Regnum ex Apocalypſi non recte intellecta, annorum 1260. arbitrentur, initium ortumque ejus modo in Gregorio Magno, tum in Leone I. Sanctiſſimis Pontificibus ſtatuerunt, eo quod illorum ætate invecta ſint, inquiunt, multa quæ in *Liturgiis* habeantur idololatriæ plena quoad Euchariſtiam, Cultum Sanctorum, & Reliquiarum, atque id genus. Quam impie adverſo ac ignoranter effutiant, ex Orientalium Codicibus potiſſimum demonſtratur; de quibus infra diſtinctius.

Apoſtolis eorumque Succeſſoribus ubique una cum Eccleſia plantatum inoleviſſe, fuiſſeque ad poſteros unanimi religione propagatum (1). *Ut autem res ejuſmodi recte ac feliciter pertractentur, Linguas eas, quibus iſta traduntur, callere magnopere quidem refert: quo enim quemque, earum peritia præſtitiſſe, neque in Verſionibus tantum* (2), *ſed in pluribus Codi-*

(1) Juxta præclaram, eamque optimam D. Auguſtini Regulam (*lib. 4. contra Donatiſtas*) Quod univerſa tenet Eccleſia, nec Conciliis inſtitutum, ſed ſemper retentum eſt, non niſi authoritate Apoſtolica traditum rectiſſime creditur. Porro ſi omnes Gentium omnium *Liturgias* accurate ſpectemus, eas certe conſentientes conſpicimus tum in iis, ſine quibus Sacrificii ratio non ſubſiſteret, tum etiam in multis, quæ ad Sacrificii integritatem non ſpectant. Et quanquam alibi variæ quædam ceremoniarum formæ obſerventur, eadem tamen ubique deprehenditur cultus ratio, idemque ſenſus; idque etiam apud Græcos illos & Syros, qui a noſtra communione receſſerunt. In quibus tamen illa fecerimus, quæ ſecundum propriæ Sectarum teſſeras, novisque rebus ſtudentes poſtmodum admiſerunt, in quibus eoſdem pariter novitatis ac defectionis ex priſcis eorundem libris convincimus.

(2) Satis jam ſuperius dixiſſe videmur de illorum tenuitate, qui ex Linguarum ignoratione, propria Scriptorum verba perpendere non valentes ſolis ſe interpretationibus credunt. Eiſdem autem, ſi in hac re exercere ſe velint, contingit multorum quidem cognitione deſtitui, tum quia non pauca, quæ in latinum ſermo-

Codicibus originariis conſulendis expendendiſque verſatum eſſe cognovimus, tanto a lapſibus abfuiſſe, graviora etiam ſolidioraque protuliſſe (1).

XXXVII.

ſermonem converſa non ſunt, ἀδίδακτα & Inconſulta prætereant; tum quod in iis quæ fuerunt interpretata non ſemel allucinentur, & propter interpretum lapſus, & quod interdum eorum ſenſum mentemque non aſſequantur (a), deque illis Renaudotius „ Statim, inquit (b), atque Liturgias attentius expendere cœpimus, obſervavimus eos, qui illas non niſi in Verſionibus legerant, de illis nullatenus debuiſſe judicare „

(1) Res Liturgica Orientalis ad hanc uſque diem procul dubio jaceret in tenebris, niſi viri earum Literarum cultores pro ſuis eam quiſque viribus atque opportunitatibus colluſtraſſent. Græcam quod attinet, Ambroſius Pelargus Ord. Præd Chryſoſtomi Liturgiam primus interpretatus eſt (c). Eandem etiam Eraſmus ex alio Codice latinitate donavit. Alii etiam, ut Georgius Caſſander, Claudius Sanctesius, Leo Allatius nonnihil laude dignum præſtiterunt. Sed plurima adhuc deſiderabantur. „ Tandem prodiit an. 1647 (Renaudotii verbis utor *) opus inſigne „ Jacobi Goarii ex Ordine Dominicano Viri doctiſſimi, quo Græcorum Euchologium illuſtravit, & Latine verſum egregio commentario explicavit, in quo Baſilii, Chryſoſtomique Liturgias, „ omniaque ad ritus Eucharisticos ſpectantia, quæ obſcuriſſima „ erant, in magna luce collocavit, nihil adeo ut hoc in genere „ ætas noſtra viderit præſtantius „. It autem ſine Græcæ linguæ, qua egregie pollebat ſubſidio rem hanc eo certe non perduxiſſet: Neque enim illo deſtitutus, ſive Galliæ, Italiæque Bibliothecas perluſtrans, ſive in Græcia, in qua octennium verſatus eſt, detectis ac declinatis multorum allucinationibus, hodiernam Græcorum diſciplinam rite percipere, permultiſque antiquiſſimos

(a) De Interpretationum intelligendarum difficultate ſuperius diximus p. 115 *& ſeqq.* (b) *Præfat. in Tom. 1 Liturgiarum Orientalium Collect. Pariſ. 1716.* (c) De ſ. lla ſupra pag. 79 (*) *Laud. loco.*

XXXVII. Sed ab his ad illud jam præſidium commodumque conſiderandum properemus, quod Linguarum peritia Theologis fidei veritatem propugnantibus ſubminiſtrat. Id porro cuilibet veſtrum N. N. perſuaſum eſſe non dubito, ut, quum

guſſimos Codices accurate adeo perſcrutari, conferre inter ſe, explicareque valuiſſet. Ita & Vir immortalis nominis Angelus Maria Quirinus Ord. S. Bened. S. R. E. Card. non niſi ex inſigni græcæ linguæ peritia operam ſuam perdocte impendebat (a) conſilio quod cœperat Clemens XI. P. M., ut ad examen revocarentur libri, quibus Græci, aliæque Orientales nationes in propriis Eccleſiis rem divinam peragentes utuntur. Atque optime ille quidem, quod Leo Allatius etiam probaverat (b), & Laudatus Goar fuerat executus, cenſebat decere Græcorum fontes puriores, & integriores diligenter evolvere, ac perſcrutari, „ & expurgationem illam eorum veterum Codicum adjumento „ perfici, qui divinorum eorum officiorum candidam, ac primævam imaginem repræſentant „. Ex quo equidem, ut ipſe ſubdit, conſequebatur, ut „ iidem Codices cum impreſſis Exemplaribus comparati invectos in iſta a Schiſmaticis errores patefacerent, Græciſque etiam innoteſceret adeo longe Latinos abeſſe a „ præſcribendis Græcorum Rituum obſervantiis, ut non alias iiſ„ dem injungere in animo habeant, quam fontibus illis conſenta„ neas, quorum ſumma erat apud Græcos in decantandis divinis „ Laudibus authoritas, antequam Veneti & Valachienſes typis eiſ„ dem evulgandis inſudaſſent „ (c).

Neque aliter quaenam publici cultus ratio a ceteris Orientalibus obſervetur, certius noſtris innoteſcere cœpit atque conſtare,

(a) V. *Commentar. de rebus pertinentibus ad Ang. Mar. S. R. E. Card. Quirinum part.* 1. *lib.* 1. *cap.* 9. &c. (b) *Diſſert.* 1. & 2. *De libris Eccleſ. Græcorum.* (c) *Idem Quirinus laudato Cap.* 9.

quum Eccleſiæ hoſtes nobis impetendos proponimus, non contra fictos jam aut umbratiles, ſed contra eos, qui revera ejuſmodi ſunt, inſignes ac feroces, nervos intendere, vireſque exerere teneamur. Convictis profecto Atheorum primo, Deiſtarumque

ſtare, quam ubi eorum literis phraſibuſque accurate perceptis, plures ejuſmodi Codices diligenter perpenſi ſunt atque collati. Ut enim hoc loco nullam Heterodoxorum quorundam fidem in hiſce verſandis jam nihil moror, eam certe longe magis patefactam atque perſpicuam habuiſſemus in multis, ſi eorum quidem alii ejuſmodi literarum peritiores extitiſſent; aliorum autem ſolertiæ non obſtitiſſet plurium Codicum, qui ſibi conſulendi fuiſſent, defectus; nam quorundem profectum utraque ex cauſa in nonnullis aliquando retardatum conſpicimus. Quo ex numero vel Virum doctiſſimum Jo. Morinum excipere non poſſumus, cujus peritiæ atque authoritati nimium quidam interdum innixi, ipſi quoque non ſemel verſiones abſona conſcripſerunt (a). Quin & ipſe Euſebius Renaudotius vir cetéroquin de Liturgia Orientali præclare admodum meritus, qui certe Codicum inopia, ut multi ante ipſum, non laboravit (b), ipſe inquam a pluribus mendis immunis eſſe potuiſſet, ſi majorem ſibi in Linguis illis peritiam comparaſſet (c).

(a) Videri poteſt Cl. Joſeph Simonius Aſſemanus *Biblioth. Orient. tom. 3. p. 2. Cap. 12. § 1. Cap. 13. § 2. 4. & 7. &c.* (b) Ad manus ei fuerunt Codices Medicei, Colbertini, multique etiam Biblioth. Regiæ Pariſienſis, quorum inſignem etiam numerum in eam ex Ægypto jam advexerat Jo. Michael VVanſlebius O. P. Vir de Linguis, rebuſque Liturgicis Orientalibus meritiſſimus. (c) V. laud. Aſſeman. *Tom. 1. Cap. 27. Tom. 2. Cap. 31. &c.* Cl. Stephanus Evod. Aſſeman. *Biblioth. Medic. Laurent. & Palatinæ Codic. MSS. Orient. &c. Florentiæ 1742. in Præfat. &c.* ad num. 45. Doctiſſimus P. Petrus Benedetti Soc. Jeſu Syrus Maronita *Animadverſ. ad ipſa La Brunum & Renaudot. in Oper. Syro-Lat. S. Ephræm Syri.* Jo. Facundus Raulin Ord. Erem. S. Auguſt. *Hiſtor. Eccleſiæ Malabaricæ &c.* Romæ 1745. in *Præfat. &c.*

rumque deliriis , contra Judæos deinde pugnandum eſt , atque cum Hæreticis demum certamen fortius conſerendum . Id vero quibuſnam quæſo armis committendum cenſemus ? Iis ne quæ penes ipſos obtuſa ineptaque habeantur ? Profecto qui vel primoribus , ut dicitur , labris diſſerendi artem attigere , argumentationem ab iis , quæ adverſarii etiam admittant , non ab iis quæ inficientur , capiendam eſſe non ignorant . Jam vero quum horum nemo Vulgatæ Latinæ Editionis authoritatem probet recipiatve (1) *, ſed in Textibus*

V *pri-*

(1) Judæorum multi Vulgatæ Authorem מפרש טועה , & מתרגם לטועים *errantem* , & *errantium Interpretem* vocant . Novatorum autem non una de eadem ſententia eſt: nonnulli eam furore acti immoderatius inſectantur (a); docti ſſimi vero ipſorum , ut Theodorus Beza , Paulus Fagius , Caſaubonus , & Grotius tantum abſunt ab ejus contemptu , ut ſæpe plurimi ſe eam facere conceptis verbis teſtentur . Sed neque horum quiſquam pro Authentica ipſam habet . V. Brian. VValton . *Prolegom.* X. verſus finem .

(a) De his V. ſuperius pag. 87.

primigeniis veritatem quique inquirendam eſſe contendant ; ecquidnam e Vulgata Theologus , quanquam verum certumque , quod efficax tamen aptumque ſit ad expugnandum hoc hominum genus , deducere ſe & concludere poſſe confidat ? Novatores præterea quum priſcos Eccleſiæ Patres in eo quo conſcripſerunt idiomate verſandos aſſumant , alios eorum operam in eo poſuiſſe videmus , ut quæ Patrum in Fidei negotio mens ſit atque ſententia , fere ob Linguarum quibus utuntur difficultatem & locutionum obſcuritatem , aperiri poſſe inficientur ; eorumque proinde ſcripta ad fidem in hodiernis diſceptationibus faciendam inutiliter a noſtris in medium afferri concludunt (1) ; *Alii vero*

(1) Jo: Dallæus Calvinianus , quum veterum Patrum ſcriptis Sectæ ſuæ dogmata labefactari cognoſceret , Opus edidit , cui Titulus *De*

vero ex quadam Linguarum peritia illud inde ſibi nonnunquam adrogant ac volunt dari, ut in ejuſmodi Operum recenſione ac diſcuſſione judicium ſibi, ne dicam arbitrium relinquatur (1). *In hoc autem eo uſque progreſſos plures conſpicimus, ut modo quidem te-*

 mera-

De uſu Patrum ad ea definienda Religionis capita, quæ ſunt hodie controverſa. In quo, ut eorum uſum nobis adimat, inter alia conſtituit (a) „ non facile eſſe Patrum ſcripta intelligere
„ propter Linguas & idiotiſmos quibus utuntur „. Quod ſi quæ Sanctorum Patrum ſententia fuerit hodie certo & perſpicue conſtare non poſſit; „ nemo erit, inquit (b) vel tantillo in-
„ genio præditus, qui non ſtatim intelligat hanc diſputandi ra-
„ tionem, qua Romana Eccleſia hactenus uſa eſt, vanam eſſe
„ atque inefficacem, adeoque iſtis alio confugiendum eſſe, fir-
„ mioraque & aptiora argumenta conquirendo, ſi id quod cu-
„ piunt conficere velint, nempe vera eſſe, quæ nunc Proteſtan-
„ tes, vel negant, vel in dubium vocant „.

Ipſe vero interea dum Patrum uſum hac arte evertere ac deripere nobis geſtit, Græcæ Linguæ cognitione fretus Græcorum Patrum dicta perpendit; de ipſorum ſententia abſque hæſitatione pronunciat, Clamitq. noſtræ communionis Authores carpit, quod eadem ob laudatæ linguæ ignorationem non intellexerint.

(1) Eo titulo ita quidam eorum inflantur, ut ſe non tam earum callentiſſimos, ſed etiam divinos vocitent; ſeque ajunt ejuſmodi eſſe

merito queis doctior orbis
ſubmiſſis defert faſcibus imperium.

Videri poteſt Cl. Nicolai Serarii S. J. *Minerval*.

(a) *Lib.* 1 *cap.* 4 (b) *In Præfat.*

merario auſu legitimos vereque germanos Patrum fœtus crepantibus buccis exploſerint , modo nothos ac ab ſemetipſis doloſe cuſos eiſdem affinxerint . Interdum etiam non tam animi levitate quam pravitate , verbis , ſententiis , enarrationibus immerito prorſus rejectis ; nonnullis callide quandoque interſertis , ac immutatis , venerandæ antiquitatis ſcripta ſuis placitis adverſantia temerarunt (1) *: nullum denique immotum lapidem ſinunt , ut Sanctiſſimos Eccleſiæ Proceres juxta nova ſuorum commenta eloqui cogant , atque ab avitis inſtitutis Romanam Eccleſiam deflexiſſe commonſtrent . Ecquid jam vero (æquos vos compello judices N. N.) ecquid Theologus ad hæc ? Si Linguarum ignorantia præpeditus callidas*

(1) Adi ſis præſertim Bibliothecam Sanctam Sixti Senen. Ord. Prædic.

lidas eorum interpretationes depravationeſque non detegat, non arguat, non reprehendat? Si difficultatum cardines, ſi vel ratiunculas eorum ne quidem percipiens, cum ipſis tamen confligere non detrectet, nonne & cauſam prodet ſuam, & eorum ſe cachinnis ſannisque excipiendum propinabit? Sed ecquid, obſecro, Theologo qui Eccleſiæ miles eſt agendum cenſebitis, dum Adverſarii claſſicum perſonant, Fidei veritati bellum indicunt, eamque collatis viribus, omnique artis adhibito machinamento ſubvertere ac labefactare nituntur? Terga ne illi vertenda erunt, ſacraque munimenta diris inimicorum licentiis ac furoribus deſerenda? Strenui ne illum fidelisve militis partes obire judicaretis, qui Adverſariorum conatibus non obſiſteret, impetus non pro-

propulſaret , doloſque malos cavere ac eludere negligens & caſtra arceſque invadi , & pretioſa quæque vaſtari ac diripi æquo animo pateretur ? Præclarum ne vero ejuſmodi militem compellaretis ? Sed vereor ne, ſi amplius iſtud urgeam perſequarve , moleſta nimis hæc mea vobis evadat oratio, quorum mentibus animiſque gravem , eamque dignam Divi Petri Damiani ſententiam alte inſidere non dubito , „ inhoneſtum „ videlicet eſſe , ut Eccleſiaſticus Vir „ his , qui foris ſunt conticeſcat , & „ Chriſtianus de Chriſto reddere ratio„ nem neſciens , inimicis inſultantibus „ victus & confuſus abſcedat . Huc ac„ cedit quod ſæpe hujus rei noxia im„ peritia , & cavenda ſimplicitas non „ ſolum audaciam increduli ſuggerit , „ ſed etiam errorem & dubietatem in „ cor-

„ *cordibus Fidelium gignit* (1)„.

XXXVIII. *Theologus igitur, ſi proprii ſibi muneris functio ac dignitas cordi eſt, haudquaquam committat, ut præ deſidia cauſa cadat; curet imo per quam ſollicite ut doctum, non minus eo quod inimici ineunt, inſtitutum ſuſcipiat, valeatque eiſdem, quibus ipſi abuntur armis ſcite ac viriliter decertare. Ac re ipſa quidem ſi cum Judæis ſibi res fuerit, ubi Hebræum Scripturæ Textum verſare didicerit, Chaldaicas etiam Paraphraſes* (2), *vetereſque ipſorum Traditiones exploratas habuerit, in eorundem errores tunc, in figmenta, in effugia,*

(1) *In Opuſc. 2 Antil. contra Jud.* Vide ſis D. Auguſtinum, qui *lib.* 14. *de Trinit.* docet ejuſdem eſſe ſcire quemadmodum Fides Catholica & pius opituletur, & adverſus impios defendatur. Egregie etiam Melchior Canus *locorum Theolog. lib.* 8. *cap.* 2.: Si Scholæ „ Doctor, inquit, non poſſit docere fideles doctrinam ſanam, & „ eos qui ſanam non habent redarguere, apud vulgus Theologus „ eſſe aliquando poteſt, re vera nunquam erit„.

(2) De his V. Superius *pag.* 94. *& ſeq.*

fugia , quibus vehementer confidunt , quibuſque ſe victoriam conſecutos venditant , docte ac ſollerter inquirens , eorundem profecto refutationem facile poterit ſolideque , non jam acrem verberans , aggredi, ac lucubrare (1). *Eandem autem Judaicæ Literaturæ peritiam magno ſibi uſui etiam futuram Theologus ſentiet & ad variorum errorum origines*

1) Non pauca a Rabbinis excogitata deprehenduntur , ut & momenta , quibus a noſtris premuntur declinent , & ſuos in errore ac pertinacia arcte retineant atque confirment. Equidem Raymundus Martini O. P. aliiq., ut ſupra retulimus (a), certiſſimis argumentis, ipſorumque met Judæorum teſtimoniis commenta ejuſmodi perdocte ac valide refutarunt , ut qui eorum ſcripta ſcite probeque teneat , multum equidem teneat . Sed novis illi rurſum inſidiis ac dolis Religionis noſtræ veritatem adorti eam a ſe proſtratam jactare , ac epinicia canere non dubitarunt . Liquet id cum ex multis, tum vel ex Libro Rabbi Lipman nomen præferente (b) , eumdemque נצחון *Victoria* titulo donato, ceu præſentiſſimum ſic validiſſimumque ad triumphos de noſtris agendos indicium, & inſtrumentum, cujuſq. verba מיוסדים על ארני פז ſuper baſes auri ſolidiſſimi fundata ovantes ac præfidentes concele-

(a) *Pag. 61. & ſeq.* (b) Liber iſte Cl. Theodorici Hackſpan ſollertia e manibus Judæorum excuſſus fuit , editusque anno 1644, iuraque deinde Chriſtophori Wagenſeilii pluribus in locis emendatus. Hic correctiones adjectæ ſunt ad *Excerpta Gemar. Edit. Altdorfi Noricorum 1674.*

gines inveſtigandas & aperiendas (1)

X *atque*

celebrant (a). Quæ quam formidabilia non ſint iis, quos Sacra, & Arcana illorum non latent, ubi tamen ea Theologorum plures non norunt, Andabatarum ſæpe more contra ipſos minus feliciter pugnant. Hoc vero etiam perſpexerat laudatus Federicus Borromæus, eique plane qui contra Hebræos ſcribendum ſuſcipiat, cenſuit „ non inhærendum communi-
„ bus diſputationibus, reſponſionibuſve ac argumentis; cum ipſi
„ jam fallaci arte novas reſponſiones effinxerint, diſputationiſque
„ curſum impedire ſtuduerint, ſed ad eos ulterius accuſve con-
„ vincendos, & ad ultimas reſponſiones novis, rationibus refel-
„ lendas progrediendum „. Hoc vero & Linguarum ſtudio, & ſummorum Doctorum ſcriptis tum hujus, tum ſuperioris ætatis præſtandum merito etiam commonuit (b). Exemplo eſſe poteſt *Theologia Judæorum* Cl. Joſephi De Voiſin, quo de Opere recte quidem Cl. Petavius S. J. „ Diſcent, inquit (c), qui hæc
„ legere volent, quanta ad rem Catholicam tuendam & ornan-
„ dam adjumento Diſciplina iſta eſſe queat, ſi non minus pru-
„ denter quam erudite tractata fuerit: & non pauca meſſe iſthic
„ intelligent, quorum ne graves quidem & apprime pios Theo-
„ logos pœnitere debeat „.

(1) Confert non parum, tum ut veterum quorundam Hæreticorum hebraizantium placita ac momenta percipiantur facilius & ſubruantur; tum etiam ad Mahometanorum impoſturas clarius detegendas ac refutandas. Mahometus etenim non pauca quidem

(a) V. ejuſdem Theodorici Hackſpan *Præfat. ad Tract. De Scriptorum Judaicorum in Theologia uſu vario & multiplici*; in qua alia etiam Rabbinorum ſcripta eodem titulo inſignita cuncta morat; Atque editus poſtmodum quidem fuit ס' נצחון ישן נושן *Nizzachon vetus* ex MS. Bibliotheca Argentoratenſis, ſtylus vere quidem fatuus, a cujus impietate non procul abeunt qui adjecti ſunt libri חזוק אמונה & תולדות ישו

(b) *De Abſoluta Collegii Ambroſiani in Literis Inſtitut. lib.* 15.

(c) *In Epiſtola ad* Authorem præfixa laudato Operi edit. *Pariſ. Ann.* 1645.

atque ubi complures Novatorum eidem plu-

dem a Sacris Literis atque ex Hæreticorum mendaciis hauſit; plurima vero etiam eundem a Judæis accepiſſe, præterquam quod alim traditum eſt (a), certo etiam cognoſcimus, ubi Alcoranum cum Talmudiſtarum fabellis conferimus (b). Veruntamen dum Mohammadicæ doctrinæ confutationem tanquam Theologo dignam commendamus, non abs re erit pauca quædam de hoc argumento ſubtexere.

Plures quippe non ſemel offendimus, qui quamcumque ſcriptionem atque exercitationem adverſus Mahometanorum errores, uti prolubium ſupervacaneum habent hominum intemperanter abutentium & otio & literis. Quum etenim, inquiunt, ſectæ hujus abſurditates adeo craſſæ patenteſque ſint, ut vel ipſo naturæ lumine ſtatim a quolibet agnoſcantur, nihil equidem attinet ut quis earundem confutationem ſuſcipiat. Accedit autem, ſubjiciunt, quod homines illi a ſtudiis prorſus abhorreant, ſanctumque apud eoſdem eſt, ut Religionis ſuæ dogmata non ullo argumentorum pondere, ſed acinace tueantur; ita ut quicquid jam ad eos refellendos elabores ac proferas, perinde ſane eſt atque ὡς ἄλλας τὰς μαργαρίτας ἔμπροσθεν τῶν χοίρων.

Sed legenda primo quidem fuiſſent illa ac percipienda quæ S. Petrus Mauritius Abbas Cluniacenſis IX hac ipſa de re jamdudum conſcripſit (c). Fuſe videlicet ipſe probat decere Chriſti Eccleſiam ut Mahometanorum etiam Doctrina valide refutetur; perdite licet illius ſectatoribus confutatio iſthæc profutura non videretur. Atque inter alia multa, Doctorum virorum eſſe, inquit juxta

(a) Videri poſſunt Anaſtaſ. Bibliothecarius, Petrus Alphonſus, aliique e Chriſtianis. Idemque etiam colligitur ex iis quæ Arabes Meccani ipſimet Mahometo objectabant. V. Sur. 16. §. 103. Sur. 25 §. 4. & 5 & quæ in hæc loca habent Gelaleddinus, & Mahmud filius Omar, vulgo Zamchaſcharius primarii Alcorani interpretes. (b) V. Cl. VVidmanſtadium in Not. ad Theologiam Mahom. & Epitom. Alcorani. Theodoricum Hackſpan in Opere cui ſolii ... eſt De uſu Scriptorum Judæorum in accuratiore AlKorani tractatione & dijudicatione dogmatum, & praeſertim Cl. Ludovicum Maraccium Cler. Regul. Congreg. Matris Dei tum in Prodromo, tum in Refutatione Alcorani. (c) V. Epiſtolarum lib. 4 Epiſt. 17 ad S. Bernard. Ex Summula contra Hæreſes, & Sectam Diabolicæ fraudis Saracenorum.

plurimum incumbentium conatus infrin-
X 2 *gere*

juxta Apoſtolum, omnem ſcientiam extollentem ſe adverſus altitudinem Dei, omni ſtudio, verbo & ſcripto impugnare, deſtruere, conculcare. Ut ea confutaretur non mediocrem ſe operam impendiſſe recenſet, Patrum morem ſequens, inquit „ qui
„ nullam unquam ſuorum temporum vel leviſſimam Hæreſim ſi-
„ lendo præterierunt, quin ei totis viribus reſiſterent, & ſcriptis ac
„ diſputationibus eſſe deteſtandam, ac damnabilem demonſtrarent „.
Ad hæc verò, qui Alcoranum nugarorum quid putant abſurda ac delira mente conſarcinatum, deridendumque vel contemnendum, non propoſitis argumentis aut ullo ſtudio refellendum cenſuerunt, ſciant quidem non ſatis ſe in illius cognitione verſari. Ea ſiquidem præfert, quæ primo intuitu naturæ legi ac lomini conſentanea eſſe videntur, cum amotis atque emendatis iis, quæ in Chriſtiana Religione vel factu vel ad credendum nimis ardua prima fronte cenſeri ſolent; quicquid jam in ipſo plauſibile reperitur, adoptat ac tenet: Falſitatem autem atque impietatem ita ſub quadam veritatis ac pietatis larva tegit, & inſinuat, ut ſimpliciores ac imperiti facilius ſeducantur & involvantur. Atque hinc quidem tam multi non Ethnicorum modo, ſed Judæorum etiam & Chriſtianorum ad Mahometanam perfidiam dilapſi ſunt. Præſtat ergo, ut jure quidem inquit laudatus S. Petrus Mauritius „ ut ſicut lethali tuorum hujus peſte di-
„ midius pene orbis infectus agnoſcitur, ita quam ſit execrandus
„ & conculcandus, detecta ejus ſtultitia & turpitudine a naſcen-
„ tibus agnoſcatur „. Quod ad rem noſtram non parum refert, tum ut plures inde præmuniti non ita quidem capiantur ac ruant, cum etiam ut illi qui tam fœdo verſantur in cœno, rem agnoſcant & reſipiſcant.
Aſt, poſtremum iſtud quod attinet, non niſi inanibus cogitationibus animos nos paſcere ajunt illi qui ſtudia iſta faſtidiunt, quique ideirco aliam quodcumque ſtudium contra Mahometanos a Theologis prætermittendum pronunciant, eo quod & ipſi ſtudia penitus averſantur, & noſtris accidere nuſquam poſſit, ut doctum cum eis de rebus Religionis ſermonem conferant. Quæ quidem dictitantes produnt plane falſo ſe errore deceptos ejuſcemodi voces fundere. Atque equidem licet alicubi Mahometani in littera-
ram

gere velit , multaque Romanæ Ec-
cleſiæ

rum ſtudiis parum incumbant, non tamen ubique ab eis fuerunt, nec ſunt uſquequaque neglecta, vel propter Religioni contraria exiſtimantur. Teſtatur graviſſimæ auctoritatis vir Joſeph Simonius Aſſemanus Syrus Maronita, qui Ægyptum luſtravit, in Urbe Cairo multa excolendis literis Gymnaſia ſpectari: „ Magnificum autem, inquit (a), præ ceteris æque Doctorum, Auditorumque frequentia celeberrimum eſt, quod *Azhar* Arabes appellant, ab Almoëzo Chalipha conditum. Magiſtrorum numerus quinquaginta, Scholaſticorum vero tredecim millia excedere creditur „.

Animadvertendum porro etiam quod varie inter ſe ipſi ſcinduntur; nec de privatis tantum eorum diſcrepantibus dogmatis invicem diſputant, ſed contra Chriſtianos etiam, atque etiam ſtilum acuunt. Ac Sacrarum quidem Scripturarum teſtimonia, (quas amplectendas pendendaſque Mahumetus ipſe non ſemel præcipit *) & propriam Religionem tuiari, & Chriſtianam oppugnare nituntur. Inſpiciantur inter alia quæ ſcripſerunt Ahmed filius Zin Perſa Aſphakenſis, Ahmed Thelabienſis, Author libri De Confirmatione Religionis, Galaleddinus, Zamchaſcherius; celebriſque eſt Ahmed filius Abdolhalimi, qui affirmare non metuit, pluſquam centum loca in utroque Teſtamento inveniri, quæ de Mahumeti adventu, deque illius Secta loquantur.

Neque vero etiam, quod quidam putant, impoſſibile factu eſt, ut quis de Religione cum ipſis agat; quum id paſſim, vel in ipſorum quidem Regionibus, Chriſtianis eveniat cum iis qui-buſcum familiaritatem contraxerint, & quidem impune, modo tamen publice iſtud non fiat (alicubi autem publice etiam permittitur) & extra omnem in Mahumetum & Alkoranum injuriam: Ipſimet quippe a natura ita ſunt comparati, ut cum noſtris verſantes ultro curioſeque quæ ſint Religionis noſtræ momenta perquirant, qua occaſione arrepta veritatis eiſdem monſtrandæ aditus omnis patet (b). Ac ſæpe quidem numero ejuſ-modi

(a) In Præf. Operis num. xi. (*) Sur. 2. § 137. Sur. 2. § 83. Sur. 5. § 51. & 54.
(b) Vis Librum italice inſcriptum *Teatro della Turchia*, editum ſub nomine Michaelis Febure cap. 1. art. 12. & 13., ubi Author oculatus illiusmorum teſtis modos proponit ad id feliciter ineundum accomodatos.

Digitized by Google

cleſiæ dogmata & inſtituta ſollicite cupiat comprobare (1).

XXXIX.

modi colloquia docte ac prudenter inſtituta fructu non carent: Et ſi nihil aliud inde quiſpiam referret, quam ut illi de rebus noſtris melius ſentirent, de ſuis hæſitarent, non mediocre lucrum eſſet exiſtimandum (2).

— Ut autem ipſos oppugnaturi, felices exitus habeamus, eorum profecto doctrinam, latebras & argumenta ſcite perſcrutemur & calleamus oportet: Nonnulli etenim qui contra Alkoranum ſcripſere, vel falſa crimina obiicientes, vel vera prætermittentes, Mahumetanos in errore ſuo non parum confirmaverunt. Quam equidem ob rem cum Arabicam quidem linguam, qua ipſorum documenta fere extantur, tenere, tum Judæorum etiam ſcriptiones (quod propoſuimus) evolviſſe conducit. Præſtat quippe ut in eo, quod innuimus, quam maxime inſiſtamus, ut Mahumetum ſcilicet plagiarium vere, impoſtoremque fuiſſe demonſtremus. Quum etenim ipſi, quod ſceleroſus ens Veterator credendum propinavit, ſe videlicet Alkoranum a Deo per Gabrielem accepiſſe, miſere ſorbeant, concoquantque; hanc ejus impoſturam tum plane detegimus, & explodimus, quum unde impiam farraginem illam derivaverit liquido commonſtramus.

(1) Quicumque Novatorum Libros percurrit, paſſim videt qualem ipſi quantamque operam dent, ut cum è Textibus Originariis, tum ex aliis Judæorum ſcriptis aliquid eruant, quod eorum propugnandæ ſententiæ, noſtræque impetendæ conducere videatur. Quam quidem diſputandi rationem magni adeo faciunt ac curant, ut ſi quis eam comprobari deteſtet, eum ut ignorantem & a veritate inquirenda aſſequendaque alienum averſumque damnent ac deſpiciantur. Spectari inter multos poſſunt Sixtinus Amama, Io. Henr. Hottingerus, atque etiam memoratus Theodoricus Hackſpan Saxo Lutheranus Vir procul dubio

(2) Ita quidem ſentit laud. Ludovicus Marraccius Vir in hoc argumento egregie verſatus.

XXXIX. Quod ſi etiam aliarum Orientalium Linguarum, Græcæ præſertim ac Syriacæ vim, ac genium callueꝛit, quibus tot Veterum Scripta ac Monumenta (1), *maxime vero tot Patrum Opera* (2), *& publica Eccleſiarum*

dubio eruditus, qui in hoc data opera inſiſtit; allatiſque ſpeciminibus, quibus noſtrorum Dogmatum veritatem infirmare & quætere ſibi perſuadet, ſuos ad ejuſmodi inſtitutum perſequendum adhortatur (a). Ut apte jam vero Theologus cum ejuſcemodi hominibus congrediatur, præſtat certe quidem, ut eum in modum ſit comparatus, quo valeant ea quæ ab ipſis ob jiciuntur percipere, quanti quæque facienda ſint probe ſecernere, rieque perpendere ac demonſtrare jure ne an perperam ea, quæ ipſi jactitant, inferantur. Haud parum vero etiam conferret, ſi Judæorum callens doctrinas deprehenderet, oſtenderetque e priſco etiam iſtorum conſenſu, qui tanti penduntur ab Adverſariis, non ſuorum certe placita, ſed Eccleſiæ noſtræ dogmata conſtabiliri. Res porro uno alteroque Exemplo clarior fiet; quæ ne plus nimio fuſi hoc loco videamur, ad calcem commodius exhibebuntur.

(1) Theologi gnari ac prudentes Eccleſiaſticos equidem Authores potiſſimum conſulere norunt; ſed ex Ethnicorum etiam Scriptoribus, Lapidibus, Numiſmatibus plura ſæpe numero, & quidem non vulgaria in rem ſuam derivant.

(2) Operum a Græcis Patribus exaratorum ingentem numerum ſuperiſſe plures non ignorant: multa vero etiam extare ſciant a Syris Patribus elucubrata (a), in quorum quidem Eccleſia Studio.

(a) In Opere citato *De Scriptorum Judæorum in Theologia uſu vero & multiplici.* (b) Scholas Syriacas Arabicæ eruditionis mirum in modum auctas ad duodecimum uſque Seculum floruiſſe oſtendit. Gregorius Bar Hebræus Abul-

rum Documenta longe graviſſima (1) *exarata ſunt , cenſoriam in his quidem Adverſariorum virgam non pertimeſcet , nec ſibi fucum facere ullatenus ſinet ; ſed rectam ipſemet ſolidamque* CRITICEN *exercebit . Ac doctrina quidem , fide ,* &

Studiorum exercitia plurimum viguere (a). Novatores porro aliquando Patrum authoritatem ſuſque adeo reſpuebant (b), ut quum illam, optimo quamquam jure, contra ipſos urgerent Catholici; inde tamen non adeo corripi atque expugnari ſibi videri vellent: nunc vero qui meliores apud eos judices ſunt, illorum præſertim Patrum, qui primis Eccleſiæ ſeculis floruerunt, authoritatem non ita quidem rejiciunt, at id tamen incumbunt, ut illorum ſententias quanta valent eruditionis copia diſtorqueant, & invertant.

(a) Veterum præſertim Liturgiarum authoritas magni omnino facienda eſt: „ Sunt enim, ut præclare inquit Renaudotius (c), „ non unius, quantumvis magni Doctoris voces & verba, ſed Ec- „ cleſiarum, quæ eum unanimi conſenſu eam Sacrorum formam „ receperunt, probaverunt „. Eis jam pridem contra ſui temporis Novatores Cœleſtinus I. utendum quam maxime judicavit ſcribens (d) „ Obſecrationum Sacerdotalium Sacramenta reſpiciamus, quæ ab Apoſtolis tradita in toto Mundo, atque in omni Ca-

Abulpharagius in Hiſtoria Dynaſtiarum. Præter autem Volumina typis evulgata, Vid. Biblioth. Orient. edita ab Eruditiſſimo Joſepho Simon. Aſſemanno Viro de Repub. Literaria, deque Eccleſia optime merito.

(a) De Syriacarum Scholarum celebritate Vid. Junilius African. in *Præfat. ad Librum de partibus Divinæ Legis*. Caſſiodorus *Præfat. ad lib. 1. De Divin. Lection.* Aliique apud laud. Aſſemanum *Biblioth. Or. tom. 3. parte 2. cap. xv §. 2.* (b) Superius (pag. 67.) illorum ſententiam notavimus, qui ſpreta Patrum authoritate ad ſolius S. Scripturæ documenta confugerant. (c) *Differt. De Liturgiarum Orientalium Origine & Authoritate cap. 7.* (d)

& integritate vera a falſis, temerata ab incorruptis ſecernet, genuina ſuis aſſeret ac vindicabit Authoribus; quæque temere quibuſdam operibus aſſuta fuerunt expunget, & quæ ab eiſdem perperam detruncata cognorit reſtituet (1). *Innumera porro quidem percipiet, quibus & Eccleſiarum illuſtratur*

„ Catholica Eccleſia uniformiter celebrantur, ut legem credendi
„ lex ſtatuat ſupplicandi „. Ita & Auguſtinus, aliique eaſdem tanquam Eccleſiæ voce ſanam doctrinam confirmaverunt. Id vero etiam præſeferunt commodi, quod veritas, cum clare inibi audeque proponatur, facilius ex ipſis certiuſque colligitur. Quanquam enim in Patrum Operibus, quum oratione quædam dixerint, obſcura nonnulla interdum occurrant, in Liturgicis tamen precibus nullus Rhetoricis translationibus, amplificationibus, ὑπερβολαῖς, aut ἀντιθέσεσι locus eſt. Quum etenim Plebis captui illas audientis, & ſuas in reſpondendo partes etiam habentis accomodatæ ſint, ea ſimplicitate gaudent ac præſtant, ut nullatenus ſetant in aliam ab eo, quem verba proprie ſignificant, ſenſum (quod Hæretici cuperent) detorqueri. Porro his probe ſciteque verſandis tum Græca præſertim & Syriaca Scripta conducunt, tum ſæpenumero quidem confert ſi Arabica etiam, Æthiopica, & Coptica conſulantur. Eo autem magis ad hæc ſtudia incendi debent noſtri Theologi, quo ea nunc maxime callide infra cernimus ab Adverſariis: Hoc autem ex allatis infra exemplis clarius patebit.

(1) Hinc adeo variæ atque inter ſe diſcrepantes eorundem Operum Editiones identidem occurrunt. Alia etenim quorundam opera prodierunt, quæ doloſis ea interpolationibus, ac verſionibus adulte-

ſtratur Hiſtoria (1), & *luce meridiana clarius demonſtratur fruſtra Sectarios ad errorum ſuorum præſidium*

adulterarunt. Alii autem aliis curantibus ut illis veræ lectiones, ſinceroque auctorum ſenſus redderentur. Veruntamen mendorum non pauca ex ignorantia atque imperitia proficiſcuntur. Nonnulla quidem ſæpe Interpretes ac Editores licet doctiſſimos fugiunt; homines videlicet ſunt, multaque humana parum cavet natura, atque

opere in longo fas eſt obrepere ſomnum.

Ab exemplis afferendis ejuſcemodi lapſuum abſtineo: ſunt enim propemodum innumeri, & non pauci quidem a nonnullis etiam admiſſi, qui ut nuperi, ita ab omni labe immunes a quibuſdam exiſtimantur. Quocirca, ut prudenter agamus, aliorum oculis non ſemper fidendum; & quando alicujus rei deciſio ex unius alteriuſve textus intelligentia pendet, nimium intereſt fontes adire, ſeriaque uti penſitatione.

(1) Si Græcæ Linguæ ſtudium ad Hiſtoriam Humanam commendavimus (a), maxime id vero ubi de Eccleſiaſtica Hiſtoria rite percipienda atque adornanda tractetur, depoſcemus. Neminem enim vero vel leviter eruditum latet quam multa, & quam magna hac in re a Græcia petenda nobis ſint. Quum ſcilicet votum Eccleſia longe lateque ſe ſe diffuderit ac efflorerit, res apud ipſos geſtæ inſignem Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ partem conſtituunt. Porro & ipſi ii ſunt, qui præ aliis illuſtria non tam ſuorum, quam ceterorum etiam Fidelium acta ſedulo pervestigarunt, ſcriptiſque conſignata ad nos tranſmiſerunt. Clara ſunt nomina Euſebii Pamphili, *Socratis*, Theodoreti, *Sozomeni*, Evagrii: Innumera pene ſunt quæ in Clemente Alexandrino, in pluribus Apologiis, Epiſtolis, totque aliis Græca Lingua exaratis Operibus ſe ſe offerunt, ex quibus Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ cum rerum copia, tum dignitas gravitaſque oppido ſingularis accedit. Ad hæc non pauca etiam nobis ſuppeditantur

a Syris

(a) *pag.* 33, *& ſeqq.*

Orientalium Fidelium ſententias detorquere, prorſuſque temere venditare priſcam illorum fidem ſuis Proteſtantium placitis conſonare (1). Creberrima

a Syris, quorum Eccleſia quam antiquiſſima ſit (a), atque ample quidem viguerit, multos etiam tulit, qui in rebus ſuis deſcribendis diligenter verſati ſunt. Ab illius Gentis Scriptoribus præſertim ea petenda ſunt, quæ ſpectant Monophyſitarum, Neſtorianorum, atque Monothelitarum originem, errores, progreſſus, indicta Religioni bella, quæ totam Aſiam, Ægyptum atque Æthiopiam diu vexarunt, laboreſque pro Religione aut adverſus eam ſuſceptos. Quin & multæ ex antiquiſſimis illorum Operibus deprehenduntur celeberrimorum alioqui Scriptorum allucinationes tum circa Chronologiam, & Topographiam, tum circa nomina Virorum, & quod magis eſt circa etiam res geſtas, circa laudes, vel vitia immerito tributa aut denegata. Vide ſis *Biblioth. Orient.* Joſephi Simonii Aſſemani.

(1) Solemne jam Sectariis eſt fidenter dictitare, ſcriptiſque etiam typis commiſſis evulgare Orientales quidem ſecum in Dogmatibus, in Sacramentorum numero, aliiſque inſtitutis concordes plane deprehendi; Romanamque proinde Eccleſiam aliter ſentientem inconſtantiæ, mutabilitatis, ac ſuperſtitionum plenam e priſca veraque fide turpiter defeciſſe. Ita inter alios David Chytræus, Claudius Caſtentenſis, Rivetus, Kohlius. Jobus Ludolphus etiam in Hiſtoria Æthiopica, & in ſuis ad eam Commentariis plura Æthiopum ſcripta ita vertit, & commentatus eſt, ut ſuis Proteſtantibus adverſus nos arma ſubminiſtraverit.

Ex

(a) Quicquid enim de Epiſtolis Abgari ad Chriſtum, Chriſtique ad Abgarum Græcis ſentire lubeat, omnium ſane Orientalium ea conſtans eſt, ratumque habens Euſeb. Cæſarienſis *Hiſt. l. 1. c. 13*, Hieronymum in *cap. x Matthæi*, aliique Thaddæum ſive Addeum vel Apoſtolum, vel Diſcipulum Chriſti unum poſt ejuſdem in Cœlum aſcenſum ad Abgarum Edeſſæ Toparcham profectum fuiſſe, ipſumque ac Populum Meſopotamenum in Fide Chriſtiana inſtituiſſe.

rima denique Adverſariorum tela grammaticis

y 2

Ex eo potiſſimum Jo: Gottfr. Oertelius Opellam ſuam conflavit, cui titulus *Theologia Æthiopum ex Liturgiis, Fides Confeſſionibus &c. congeſta*. Witembergæ 1746. De hac autem loquens Chriſtianus Sigismundus Georgius inter alia hæc habet (a) „ Hæc ſi paulo altius expendamus, noſtræ profecto Eccleſiæ Lutheranæ, cum qua illi eadem [illegible] perſentiunt, magno eſſe debent ſolatio, quod tot hic veritatis teſtes invenerit „. Sed ea quoque obſerventur quæ audet Crozius de Neſtorianis in Malabaria degentibus ſcribere (b) „ Nos hic, inquit (*), antiquiſſimam Eccleſiam deprehendimus, cujus dogmata fere omnia cum iis conveniunt quæ reformata religio profitetur. Chriſtiani Orientales, qui Neſtorianorum nomine noſcuntur, a quinto jam ſeculo ab omnium aliorum ſocietate ſejuncti, cuique Patriarchæ ſubjecti, qui nec Romano Imperio obnoxius eſt, nec ullum cum eo commercium habet, aut linguam ejus vel authores novit, eadem quæ nos Sacramenta admittunt: negant plane tranſubſtantiationem ac realem præſentiam: averſantur Immaginum cultum; ignorant doctrinam Purgatorii, Romanaſque Traditiones fere omnes, quæ a Proteſtantibus rejiciuntur. Facti certe eſt, quod falſitatis ſimulandi nullus eſt modus. „ Tum vero laudatis documentis pro aſſerti ſui probatione congeſtis, ita in Renaudotium invehitur: „ Audaciſſimæ temeritatis, & inexcuſabilis præjudicii proculdubio evincitur Abbas Renaudotius, quum affirmat Neſtorianos eadem circa Euchariſtiam cum propria Eccleſia ſentire. Contrarium evidenter probant Acta Synodi Diamperienſis, & Eccleſiaſtici eorum Populorum libri. Idem dicendum de Sacramentis, quæ iſte Abbas enumerationi Eccleſiæ Romanæ per totum Orientem eſſe conformia ſupponit. Equidem ſinceritatem pudoremque exuat oportet, qui id de Neſtoriana Eccleſia velit aſſerere. Hæc enim, ut vidimus, neque Confeſſionem agnoſcebat, neque Confirmationem, aut Extremam Unctionem: Et Matrimonium quoque a numero Sacramentorum prorſus excludebat „.

Quæ

(a) In Operis Commendatione eidem præmiſſa. (b) M. V. La Croze *Hiſtoire du Chriſtianiſme des Indes*. Haye 1724. (*) pag. 341. & 342.

*maticis plerumque cavillationibus exa-
cuta*

Quæ dum ſic effunduntur, non tantum ſuis, qui magnis iſthæc excipiunt plauſibus, ſed nonnullis etiam ex Catholicis fucum faciunt; ut inter hos etiam non defuerint, qui fruſtra laborari in conciliandā Orientalium doctrinā cum noſtra exiſtimaverint. Sed res longe alia deprehenditur, ubi ea opportunarum Linguarum ſubſidio diligenter explorátur, atque perpenditur. Hoc feliciter præſtitit adverſus Crozium Vir doctiſſimus atque graviſſimus Joſeph Simonius Aſſemanus etſi jam ſæpe, nunquam tamen ſatis laudatus. Animadvertit is I. veterem veramque earum rerum Fidem non eſſe penſandam ex iis, quæ Neſtoriani illi docerent maxime Seculo XVI. ſed ex iis, quæ ante Neſtorium tradita ſunt a Patribus Latinis quidem Græcis, ac Syris, a quibus contraria prorſus aſſeruntur iis, quæ ipſe Neſtorianis attribuit. II. Tum vero ea expendens quæ a Diamperienſibus Patribus deprehenſa feruntur Seculo XVI circa illorum fidem, quoad hæc jam neque cum Ricardo Simonio (a) Diamperientes Patres, & quotquot eam errorum copiam Neſtorianis adſcribunt, in facto erraſſe quoad omnes articulos cenſet, neque vero cum Crozio ab omnibus Neſtorianos illos erroribus abſolvendos pronunciat. Hoc autem admiſſo, nonnulla ſcilicet ex recenſitis a Crozio placitis apud eos invaluiſſe, inquirendum adhuc reſtat, quod rem plurimum etiam cauſamque continet, utrum videlicet placita illa, quæ Luſitani penes Neſtorianos Malabares invenerunt, Neſtorianorum Eccleſiæ placita reipſa ſint, quæ in ſuis primordiis tenuerit, quæque præterea ex Apoſtolica prædicatione, ac ſucceſſiva Paſtorum Doctorumque traditione pridem acceperit. Quod ſi ſemper res aliter ſe ſe haberet, ac placita illa cæteris Neſtorianis incognita, imo & nova apud ipſoſmet Neſtorianos Malabares deprehenderentur, jam tum quique videt quam perperam illa Crozio proferrentur, ubi de Antiqua, atq; Evangelica Fidei puritate indaganda ac dignoſcenda tractatur.

Quod cum Vir ſagaciſſimus recte animadverteret, tum ex quod earum Literarum ſubſidio inſtructiſſimus foret, ipſorum

luſtrare

(a) *Hiſtoire Critique de la Creance des Nations du Levant pag 113.*

cuta , aberrationibus doliſve detectis potenter obtundet (1) ; *veræque demum*

luſtrare ſcripta reique totius examen inire potis fuit : Conſultiſque illorum Patriarcharum Conſtitutionibus , Doctorum lucubrationibus , Libriſque Liturgicis palam fecit a Veteribus Neſtorianis Confirmationem (a) , Extremam Unctionem (b) , Confeſſionem (c) , & Matrimonium (d) pro Sacramentis haberi , Verum Chriſti Corpus in Euchariſtia firmiter credi (e) , Imaginum cultum propugnari (f) Purgatorium agnoſci (g) . Denique præter Pelagianum ac Neſtorianum errorem , quam tamen veritas Catholica longo intervallo antiquitate ſuperat , nullum eſſe in Secta Neſtoriana ab Orthodoxa fide alienum dogma , quod recens non ſit .

Hæc ille perſcrutatis , quemadmodum diximus , Syrorum Libris , eorumque doctrinis in medium adductis perquam evidenter probavit , atque dum intolerandam Adverſarii impudentiam , qui acriter adeo injuſtaque Renaudotium fugillaret , repreſſit , noſtræ quidem Fidei *Catholicitatem* quoad illa quoque capita vindicavit . Magnopere autem refert , ut Theologus eadem propugnaturus ab earundem Litterarum cognitione destitutus non ſit , ut quæ Author de Eccleſia meritiſſimus profert , & quam jure illa proferat aſſequatur ac teneat : Ea enim vero ac ſimilia verſare potens , Adverſarios mendacii quidem redarguere poterit atque compeſcere , ubi novis rurſum cavillationibus auſibuſque impetant veritatem . Hanc illi porro irrequieti obſcurare atque pervertere nunquam non tentant ; ut nimium experiamur in dies quam vere olim ſcripſerit Cyprianus (h) „ Alta & erecta eſt Hæreticorum cervix , nec quia cecidit inflexa eſt . Tumens animus , & ſuperbus , nec quia victus „ fractus eſt Jacens ſtantibus , & integris vulneratus minatur „ .

(1) Sette quidem Vir expertiſſimus Dionyſius Petavius S. J. De Linguis

(a) *Biblioth. Orient. Tom. 3. par. 2. cap.* VII § 10. (b) *ibidem* (c) *laud.* § 11. Atque apud ipſos quidem utriuſque Pœnitentiæ uſus conſtitit . Publicæ ſcilicet , ac privatæ , Confeſſionis nimirum auricularis . *Laudato cap.* § 11. (d) § 13. (e) § 22. (f) § 17. (g) § 16. (h) *De Lapſis*

apud nos Fidei perpetuitas ex antiquiſsima Orientalium nobiſcum in Doctrinis conformitate clarior certoque certior apparebit . (1)

XL.

Linguis ſcribeas ajebat (a) . „ Pluribus in locis neceſſaria eſt „ earum intelligentia . cum & ex vocibus perperam acceptis „ oriantur Hæreſes , & eiſdem melius expoſitis convincantur „ extinctæ „ .

(1) Quo ſane Orientalis Eccleſiæ inſtituta curatius veſtigantur , ſi æqua lance pendantur , eo illius cum noſtra conſenſio ſplendidius elucefcit . Quæ enim inde peculiariter hauriuntur , quæ non tantum noſtros comprobant ritus , antiquoſque ceremoniarum ſtabiliunt uſus , ſed & noſtram ſolide confirmant fidem . „ Non ita namque , præclare ajebat Vir expertiſſimus Jacobus „ Goar Ord. Prædicat. „ (b) . Non ita hæc ab illa , vel Orientalis Eccleſia noſtra diſcrepat (De primæva illius ætate , deque „ ſana quæ reſtat parte ſermonem habeo ,) ut ubique in iis quæ „ ad omnimodam Fidei unitatem pertinent , non conveniat cum „ ea , & ita conveniat , ut ſine vituperio poſſit ſimul in ritibus „ diſcrepare „ . Atque equidem non in recenſitis modo articulis a Grozio controverſis concordes nobiſcum deprehenduntur , verum & Crucis ſignum venerari , Sanctos eorumque Reliquias colere , illos invocare , præſcriptum ab Eccleſia Jejunium Quadrageſimæ aliaque Jejunia obſervare , pro Defunctis orare , aliaque multa : Porro licet ex iis ſint quæ expreſſe in Scripturis non præcipiuntur ; quia tamen per univerſam cuſtodiebantur Eccleſiam , non niſi ab Apoſtolis tradita , & commendata credenda ſunt (c) . Jam vero ea Proteſtantibus quam contraria ſint nemo non videt . Dum ego ea Sectarii averſantur , nos autem ſarta tecta ſervamus , Catholicos nos , ſe vero Novatores , ac transfugas noverint .

(a) *De Dogmat. Theolog. Prolegom. cap. 7. num. 2.* (b) *In Proœmio ad Euchelog. Græc.* (c) Ita præclare ſenſit Auguſtinus lib. 2. *De Bapt. contra Donatiſtas Cap. 7.*

XL. Quæ quum ita ſe habeant N. N. nihilo tamen minus quoſdam adhuc offendimus, qui quum nihil jam ſolidi reponere valeant, contentioſe pervicaciterque conclamant: An non Theologi magni atque nobiles extiterunt, qui omnino nullam haberent exterarum literarum notionem? Hi nihilominus tanta cum laude ſacram Doctrinam ſuis lucubrationibus expoſuerunt, ut univerſa Theologorum Reſpublica eos ſibi Magiſtros adſciverit; vigetque etiam nunc in Scholis eorum authoritas, atque ad longinqua omnino tempora perdurabit. Ab his Atheorum impietas refutata, convulſi Hæreticorum errores, Falſarum opinionum monſtra proſtrata, Orthodoxæ Fidei dogmata communita. Difficili in loco verſor N. N. eodemque graviſſimo, cujus ea vis eſt, ſi bene attendi-

attendimus , ut vel harum Literarum ſtudium Theologo haud neceſſarium debeam confiteri , vel eorum elevem Doctorum authoritatem , qui ultra latinas literas non ſunt progreſſi . Ego tamen ſententia non deſiſtam ; neque vero committam , ut quidquam ob Linguarum Orientalium ignorationem inſignibus Authoribus detrahatur . Quamobrem quidem jam moneo , ut probe , quæ fuerit inſtituti a me ſermonis ratio teneatur . Porro illud ipſe mihi nunquam perſuaſi , neque ulli perſuadendum conſtitui , earum Linguarum ſtudium ita eſſe Theologis neceſſarium , ut ſine ipſo proficere ne quidquam poſſint . Permulta ſunt equidem non inficior , quæ abſque externis literis a Theologo tractari queunt ; propterea mirandum non eſt , ſi abſque earum

peritia

peritia Viri ingenio ceterum ſcientiaque præditi (& magnis alioqui in extranearum dictionum ſignificationibus percipiendis inſumptis laboribus) plura ediderint Volumina , quibus immortalem ſibi gloriam pepererunt . Quandoquidem vero multa , eaque graviſſima etiam ſunt , quæ e primigeniis Bibliorum , Canonum , Liturgiarum , ſcriptorumque plurimorum Textibus pendent , iccirco quidem fatendum eſt , laudata a nobis ſtudia non eſſe a quopiam prætermittenda , qui Theologicam ſcientiam aveat ſuis expletam partibus poſſidere .

XLI. Atque hic equidem vellem , ut mecum quidam æquo animo conſiderarent , non ſolum quid veteres Magiſtri , ut de Theologia bene mererentur præſtiterint , verum etiam quid faciundum cenſuerint , ut majora Scientia

 hæc

hæc in dies caperet incrementa . Hoc autem plane cernimus eveniſſe , ut qui in adoleſcentia haſce literas imprudenter neglexerint , experientia poſtmodum doctiores effecti & ipſarum vim penduſque cognoverint , & ſedulam eiſdem operam navandam præſcripſerint . Nonne magnus Parens Auguſtinus , etſi adoleſcens in Hebræis , Græciſque codicibus intelligendis ac evolvendis non inſudarit ; eorum poſtea uſu momentoque comperto a Doctoribus Eccleſiaſticis terendos conſtituit ? Hæc inter alia ipſius verba ſunt (1) „ *Latinæ Linguæ ho-* „ *mines duabus aliis ad Scriptura-* „ *rum Divinarum cognitionem habent* „ *opus , Hebræa ſcilicet & Græca* „. *Nonne iiſdem temporibus , quibus Scholarum Duces , ut clare jam loquar ,*

B. Al-

(1) *Lib. 2. De Doctrina Chriſt. Cap. xi.*

B. Albertus Magnus , S. Thomas Aquinas , S. Bonaventura prodierunt , inter medios Theologiæ Scholaſticæ plauſus de adjungendo Orientalium Linguarum ſtudio deliberatum eſt ? Teſtem voco noſtrum Sanctum Raymundum de Pennafort Theologiæ , Juriſque Canonici ſcientia clariſſimum , qui Caſtella & Aragoniæ Regum impenſis hujuſmodi Scholas apud noſtram Familiam providenter inſtituit (1). *Teſtes Oecumenici Concilii Viennenſis Patres , qui quamvis*

Z 2 *per*

(1) Hujus rei mentio etiam fit in Bulla Clementis VIII. edita An. 1601. die 29. Aprilis , cujus initium *Romana Catholica Eccleſia* . Ubi etiam ſubjicitur eo conſilio ingentem Infidelium multitudinem Chriſtianam Religionem amplexam eſſe . Idem Studium in omnibus deinde Ordinis Præd. Provinciis inſtitutum fuit ; quamqua temporum injuria alicubi remiſſum eſſet , ſæpe in Generalibus Ordinis ejuſdem Comitiis de ejus inſtauratione mandatum eſt (a). Quod cum rurſum inculcaretur An. 1725. hæc ſubjecere (b). „ Docet quippe experientia excindam Linguarum cognitionem ad revincendos Hæreticos , qui eas maxime vocant in ſubſidium ſuum , pernеceſſariam eſſe „ . Atque etiam

(a) Hac de re fuſe agitur in *Bullario Ordinis Præd. Tom. VIII. Tract. De Conſenſu Bullarum* Tit. vi. Cap. v. (b) *In Capit. Gener. Bonon. Ordinat. V.*

per D. Thomam bene jam conſtitutam Theologiam viderent, nihilominus eaſdem Scholas in illuſtrioribus Academiis inſtituendas decreverunt (1). Recentiore item ætate Paulus V., & Urbanus VIII. illorum conſilium amplectendum duxerunt, idemque Studium Apoſtolica authoritate promovendum curarunt (2). Jam vero quid cenſemus Vete-

etiam cum ultimum convenere (An. 1749), de eodem ſtudio excolendo Patres quam maxime ſolliciti decreverunt. Qui autem tum ad Ordinis Magiſterium evectus fuit P. Antoninus Bremond Vir integritatis atque doctrinæ (quem ſummum jam obiiſſe diem dolemus) quod alias eo voto, ſibique etiam cordi erat, late jam propagandum curavit.

(1) Anno 1311. Vid. *Clementina I. De Magiſtris*.

(2) Paulus V. *in Conſtit.*, cujus initium, *Apoſtolicæ ſervitutis onere*, *edita an.* 1610. *die* 31. *Jul.* Paulus V. *in Conſtit. Quoniam a Concilio Viennenſi &c. edita an.* 1623. *die* 16. *Octobris*. Hi porro ut ingruentia Eccleſiæ mala depellerent, ejuſque bono ſollicite providerent, ſtudia hæc Regularibus validiſſimis Fidei defenſoribus potiſſimum commendarunt. Utque res ad optatum finem ſeliciter etiam perveniret, ſancitum eſt, ne ad *Magiſteria*, & ubi ea non ſunt, ne ad gradus & dignitates admitterentur, niſi ultra conſuetum Theologiæ ſtudium, & alia a propriis Conſtitutionibus requiſita, etiam per biennium Linguarum ſtudio operam diligentem dediſſent: Ii vero qui in eiſdem profeciſſent, ad Officia, & Dignitates Regulares, ceteris paribus, aliis omnino præferrentur; alioquin electio ante facta irritaretur. Legantur laud. *Pontif. Conſtitut.*

Veteres illos facturos fuiſſe , ſi contra eos Hæreticos , quibuſcum crebrius certamen erat , iiſdem prorſus inſtrumentis pugnandum eſſe intellexiſſent ? Quid ? ſi inter ceteros Lutherum audiviſſent ad iſtud ſtudium callide hortantem ſuos ? (1) Quid ? ſi tumidum & inſultantem , iſtaſque voces feſtive fundentem (2) „ Scio quantum mihi contra hoſtes meos „ profuerit ; quare hac quantulacumque cognitione , infinitis aureorum millibus carere nolim „ ? Quid ? Quid ? ſi ab aliis item Sectariis (quorum libros Orientalibus opibus refertos plerumque & luxuriantes conſpicimus) ad Originarios Codices ſe continenter pro-

(1) Videatur *Comment. in Pſalmum* 45. Et Philippus Melanchthon *Tom. 4. Orat pag.* 465. „ Lutherus , inquit , quam graviter nos „ ad Linguarum ſtudia ſæpe hortatus eſt , & negligentium ſtudioſorum caſtigavit ! „

(2) In loco mox citato . Vid. etiam Melanchthon in Libro cit. *pag.* 471.

provocatos vidiſſent, & tanquam ignavos in eorundem uſu deſpici, ac laceſſiri? Si iſthæc Priſci illi fuiſſent experti, eſt ne dubitandum quin plures (1) *extitiſſent, qui Linguas externas ad ſuos Commentarios locupletandos transferrent? Sed non erant tam docti tunc adverſarii, ut ad eos* exa-

(1) Non omnes equidem, qui vel in ipſis Scholæ primordiis floruere, abſque delectu prorſum rudes exterarum literarum habendi ſunt. Ut enim eos omittamus, qui, ut ſuperius oſtendimus, Seculis etiam XIII., & XIV. nae data opera coluere, nonnulli quidem deprehenduntur ejuſcemodi eruditionum non parum ſolliciti, eiſdemque aſſerta ſua appoſite roboraſſe. Spectetur Divus Thomas, quomodo Hebræorum errores, hebræi quidem Textus eruditione refellat, præſertim in *Iſaiæ Cap. VII.* In ejuſdem Operibus talis etiam ſæpe occurrit Græcarum Literarum uſus, ut non deſint qui ipſum earundem peritum extitiſſe propugnent. Videri poteſt Bernardus Guyard Ord. Præd. in *Differt. Utram S. Thomas calluerit linguam Græcam. Pariſ 1667. Et Adverſus Metamorphoſes Honorati a S. Gregorio. Ibidem 1670.* Vide ſis eundem Angelicum 22. *quæſt.* 1. *art.* 6. *Prolegom. in Iſai. In Comment. Epiſt. ad Rom. cap.* 2. *lect.* 3. *In Joann. cap.* 2. *lect.* 2. *&c.*

Quod ſi Philoſophica interdum a Theologiæ Scholaſticæ Doctoribus crebrius uſurpata videantur, non (ut quidam injuria faciunt) non tanquam ita propterea carpendi ſunt: Aliquid enim dandum eſt tempori, quo ſcribebant. Tunc porro Ariſtotelis, Avicennæ, Averrois, aliorumque ejuſcemodi philoſophantium doctrina, placitis, atque ſubtilitatibus ſtupebant pla-

exagitandos tantus Linguarum apparatus exquireretur. Nunc vero Novatores multo aliter exculti & instituti ſunt; ac de laudatis Literis ſunt

adeo

plurimi, eiſdemque ad Fidei Orthodoxæ perniciem abutebantur. Idcirco, quemadmodum primorum ſæculorum Patres Ethnicorum Philoſophorum rationes & placita ſedulo perſcrutabantur, ut eos non lateret quæ inde argumenta deduci poſſent, ſeque ab eis circumveniri non ſinerent, ita & Scholæ Doctores Græcorum argutias, Berengarianos, Petrobuſianos, Porretanum, Abailardum, & id genus homines Theologiæ Philoſophiam intemperantius admiſcentes revincerent, illorummet exercitia & acumina ſibi diligenter curanda cenſuerunt. Interea vero nonnulli eorum cum Hebræis peculiariter, Saracenis & Græcis dimicaturi, earum Linguarum ſubſidio ſibi opus eſſe cognoſcentes, id plane ſibimet nullis jam parcentes laboribus compararunt, illoſque valide quidem oppugnandos ſuſcepere (a). Quotquot igitur e Theologis noſtris, ſive Patrum, ſive Scholæ Doctorum diligentiam concelebrant, eamque præ oculis habendam, probeque æmulandam eſſe inceſſabiliter prædicant, ubi ſapiant, ſibique conſtare velint, id ſuo quidem intelligant, omnino ſibi decere, ut, ſicut illi toto pectore ac ſtudio infeſtos Eccleſiæ hoſtes, illis plane inſtructi, quibus ii fidebant confodique poterant, armis proſtravere; ſic ipſi dent operam ut ſubſidiariis jam non careant Linguarum copiis, quibus hoc tempore Novatores Eccleſiam impetunt; quibuſque utiliter evertendi, urgendique ſunt, atque ad bonam frugem docte ac benevole revocandi. Atque hoc utique bene ſibi ceſſurum ominentur, ubi acutis Theologiæ Scholaſticæ gladiis, quod commendamus, externarum literarum robur adjungant.

(a) Superius (*pag. 60. & ſeqq.*) laudavimus Raymundum Martini, Bonacurſum Bononienſem, Ricardum de Monte Crucis Etruſcum, aliosque Sodales Ord. Præd. qui opportunis Linguis inſtructi fidelem Eccleſiæ operam navarunt.

adeo hac tempeſtate ſolliciti, ut Candidati earum examen ſubire cogantur; & ſi minus in eis profeciſſe deprehendantur, a ſacro ipſorum Miniſterio repellantur (1)*: Quamobrem ſedula prorſus & nobis eiſdem opera danda eſt, ut Codices, ad quos nos provocant, ſtudioſe non minus diligenterque verſantes, doctius inde ac validius Catholicæ Fidei dogmata propugnemus.*

XLII. Quod niſi fiat, nihil optatius inimicis noſtris. Caverat olim Julia-

(1) Vid. Sixtin. Amama *Paraneſ.* in fine *lib* I. *Antibarbari*. In *Act Synod. Provinc. Friſica* celebratæ *Harlingæ* ao 1614. *Seſſ.* V. die 26. Maji, hæc habemus: „ Decretum eſt ut in poſterum Theologiæ Candidati, quotquot ad examen Miniſterii Eccleſiæ admitti deſiderabant, præter Teſtimonia Senatus Academ. & Theologiæ Profeſſorum, exhibeant etiam Teſtimonia Profeſſorum Hebrææ & Græcæ Linguæ, quibus doceant ſe in prædictis Linguis eos ſaltem progreſſus feciſſe, ut Originalem Veteris, Novique Teſtamenti Textum mediocriter poſſint intelligere; atque in Claſſe illa, cujus examini ſe offerunt, ejus quoque rei ſpecimen edere teneantur „. Vid. eadem ferme in Act. *Synod. Suyld Hollandiæ celebr. VVoerdæ an.* 1615., & *Synod. Leuvard. an.* 1616. Idque rite etiam obſervari teſtatur Hadrian. Reland. in *lib. De Religione Mohammedica*.

Julianus Imperator Apoſtata, ne Chriſtifideles in Liberalium Studiorum inſtitutionibus exercerentur (1), *eo plane conſilio, ut cum Gentilibus congreſſuri, ab opportunis ſcientiis deſtituti, inermes, ineptique deficerent: Caverent nunc Judæi, aliique Eccleſiæ hoſtes, ſi poſſent, ne noſtri Theologi Linguarum præſidiis inſtruerentur, ut quum gravi marte confligendum cum ipſis occurrit, nemo inveniretur armis idoneis communitus. Erunt ne igitur in Eccleſiæ Caſtris, qui, quod illi ad perniciem noſtram efficere non valent, perverſa ſua opinione agitandum ſumant? Erunt qui improvidos adoleſcentes ab hiſce Studiis dehortari adhuc pergant, impudenterque, & turpiter fallere?*

a a

(1) *Lege* 5. *De Profeſs. Cod. Theodoſ.* Videantur etiam Ambroſius *Epiſt.* 21 *ad Valentinianum*. Gregor. Nazianz. *Orat.* 3. *contra Julianum*. Auguſt. *lib.* 18. *De Civit. Dei cap* 52.

lere? Si qui præ ingenii hebetudine, vel prava alia de cauſa eorum, quorum hucuſque probavimus præſtantiam necdum perciperent, hos tandem monemus, ut vel ſuo parcentes nomini, contra ea poſthac ſaltem non hiſcant (1); *idque etiam advertant, cauteque conſiderent, eam ab ſe improbari ſtudiorum rationem, quam & Pontifices Optimi Maximi, & Sapientiſſimi quique atque oculatiſſimi Principes, & Magiſtratus, re mature explo-*

(1) Æquare ut quę, beneque moratos paſſim reperimus, qui laudatis licet ſtudiis non vacaverint, attamen tantum abeſt, ut ea reprehendant, quin imo talem ſibi inſtitutionem defuiſſe perdolent, & conqueruntur. Sed quoſdam etiam invenias, quibus hæc Fabii dicta revera congruunt: „ Velim ut ſi non „ eſſe eruditos ſciant. Nihil enim pejus eſt iis, qui paulum ali„ quid ultra primas literas progreſſi, falſam ſibi ſcientiæ per„ ſuaſionem induerunt. Nam & cedere præcipiendi peritis in„ dignantur, & velut jure quodam poteſtatis, quo fere hoc „ hominum genus intumeſcit, imperioſi, atque interim ſævi„ entes ſtultitiam ſuam perdocent (a) „. Sunt profecto iſti, ſi qua gaudent, famæ ſatius quidem tacendo conſulerent: ita-

quippe

(a) *Inſtit. Orat. lib. 1. cap. 1.*

explorata, perpenſa, & cognita, in-eundam decreverunt.

XLIII. Noſtra nunc quidem Italia jam lætior, qua ſatas, qua inſtauratas hactenus laudatas Litteras conſpicit, præſertim quidem Romæ, Patavii, Neapoli, Taurini, & nuper etiam Bononiæ. Decebat porro etiam atque etiam, ut in Regia iſtius Urbis Academia, quæ nulli ſecunda (1), *quæque Artium, Scientiarumque ferax parens effulſit, atque etiam coruſcat*

quippe de iis quorum ignari ſunt, temere ac perperam pronunciantes, facile (uti Nazianzenus etiam obſervat (⊕)) in opinionem veniunt hominum lævorum, ab animi cultu, ab officio, ab humanitate averſorum; qui ceteros ſui ſimiles, indoctos videlicet ac imperitior eſſe cupiunt, ut privatum eorum ignorantiæ dedecus ſub communi deliteſcat, nec quiſquam eo eruditionis, ac Scientiæ perveniat, quo ipſorum inſcitiam prodat, & redarguat.

(1) *Vid. Gymnaſii Ticinenſis Hiſtoriæ, & Vindiciæ a ſeculo V. ad finem XV. ab Antonio Gatta in eodem Gymnaſio Antecesſore. Mediol. 1704.*

(⊕) [illegible]

ruſcat in dies , decebat , inquam , ut apud Inſubres etiam iſtiuſmodi Studium diutius non langueret , jaceretve neglectum & obſoletum . Stabant hæc alta mente repoſta Excellentiſſimi DD. Comitis Don Caroli Pertuſati in Supremo rerum Italicarum Conſilio Regentis , S. I. R. M. actu a penitioribus Conſiliis , & Senatus Mediolanenſis Præſidis , Viri ſcientia , prudentia , integritate ſpectatiſſimi , omnigena eruditione admirabilis , Litterarum , atque Litteratorum Mecœnatis amantiſſimi (1) ;

egitque

(1) Dum hæc typis committimus , hinc ille jam demigravit , mature licet ſibi , certus certe eo quod ominabamur , nobiſque , qui honorificentiſſima ejus fruebamur atque profitebamus conſuetudine , immature ; quiqua ſi ſummi , atque amantiſſimi Viri amiſſione ac deſiderio commoveri negaremus , equidem mentiremur . Illius ſane deceſſu , tali orbati ſumus Viro , qui natura quidem , moribus , religione , ſtudio quoque , dexteritate , uſuque rerum vere ſapiens , in publica plane omnium commoda natus comparatuſque viſus eſt . Vix equidem quiſquam ſermonem cum eo conſerebat , quin ex ejus loquendi ratione cuique ret appoſita , ſani judicii plena , gravi ,

uoaque

egitque jam ipſe cum Excellentiſſimo Senatu, ut huic bono providenter proſpiceretur; Reque ab eo comprobata, hujus jam S. C. beneficentia Regio hæc Orientis Litteras poſtliminio revocatas perſpiciet. Hic enim nobile olim domicilium habuiſſe, ut de pluribus ſileam, *vel*

usque ſimul comitate, hilaritate, lepore tempeſtivo adſperſa reperiretur. Miram autem ejuſdem in providendo perſpicacitatem, & in conſulendo *εὐβουλίαν*, ingenuitatem, prudentiam, atque in agendo dexteritatem, integerrimi animi firmitatem, atque conſtantiam ſuſpexere, maximiſque laudibus extolere quicum eo graviſſimæ patriæ ſunt curas Principes Summi, & Optimates, Populique concelebrare non ſinunt. Quod vero præclare ipſe quidem alteque imbiberat, e Literarum cultu, Hominum, Regnorumque pendere felicitatem, efficit ut medias inter publicas, privataſque curas, Literas nunquam dimiſerit, atque in tantum dilexerit, ut qui de Illius in eas amore multum licet dixerit, nihil dixerit. Ipſe profecto vel ad ultimam jam redactus ſenectutem, quod de Solone Athenienſium Legiſlatore fertur, jure dixiſſet

γηράσκω δ' αἰεὶ πολλὰ διδασκόμενος.

In amoribus vero penitus, atque in deliciis erat, ubi doctos Viros nactus, erudita cum eis colloquia permiſceret: Quos autem alios rite inſtituendis idoneos ſagax æſtimator comperiſſet, eos ad apta eorque munia, quoad ejus fieri poterat, provehendos curabat, eo plane conſilio, ut talium ope atque opera probe quidem imbuerentur atque proficerent Candidati; arteſque, ac ſcientiæ hiſce in regionibus, nedum non ſqualerent aut extabeſcerent, ſed induſtri peritorum Virorum manu excultæ uberius eſſloreſcerent. Sed enim animo etiam, atque etiam ad-

verte-

vel ſolo ex Theſeo Ambroſio ſatis liquet. Erat hic ex Comitibus Alboneſii J. U. D. Papienſis, Canonicus Regularis Lateranenſis, ac Sancti Petri in Cœlo Aureo Præpoſitus, Introductionemque

vertebat, cernebatq; idem fere Viris doctis uſu venire, quod alitibus; quæ ſi opportuno fuerint ære deſtitutæ, e ſuſtinendis volatibus detinentur, ſic illorum in ſtudiis conatus, ubi copia Librorum careant, quammaxime retardari, ac ſæpenumero penitus impediri. Ecquid namque audeant iſti, ubi eis non ſuppetant illa etiam doctorum Virorum Opera, quæ in tanta literarum luce vel ſunt e tenebris eruta, vel recens adornata atque procuſa? Profecto ubi illorum etiam inventa, obſervationes, ac placita conſulere atque expendere nequeant; neque eorundem jam refutationem aut approbationem ſuſcipere, neque ejuſcemodi quidem poterunt uti luminibus atque ſubſidiis ad alia quæ nexum cum illis habeant, ex iiſve pendeant, illuſtranda, ut neceſſe proinde ſit in pulcherrimarum eor atque opportuniſſimarum rerum penuria atque ignoratione verſari. Quod quum Litterarum culturæ atque progreſſibus grave pernicioſumque cognoſceret, tantoque incommodo occurrendum quidem duceret, re ſecum agitata atque perpenſa, magni, excelſi, prorſuſque munificentiſſimi animi Vir ipſemet Bibliothecam ad id opportunam parandam ſibi propoſuit, adornavit, inſtruxit tali Librorum copia atque delectu, qualem apud plures Principes Viros deſideres.

Hanc porro domi ſuæ locatam voluit, ubi aliis quidem Literarum cultoribus adjumento, ſuis autem commodo etiam foret nobilique incitamento ad præclaros in ſtudiis progreſſus faciendos. Hoc illi erat in votis. Paraverint alii (ajebat) per me licet, ſuis & multa, & ampla admodum fructuoſaque prædia; ingentes quidem pro eis opes coacervarint. Caduca iſta fluxaque eſſe, quantumlibet eis caveatur, experientia teſtatur in dies. Inſignem ego

meis

que in Chaldaicam, Syriacam, Armenicam, aliaſque Linguas Typis Papienſibus evulgavit (1).

Inſtauratas nunc itaque apud Vos Excellentiſsimus Senatus laudatas externas Linguas exoptat; quibus bonæ quæque Artes ac Diſciplinæ incrementa perci-

meis Librorum ſuppellectilem comparavi, promptuaria Scientiarum, ut eas habeant coenobitales. Hic, ubi deceſſero, *pars mei* (quod expeto) *Vitabit Ibitinam*. Hic poſteris præſens adero, eoſque ad ſapientiam ſibi comparandam inſtanter cohortabor: Sapientia enim vero indeficiens Theſaurus eſt *Abſconditus hominibus*, melior cunctis opibus, ejuſque fructus & auro, & gemmis quibuſque pretioſiſſimis præſtantiores. Doctrix illa diſciplinæ Dei eſt, & electrix operum illius. Ubi eam poſſidaant, rerum expetendarum, fugiendarumque cognitione pollebunt: Scient quo pacto virtutes aſſequi, a vitiis valeant declinare: Verſutias ſermonum noſcent, obſcuraque dicta ſagaciter enodabunt. Nam et præterita ſcient, ac de futuris poterunt æſtimare. Quod ſi divitiæ a quibuſdam appetuntur in vita, quid ſapientia locupletius, quæ operatur omnia? Ab ea prodit Conſilium, Æquitas, Prudentia, Fortitudo, quibus inſtructi, ſive Eccleſiaſticis, ſive Pacis Belliique Studiis animum adjungant, dignam ſe, dignam Majoribus tum Eccleſiæ, tum Principibus, ac Populis operam tribuent. Hæc ille, qui quum ita ſentiret, cum Regum Sapientiſſimo, Spiritu Sancto afflato ſentiebat.

(1) *Ann.* 1539. Hunc Leonis X temporibus Patriarchæ Maronitarum Legati receptorum, uti perhibetur, Latinorum primum Literis Syriacis inſtructum (a). Eundem juſſu Leonis X. in Bononienſi Academia Scholam Syriacæ & Chaldaicæ primum aperuiſſe refert Aubertus Miræus ſub *num. LII*

(a) V. Cl. Joſeph Simon. Aſſeman. *Præf. Tom. I. Biblioth. Orient. Prologom. de Scr. pt. Syri*

percipiant, & Sacra potiſsimum ſtudia muniantur, & vigeant.

Reſtat igitur lectiſsimi Adoleſcentes, quotquot ſcientiarum amore capti eſtis, ut optimum in uſum Excellentiſsimi Senatus beneficentiam convertentes, laudatas Litteras cupide proſequamini. Quarum equidem acquiſitionem non eo vobis conſilio hactenus commendavi, ut poſtquam eas didiceritis in eiſdem ſiſtatis inani foliorum ſtrepitu gloriantes; ſed ut earum præſidio nobiliores diſciplinas facilius inde ac ſolidius capeſſatis. Neque etenim propter ſe, ſed rerum percipiendarum gratia Linguas addiſcimus: Scientiarum quippe januæ ipſæ ſunt; in quibus hæreſcere abſurdum foret. Sed quemadmodum per januas utique intrandum eſt, ut domorum receſſus ac penetralia ſubeamus, ita Linguarum

guarum cognitio expetenda plane, comparandaque Vobis eſt, ut earum ſubſidio ad ſcientiarum abdita tuto quidem, ac facile contendatis. Agite igitur, libentemque animum ad inſtitutionem adjungite plus operis vobis, quam oſtentationis in quovis Doctrinæ genere præſtituram. Erudita quippe jam tum Doctorum Commentaria veſtriſmet oculis, veſtroque, quo præſtatis, judicio verſantes, expendenteſque, de Patria, de Republica, de Eccleſia bene ac feliciter promerebitis.

ADVERSUS
THEODORICUM HACKSPANIUM.

EXERCITATIO I.

Qua expenduntur verba Job. cap. 5. verſ. 1.

Atque Catholica De SANCTORUM INVOCATIONE Doctrina vindicatur.

QUod diximus *pagina* 164. Judaicorum Scriptorum Lectionem Theologis certamen eum Heterodoxis ineuntibus profuturam, unum nunc, alterumque ſpecimen exhibentes, ut ibidem ſumus polliciti, pergimus paullo fuſius declarare. In his autem ſpectandum præ aliis mihi conſtitui Theodoricum Hackſpanium Virum de Grege Lutheranorum Linguæ Sanctæ Profeſſorem Altdorfinum, qui, ut ſuperius adnotavimus, Librum typis commiſit *De Scriptorum Judaicorum in Theologia uſu vario & multiplici* (1). Quum videlicet is in hoc Opere, Exemplis in medium allatis, quibus noſtrorum Dogmatum veritatem quatere ſibi perſuadet, ſuos, ad ejuſcemodi inſtitutum perſequendum magnoprre cohortetur;

(1) Alia etiam idem Author Opera elucubravit, ut *Not. Philolog. Theolog.* in varia difficiliora Scripturæ *loca*. *Miſcellanea Sacra*. *Diſſert. de Libertate Chriſtiana contra jugum Traditionum*. *Locutiones Sacr.*

tur ; ego viciſſim Operæ meæ pretium facturum exiſtimo , dum ejus conata refellam : Ex hoc etenim noſtri magis magiſque percipient & quale ſit Adverſariorum ingenium , & quibus armis dimicandum ſæpenumero nobis ſit ; ut iſtis jam inſtrui avidius curent , probeque inſtructi illata ab illis prælia non reformident ; ſed ea ſcite ac fortiter ineuntes gerenteſque , & mendacio larvam detrahere pergant , & veritatis vindices ſe præbeant & aſſertores . Sed jam ad Hackſpanium de uſu Maſoræ diſſerentem veniamus .

I. „ Juvat quoque Maſora , inquit (1) , ſenſum „ dictorum controverſorum , ſi ea recte utaris . „ Ecce tibi exemplum . Job. v. 1. in Latino Co„ dice legitur : *Voca ergo , ſi eſt qui tibi reſpondeat , „ & ad aliquem Sanctorum convertere* „ . Tum vero , poſteaquam dixit e verbis iſtis argumentum a noſtris peti pro invocatione Sanctorum , Kemnitii jam cauſſam agendam ſuſcepit , qui eo nomine caram nobis eſſe Vulgatam aſſerit (2) , quod in ea multa Fidei Pontificiæ Myſteria recondantur , ut invocatio Sanctorum , verbis e Libro Jobi relatis confirmata ; quibus tamen , ubi in Hebræo Textu Originario juxta antecedentia & conſequentia conſiderentur , non aliam ſubeſſe ſententiam docet , quam hanc (3) „ neminem ſcilicet a juſto Deo „ puniri , ubi non ſubſit cauſa pœnæ , ideoque

„ textum

(1) *Cap. 9. num. xix.*
(2) *In Exam. Concilii Tridentini parte 1.*
(3) *In ejuſdem Operis parte 3.*

;, textum provocate ad exempla, nullum ſcilicet ,, exhiberi poſſe ,,.

II Quum autem adverſus Kemnitium calamum acuerit doctiſſimus Cardinalis Bellarminus, in hunc inſurgit Hackſpanius, eumque acerrime reprehendit, eo quod aſſerat verba Hebræi Textus, ואל מי מקדשים תפנה apertiſſime hunc ſenſum gignere: *& ad aliquem de Sanctis reſpice*; atque ex hoc & Sanctorum invocationem adſtruat, & Kemnitium ſuum ejuſcemodi ſententiam huic Scripturæ Textui tribuendam eſſe denegantem, acerbe ſatis excipiat (1). Conſiderat porro Hackſpanius non Jobi eſſe verba illa, ſed Eliphazi amici ejus: animadvertit etiam *imperativum* pro *futuro* a Bellarmino ſubſtitui; quin & multis Maſoræ ope congeſtis exemplis probat tum מי, tum ואל מי interrogationem inducere: Quum autem juxta ipſummet Bellarminum, quæ interrogandi ſenſu accipiuntur, non aſſertioni ſed negationi reſpondeant (2), prorſus jam, inquit, colligitur contrarium hoc modo: *Ad quem de Sanctis reſpicies?* hoc eſt (ut ſubdit) ad NEMINEM: indeque lætans inclamat: ,, En jam EXPRESSISSIMUM illud verbum de ,, invocandis Sanctis ,,!

III. Veruntamen etſi Vir doctus magnopere geſtiat, Orthodoxam tamen doctrinam noſtram nequic-

(1) *Lib. 2. de Verbo Dei cap. 12.*
(2) Citat hac in re eundem Bellarminum, qui in laudato Capite, Michææ dictum v. 2 cum Matthæi verbis II. 6 concilians advertendo, quod propterea apud Matthæum *negative* vertitur, *nequaquam minima es*, quod in Propheta lectum fuerit *interrogative particula*, ſeu *minima es?*

quicquam lædit. Atque ſi vel de hoc etiam Scripturæ Teſtimonio ſermo ſit, quo & D. Thomas (1), aliique Viri doctiſſimi, ut conſuetudinem invocandorum Sanctorum oſtendant, uſi ſunt, non video cur adeo facile tanquam ineptum alienumve rejiciatur. Age vero, Antecedentia, & Conſequentia, ut Adverſarii flagitant, conſulamus; ſintque non Jobi, ſed Eliphazi amici ejus hæc verba; eaque, ut in Hebræo quidem habentur Textu, expendenda ſumamus.

IV. Antecedentia itaque conſiderantes, in id quam maxime intentum Eliphaz cernimus (*), ut probet (fallaci utique argumento) Jobum non niſi ob flagitiorum ſuorum enormitatem immaniter adeo divexari. Inde vero ut majorem ille ſibi, dictiſque ſuis authoritatem ac fidem conciliet, Viſionem quandam ſibi divinitus contigiſſe ſubjungit; e cujus ad Jobum applicatione, reatus ejus penitus evincatur. Qua enarrata, eundem e veſtigio urgere jam pergit his verbis: קרא נא היש עונך ואל מי מקדשים הפנה *Voca*, ſeu *Invoca nunc, ſi eſt reſpondens tibi: & ad quem de Sanctis reſpicies*, ſive *te vertes*? Hackſpanio equidem non repugnamus in eo, quod futurum tempus, atque interrogationem hiſce verbis adjudicet (✠). Veruntamen ea juxta Hebræi quidem contextus atque ſermonis pro-

(1) Præter Commentarium in hunc locum, Vid. *In 4. Sentent. Diſt. 15. qu. 4. artic. 5. quæſtiunc. 5.*

(*) *Cap. præced.*

(✠) Cajetanus etiam, Arias Montanus, aliique ante Hackſpanium & interrogative, & futuro tempore iſta converterant.

proprietatem ſimpliciter candideque accepta exhibent ſane Eliphaz ita ſentientem & inculcantem, videlicet : Improbum te eſſe o Job, & immerito juſtitiam te atque innocentiam obtendere, præterquam quod propoſita momenta ſatis oſtendunt, ex Viſione demum, qua ego ſuperno munere dignatus ſum, certo certius equidem invicteque jam conſtat. Quod ſi in re adeo competta acquieſcere nec dum velis, cauſamque tuam conſiſtere adhuc contendas, tute tantundem profer, קרא נא clama jam quæſo, ora atque experire, היש עונך divino ne tu digneris reſponſo, quo tua agendi ratio comprobetur (1) : Sed vide ne operam teras; ואל מי מקדשים תפנה Atque ad Sanctos quod attinet, quemnam eorum implorandum putabis (2)? Fieri ne ſcilicet unquam poteſt, ut quiſquam ipſorum contra atque divinitus revelatum eſt, ſentiat? Eja vero deſinito excandeſcere, tuamque tandem fatere iniquitatem : quandiu etenim juſtum te ac ſceleris purum jactare perſtiteris, nequaquam quum ſis, haudquaquam ſperes iniquæ cauſæ tuæ Sanctorum quempiam adfuturum. Neque vero ullus ipſorum redarguet juſtum judicium Dei, quo

(1) Verbum ענה ita quidem *reſpondere* ſignificat, ut ſcilicet juxta alterius ſententiam voluntatemve reſpondeas V. Job. III. 2. XII. 4. Gnadi XV. 21. & alibi.

(2) Hoc pacto expoſui, quum animadverterim, verbum פנה notare quidem *convertere ſe & reſpicere ad aliquem ope ejus implorandæ cauſa*. Vid. *Levit.* XIX. 4. *Iſaia* XLV 22. *Oſee* III. 1.

by Google

quo tua ob ſcelera in tantum plecteris: *Vere* nimirum (hæc jam ſunt conſequentia) *Inſano mortem inferet iracundia, inconſultumque ardelionem enecabit invidia* כי לאויל יהרג כעש ופתה תמית קנאה, atque in univerſum propriam unuſquiſque ob malitiam culpamque torquetur (1). Jam vero in hac expoſitione nihil detorti reperire eſt, nihil coacti: ſpectatiſque verbis illis in Hebræo Textu, ut Adverſarii flagitant, habitaque etiam ratione Antecedentium & Conſequentium, ejuſmodi plane ſenſus manat, ex quo Sanctos invocari conſueviſſe intelligamus.

V. Atque ita equidem manat, ut potior hujus, quam adverſariorum commentationis ratio habenda ſit. Ipſi videlicet ſentiunt verba hæc (*Et ad quem de Sanctis reſpicies*, ſive *te vertes?*) perinde ſonare, atque ſi ille ad Jobum diceret: Quemnam reperies, quemnam proferes, qui, quum non deliquerit, malis petitus atque obrutus fuerit? Hoc porro ſuperius jam inculcatum ab ipſo eſt, ubi ait (✠) *quiſnam, quum, innocens eſſet, periit, & ubi recti ſucciſi ſunt?* In loco autem de quo agimus, ſive præcedentium, ſive ipſorum verborum ratio teneatur, ea ſane aliquid amplius efferentia dignoſcuntur. Ante videlicet, uti diximus, Viſionem divinitus ſibi immiſſam refert Eliphaz: Dum itaque de Viſione hac ſua agit, eamque objicit Jobo, præſtat equidem ut intelligamus velle eum

hoc

(1) *Verſ. 2. & ſeqq.*

(✠) *Cap. IV. 7.* מי הוא נקי אבד ואיפה ישרים נכחדו

Google

hoc loco ad Viſionem potius quam ad Exempla, ad Viſionem, inquam, divinaque reſponſa ipſum provocare, ut explicuimus: maxime vero quod & ipſe loquendi modus קרא נא *invoca nunc quæſo &c.*, id plane etiam luculenter depoſcit. Quid? quod hoc etiam probe conſonum deprehenditur doctrinæ, quam hoc eodem in libro conſignatam habemus; in quo, quum tradatur, homines de rebus ſibi appoſitis ac neceſſariis aliquando ab Angelis admoneri (*), ecquid jam pronius, quam percipere, eos, quos adjutores atque patronos noverant, invocandos in tempore cenſuiſſe?

VI. Sed quum Verba, de quibus agimus (inquit Haekſpanius) cum interrogatione accipienda ſint; & hujuſcemodi interrogationes negationibus æquipolleant; conſequitur inde, ex iis Sanctorum invocationem rejici quidem, non confirmari. In hoc autem, ubi ei demus, propoſitiones quaſdam, ſi interrogatione afficiantur, negationem induere; caute tamen recteque ſpectabimus, & advertemus, aliquid in eis occurrere, quod negetur, aliquid autem, quod negatione non afficitur, quin potius ex vi *connotationis* aſſeveratur. Hoc porro in loco *negatio* ad Jobi innocentiam ac probitatem reſpicit; ita ut Eliphaz neget ullum e Sanctis habiturum Jobum pro inſonte, ejuſdemve iniquitatem

c c ſuam

(*) Cap. XXXIII. 23. אם יש עליו מלאך מליץ אחד מני אלף להגיד לאדם ישרו וכו *Si fuerit pro eo Angelus loquens, unus ex mille, ut annunciet homini rectitudinem ejus &c.*

ſuam agnoſcere ac deteſtari renuentis patrocinium ſuſcepturum, ut expoſuimus. Ceterum conſuetudo invocandi Sanctorum haudquaquam negatur, imo vero ſupponitur & *connotatur*. Neque enim Eliphaz cum Jobo loquens in ea quam advertimus circumſtantia ita dixiſſet: *Invoca nunc &c. Et ad quem de Sanctis te vertes?* niſi hoc eorum moribus receptum fuiſſet, ut præſertim quum anguſtiis urgerentur, ſe ad Sanctos converterent, precariam eorum opem levamenque imploraturi.

VII. Neque etiam negotium nobis faceſſit, quod ea verba non imperative, ut in Vulgata, ſed futuro tempore efferantur. Invocatio quippe Sanctorum a nobis non ita decernitur tanquam unicuique omnino neceſſaria, ullove Dei, aut Eccleſiæ mandato præſcripta (1), ſed licitam eam eſſe atque utilem propugnamus (2).

VIII. Conſulto itaque Hebræo Textu, perpenſis etiam Antecedentibus, & Conſequentibus, quum Dog-

(1) Talem plures de Sanctorum invocatione doctrinam nobis adſcribunt, ſed perperam; quibus attente conſulenda ſunt ea quæ docent Tridentinum *Seſſ. XXV. Decreto De Invocatione, Veneratione &c.*, atque ad ejus mentem Cl. Adrianus & Petrus de VValenburch *Controverſ. tom. 2. lib. 1e tract. 4.* Boſſuetus *Expoſit. de la Doctrine de l'Egliſe cap. 4. & 5.* Nat. Alexander, VVitaſſe, & Paſſim Theologi. Quod inter ipſos Proteſtantes Hugo Grotius non inficiatur, qui in *Appendice ad Comment. De Antichriſto* hæc habet „ Et tamen ad hæc quoque Sanctorum ſuffragia implorenda nemo a Papa compellitur „. Vid. autem ejuſdem *Annot. ad Conſultationem Caſſandri ad art.* XX.

(2) Tametſi autem Sanctorum invocatio non præcipiatur, ea tamen improbanda haudquaquam eſt. Licet enim ad Eccleſiæ *Diſciplinam* pertineat, quod quis Sanctorum patrocinium imploret, vel implorare prætermittat, at bonus ne an nequam uſus iſte eorundem invocandorum habendus ſit, hoc vero dogmatis eſt. Et quotquot autem hunc a prima jam Chriſtianæ Religionis ætate receptum, ut illicitum, ingloriumve traducunt, a laudato Concilio merito configuntur.

Dogmati noſtro nil quicquam depereat, animadvertemus profecto, quam immerito prorſus atque injuria Kemnitius, ejuſque ſtudioſi e verbis adductis Exemplum petant, quo nos inſimulent, *gratamque* nobis, & *caram* eſſe Vulgatam dabuccinent, quod hanc ſuſtentandis Fidei Pontificiæ Myſteriis ſubſervire deprehendamus: Haud etenim nutant, nec minus immota ac firma conſiſtunt, ubi etiam Originarii Textus, ſed ſcite, ſed æquo ac religioſo animo conſulantur. Neque profecto partium ſtudio ducti, immo ab eo quam maxime alieni Tridentini Patres Vulgatam inter alias, quæ circumferebantur, Latinas Verſiones delegerunt, & Authenticam, uti expoſuimus (1) declararunt. Vulgata ſiquidem ejuſcemodi eſt, quæ quum alioqui in genere Verſionis egregia ſit, tum etiam antiquitatem præſefert: Ex hoc autem quod pridem fuerit a Viris in præſentibus controverſiis haud implicatis elaborata, ſuſpecta ſane haudquaquam habenda eſt. Equidem ſi aliquam e Verſionibus recentibus adoptaſſent, tum ſuſpicioni locus eſſe potuiſſet, talem ſcilicet delectam eſſe, quæ de induſtria foret accomodata ad Pontificia dogmata confirmanda. Quum autem eas prætereuntes, prudenter adeo cauteque ſe geſſerint Patres, cequam vero eum in modum ſcriptitando, criminandoque Adverſarii obloquendi cupidinem, atque imporentiam non produnt?

 Quod

(1) Vid. ſuperius *pag.* 82. *& ſeqq.*

IX. Quod ſi præterea ad alias Verſiones conſulendas nos conferremus, omiſſis Chaldaica, & Syriaca, quæ hoc loco preſſe Hebræo Textui adhærentes, nihil adferunt explicatius, inveniremus Græcam τῶν LXX. quam ſequitur Vulgata vetus, & Arabicam nobiſcum quidem ſentire. Illa videlicet τῶν קדשים *Angelos Sanctos* exponens (1), relatæ Adverſariorum ſententiæ perſpicue refragatur. Altera autem ita reddens: وادعوا الآن ان كان لك مجيبا ولا من القديسين *Invoca autem modo ſi quem habes patronum, & propitium ex Sanctis*, eorundem invocationem ac patrocinium perquam luculenter enunciat. Sed hæc non urgebimus, id quod propoſuimus demonſtraſſe contenti, propoſita videlicet ex Libro Jobi verba ad Hebraicam veritatem, ut Adverſarii flagitant, examinata, a noſtra confirmanda ſententia non abeſſe: nam & conſequens plane eſt, perperam Adverſarios relatum in Tridentinos Patres convicium intorquere; atque haud eſſe improbandos eos, quibus placeat ex illo etiam Scripturæ loco Eccleſiæ noſtræ ſententiam confirmare. Quæ equidem non uni jam laudato tantum, ſed plurimis ipſiſque certis ac luculentis Scripturarum Teſtimoniis conſtanter innititur; ex quibus ſive de Angelis (2) ſermo

(1) τινα ἀγγέλων ἁγίων ὄψῃ
(2) Ex C. Geneſ. XLVIII. 16. Zacharia I. 12.

ſermo ſit, ſive de Hominibus, hiſque tum in vivis adhuc agentibus (1), tum hac vita jam functis, evincimus Deum eorum precibus meritiſque beneficia ſua & generatim quidem Eccleſiæ, & ſpeciatim etiam ac ſingulis elargiri (3).

X. Aliquot autem ex iſtis Scripturæ locis infra ſolummodo adnotatis, quum præſentis inſtituti non ſit ea omnia perſequi, quæ ad abſolutam hujus Quæſtionis tractationem pertinent; idcirco prætermiſſa hoc loco perpetua omnium Eccleſiæ ſæculorum Traditione, de qua fuſe multi e Theologis, aliquid jam demum tantum ſubjiciam de veterum Judæorum hoc in argumento ſententia. Quum videlicet Heterodoxi ubi de ſuis aſſerendis placitis agitur, Judæorum fidem crebro nobis objiciant; propoſitam autem a nobis de Sanctorum inter-

(1) *Geneſ.* XX. v 17. I. *Regum* VIII. 8 *Job* XLII 8. *Apocal.* V. 8

(2) *Exodi* XXXII 13. 14. *Moſes Deum Iſraelitas jamjam deleturum, ob Patriarcharum merita potiſſimum deprecatus placavit* זכר לאברהם ליצחק ולישראל עבדיך וכו׳ *Recordare Abraham, Iſaac, & Iſrael ſervorum tuorum &c* וינחם יהוה על הרעה אשר דבר לעשות לעמו *Et pœnituit Dominum mali, ſive Et propitiatus Dominus abſtitit malo, quod facturum ſe dixerat populo ſuo.* IV *Regum* XIX 34. וגנותי אל העיר הזאת להשיעה למעני ולמען דוד עבדי *Et protegam Urbem hanc ad ſalvandum eam propter me, & propter David ſervum meum.* III. *Regum* XV. 4 *De Reye Abiam habetur* למען דוד נתן יהוה אלהיו לו נר בירושלים להקים את בנו אחריו וכו׳ *Propter David dedit*

interceſſione doctrinam, velut revocati poſtliminio Ethniciſmi traducant (1) placet icciroo paucis innuere, non aliam quidem a noſtra Judæos veteres (2) ſententiam tenuiſſe; ut hæc eadem, quæ in Scripturis traditur, utrinque etiam, in Synagoga ſcilicet dudum, perinde atque in Eccleſia retenta, minime vero ab Ethnicis accepta pateſcat.

XI. Hoc itaque compertum habemus in primis ex iis, quæ habentur *Danielis* III. 35., ubi tres illi in Fornacem conjecti Deum orantes, *ne auferas*, inquiunt, *miſericordiam tuam a nobis propter Abraham dilectum tuum, & Iſaac ſervum tuum, & Iſrael ſan-*

dedit Dominus Deus ejus ei lucernam in Jeruſalem, ut ſuſcitaret filium ejus poſt eum &c. Ejuſcemodi porro indulgentiæ illi præſtitæ cauſam extitiſſe merita Davidis, cum ex verbis למען דוד *Propter David*, tum magis magiſque ex eo, quod in ſequenti verſiculo ſubjicitur, declaratur, nempe אשר עשה דוד את הישר בעיני יהוה וכו *Quia fecit David rectum in oculis Domini &c.* II. *Paralipom.* VI. 42. Orat Salomon ut propter Davidis merita Deus precem ſuam exaudiat יהוה אלהים אל תשב פני משיחך זכרה לחסדי דויד עבדך *Domine Deus ne avertas faciem Uncti tui: memento miſericordiarum Davidis ſervi tui*, ſive eorum quæ pie geſſit David ſervus tuus. Ita *Pſalm.* CXXXI juxta *Hebr.* CXXXII. בעבור דוד עבדך אל תשב פני משיחך *Propter David ſervum tuum ne avertas faciem Uncti tui.* Quo loco Paraphr. Chald. habet מטול זכותיה דדוד עבדך *Propter merita Davidis ſervi tui &c.*

(1) Ita inter alios Turretin. *Oration. Academ. Orat.* IX. *De vera Chriſtiana doctrina ſatis.*

(2) Sermonem ſcilicet de priſcis Judæorum inſtitutis, quorum doctrina non ita corrupta eſt; Recentioreſque nihil moror, quos in hoc a Veteribus deſciviſſe, ex iis, quæ in medium producam, abunde compertum fit.

ſanctum tuum . Et II. *Maccab.* XV. *Verſ.* 12., & *ſeqq.* ubi deſcribitur Onias manus protendens, & orans pro omni Populo Judæorum, exhibeturque Jeremias Propheta enixe quidem precans pro eodem Populo ac Hjeroſolymis, Judæque Maccabæo tradens gladium ad hoſtes Iſrael infringendos. Quæ tametſi divinæ authoritatis non ſint apud Segreges, certiſſimum tamen ſunt priſcæ Judæorum fidei monumentum (1)

XII. Conſtanter id vero a Judæis veteribus creditum, ipſorum quidem Libri paſſim ac luculenter teſtantur. In Prece ארוממך R. Eliezeris Hakkaliri authoris pervetuſti, quam in die Expiationis recitare conſueverunt, habentur λιτανείαι ſupplicationes preceſque ad Angelos fuſæ, ordine alphabetico concinnatæ, quibus illorum expoſcitur interceſſio (2). Ad ו Ex C ווהקיאל תבקש גאולתינו בצביון מאלהים *VVathkiel redemptionem noſtram a Deo benevole poſtula*. Ad כ׳ כבריאל תן כבוד לאל עבורינו *Cavriel da gloriam Deo propter nos* . Ad ל׳ לראל בקש חן מפי המכוך לעדתו *Lerael require gratiam ab eo qui*

(1) Ipſemet Theodoricus Hackſpan in citato Operis *Præfatione* num 39 agens adverſus Socinum de Libro 2. Maccabæorum *Nec refert*, inquit, *quod liber in canonem receptus non eſt : hic enim fidem ſaltem hiſtoricam deprecamur, quæ illis derogari nequit*. Eundem etiam magnæ ſemper authoritatis apud Chriſtianos Librum appellat Hugo Grotius in *Voto pro pace Eccleſiaſtica*.

(2) V R. Ghedalia in *Scholiis ad R. Joſephum Albo lib.* 2. עקרים *cap* 28. Et quæ ex antiquo Codice M^S. precum Hebr. Biblioth. Vatic. referuntur a Bartoloccio in *Biblioth. Rabbin. lib.* 1, *num.* 240.

qui benedicitur à Cætu ſuo. Atque ad מיכאל השר מ של רחמים מתפלל בעד ישראל *Michael Princeps Miſericordiarum ora pro Iſraele*. Porro de eſuſcemodi λιτανείαις Supplicationibus agens R. Ghedalia (1), eas teſtatur ab ſuis fundi, ut Angeli pro nobis *orent & ſollicitis ſint ſuis poſtulationibus atque ſupplicationibus apud Deum* כי אם מה שיהלו וישתדלו על ידי בקשתם ותחנתם מח"שי. Neque aliter de Hominum Juſtorum Interceſſione loquuntur. Ex C. in Gemara Sota (2) traditur Sepulcrum Moſis occultatum fuiſſe Deo ita providente, ne ſcilicet Iſraelitæ eo tempore quo Domus Sanctuarii deſolanda erat, ipſique in exilium deportandi, ad Sepulcrum Moſis confugerent, *Moſemque deprecarentur*, *eique dicerent*: *Moſe Magiſter noſter intercede pro nobis* ויתחננו למשה ויאמרו לו משה רבינו עמוד בתפלה בעדנו Quod ſi *ſtetiſſet pro eis Moſes* (ſubjicitur), *Dei Decretum irritum facere potuiſſet*: *magis quippe* Deo *cari ſunt Juſti poſt mortem ſuam, quam dum inter vivos adhuc exiſtunt*. עמוד משה ומבטל את הגזרה מפני שחביבין צדיקים במיתתן יותר מבחייהם. Quæ ſane perſpicua adeo ſunt effulgentque, ut tenebras, quas quidam poſtmodum perverſis expoſitionibus offundere vellent, ex ſe te omnino depellant. Liquido videlicet Moſis Interceſſionis efficacia condocetur, & quidem Moſis vita jam functi, contra

(1) Loco citato.
(2) *In Excerptis apud Jo. Chriſtoph. Wagenſeil. cap. 1. §. 51.*

tra atque Novatores contendunt, qui confixum pridem errorem Vigilantii renovantes, etſi negare non audeant, Viventes invocari atque intercedere poſſe, inficiantur tamen id fieri poſſe poſtquam obierint, perinde atque tunc vel caritatem erga egenos exuant & abjiciant, vel regnantes apud Deum minus jam valeant, quam quum hic degerent. Qua de re merito quidem jam dudum clamabat Hieronymus (1) „ Si Apoſtoli, & Martyres in corpore conſtituti poſſunt pro ceteris, quando pro ſe adhuc debent „ eſſe ſolliciti: quanto magis poſt coronas, victorias, atque triumphos? Unus homo Moyſes „ ſexcentis millibus armatorum impetrat a Deo „ veniam ..... Paulus Apoſtolus ducentas ſexaginta ſex ſibi dicit in navi animas condonatas, „ & poſtquam reſolutus eſſe cœperit cum Chriſto, tunc ora clauſurus eſt, & pro his qui in „ toto orbe ad ſuum Evangelium crediderunt, „ mutire non poterit? „ Ab ejuſcemodi autem errore adeo quidem abſunt Judæi veteres, ut Juſtorum qui ab hoc ſæculo nequam exceſſerunt, interceſſionem, non tantum agnoſcant, ſed & magis efficacem ac validam tradant: *magis quippe Deo cari ſunt juſti poſt mortem ſuam, quam dum inter vivos adhuc exiſtunt* מפני שחביבין צדיקים במיתתן יותר מבחייהם. Tum plane ſcilicet Juſtos a Deo

d d pro

(1) *Adverſus Vigilantium cap. 3.*

pro Sanctis ſibique acceptis proprie haberi docent in מדרש תהלים ad illud (1) לקרושים אשר בארץ המה ואדירי כל חפצי בם *Sanctis qui in terra ſunt, & inclytis omnis voluntas mea in eis*. Hoc videlicet explicatur de illis qui obierunt, ac dicitur *Quod Deus Sanctus Benedictus non vocat Juſtos Sanctos, uſque dum traditi ſint in terram*, ideſt *uſque ad diem mortis ejus* שאין הקב״ה קורא לצדיקים עד שינתנו בארץ עד יום מותו Conſuli etiam poteſt ואלה שמות רבה *Commentarius magnus in Exodum ad Cap* XXXII. *Verſ.* 13., ubi Juſtos qui deceſſerunt, & vivere, & pro nobis intercedere diſerte prorſus docetur. Quocirca Sepulcreta, quæ Græca voce nos κοιμητήρια quaſi *dormientium domus* vocare ſolemus, ipſi בתי חיים *domos viventium* appellare conſueverunt. (2)

XIII Quandoquidem vero nonnulli ex Heterodoxis admittunt, Sanctos pro Eccleſia quidem in genere deprecari, haudquaquam vero pro aliquo ſigillatim; in hoc etiam eorum commento, præterquam quod a Sacræ etiam Scripturæ doctrina & rectis ex ea conſecutionibus deviant (*), a Judæorum pariter Traditione, quam alias pro placitis

(1) *In Pſalm.* XV. juxta *Hebr.* XVI. *verſ.* 2. & 3.
(2) Bartoloc. *Biblioth. Rabbin.* lib. 1. num. 240.
(*) Aliquot ſupra (*pag.* 203. & *ſeqq.* 2) protulimus Scripturæ loca, quibus Juſtorum vita quidem functorum Interceſſio etiam pro ſingulis luculenter docetur. Mira vero etiam eſt confidentia, qua in *Apologia Confeſſionis Auguſtanæ* ſcriptum eſt (*De Invoc. Sanctorum* Typis Scholtzii pag. 224.) *De Sanctis concedimus, quod ſicut vivi orant pro Eccleſia in genere, ita in Cœlis orent pro Eccleſia in genere*. Ita ne vero Vivi orant ſolummodo pro Eccleſia in genere? Nunquid non et Apoſtolus Paulus Ro-man-

citis ſuis tam lubenter arripiunt, omnino deflectunt. Ipſi nempe, ſi de Angelis ſermo ſit, inter alia expreſſe Angelum uniuſcujuſque Hominis tutamini deſtinatum agnoſcunt. Aben Ezra *in Job.* XXXIII. המלאכים הממיתים המבקשים נפש האדם רבים ומלאך אחד הו פקיד עליו לשמרו *Angeli mali, qui quærunt animam hominis, multi ſunt; unus autem Angelus præpoſitus IPSI eſt ad cuſtodiendum ILLUM.* De Hominibus autem Sanctis traditur in *Gemara Sota* (1) Calebum iviſſe & expandiſſe ſe ſuper ſepulcra Avorum, precatumque eſſe אבות העולם בקשו עלי רחמים שאנצל מעצת מרגלים *Patres ſæculi, ſive Avi intercedite PRO ME ut a conſilio Exploratorum liberer*. Jam vero עלי *pro me* aperte ſatis declarat, eoſdem juſtorum in Abrahæ ſinu degentium interceſſionem prodeſſe etiam ſingulis cenſuiſſe.

Rom. XV. 30. παρακαλῶ δὲ ὑμᾶς ἀδελφοί διὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ διὰ τῆς ἀγάπης τοῦ πνεύματος, συναγωνίσασθαί μοι ἐν ταῖς προσευχαῖς ὑπὲρ ἐμοῦ πρὸς τὸν Θεόν, *Obſecro autem vos fratres per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, & per caritatem Spiritus, ut adjuvetis ME in orationibus PRO ME ad Deum?* Profecto *ὑπὲρ ἐμοῦ pro me* ὑπὲρ ἐμοῦ, quod etiam repetit *Epheſ.* VI. 19. Vivorum orationes non pro *Eccleſia in genere* tantum, ſed & pro ſingulis probandas fore meridiano clarius commonſtrat. Quocirca hunc in modum erat ſcribendum fuerat: „ De Sie Sin concedimus, „ quod ſint Vivi orant nedum pro Eccleſia in genere, ſed etiam pro „ ſingulis; ita in Cœlis orent nedum pro Eccleſia in genere, ſed etiam „ pro ſingulis „. Quandoquidem vero licitum eſt Viventium preces implorare abſque injuria Mediatoris, quid ni etiam Juſtorum cum Chriſto regnantium, quique ejuſdem Eccleſiæ, ejuſdem Corporis Membra ſunt, & una Chriſti Capiti interceſſione ortuntur? Quos utique invocamus, ut Tridentini verbis utar, *ob beneficia impetranda a Deo per Filium ejus Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum, qui ſolus noſter Redemptor & Salvator eſt.*

(1) Cap. VII. §. 6. apud VVagenſeil.

fuiſſe. Quod etiam indubitanter evincitur e precum formulis, quas adhibere conſueverunt, quum Defunctis juſta perſolvunt. Sed de *his* mox in altero, quod jam ſubnectimus, argumento.

EXERCITATIO ALTERA.

In Matth. XII. 32.

Adverſus Hackſpanium, Binghamum, Beauſobrium, Alioſque

In qua Catholica de PURGATORIO doctrina ex priſca Patrum & Eccleſiarum Traditione Sac. Script. documentis apprime conſona, atque ex Judæorum etiam conſenſione evincitur, & illuſtratur.

I. EOdem in Opere Hackſpanius expendenda etiam ſuſcepit hæc verba Chriſti a Matthæo relata Cap. XII. v. 32. *Quicumque dixerit verbum contra Filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit contra Spiritum Sanctum, non remittetur ei neque in hoc ſæculo, neque in futuro*. Iſtorummet verborum ſenſuum, utpote ſibi inviſum, Calvinus, Bernardinus Ochinus, aliique ejuſdem farinæ antea quidem detorquere, atque invertere conati ſunt. Quumque eorum commenta valenter eſſent a noſtris Theologis refutata, Hackſpanius aliam jam iniit viam; ac de hiſce poſtremis, *non remittetur ei neque in hoc ſeculo, neque in futuro*, hæc habet (1), Ego phra-
„ ſin hanc Rabbinicam eſſe didici ex Libro חסידים
„ num. 34. ubi hæc leguntur: *Hiſtoria extat de ægro-*
„ *to, quodam, ad quem acceſſit medicus, ut ei mederetur,*

e e „ *dicens:*

(1) *Cap. III ſect. 2. De uſu Scriptorum Judaicorum in expoſitione Librorum Novi Teſtamenti num. XLI. & ſeqq.*

„ *dicens : Si aquam biberis , eris in periculo ; & ſi manducaveris cibum N. eris in vitæ ipſius diſcrimine . Dixit vero ægrotus filio ſuo* תן לי מים ואתו מאכל פלוני ואם לאו לא אמחול לך לא בעולם הזה ולא בעולם הבא *Da mihi aquam , illumque cibum interdictum : Sin minus NON CONDONABO TIBI NEQUE IN HOC NEQUE IN FUTURO SECULO* . Excute jam phraſin hanc , ſubdit Hackſpanius , & quid illa ſibi velit judica . Pontificii inde cogere conantur , non quidem ex Regulis Logicorum , ſed prudentiæ remitti poſſe peccatum in futuro quoque ſeculo : Sed .... ſermo gentis conſulendus „ . Porro , ut rite cujuſcemodi ſit gentis ſermo , dicendique ratio teneatur operæ pretium cenſuit Judæorum hac de re doctrinam in medium adducere atque explicare : conſentaneum quippe eſt ut ex comperta , & cognita quorumque mente atque ſententia de verborum ab eiſdem prolatorum ſignificatione , atque intelligentia conjectemus . Quamobrem illorum ſententiam declaraturus ſic pergit „ Diſerte dicitur Libro citato num. penultimo אין כפרה לאחר מיתה כי בחבל מות האדם נתכפרו לו עונותיו *Nulla eſt peccati expiatio poſt mortem : nam per dolorem mortis , quem perſenſiſset homo , expiantur , vel remittuntur ipſi omnia peccata ejus* . Hinc agonizantes dicere conſueverunt תהי מיתתי כפרה על כל חטאים ועונות ופשעים שחטאתי ושעויתי ופשעתי לפניך מיום היותי *Eſto mors mea expiatio*.

Digitized by Google

„ *piatio pro omnibus peccatis, & iniquitatibus & prævaricationibus, quibus peccavi, perverſe egi, & prævaricatus ſum coram te a primo vitæ meæ tempore*. Quod ſi itaque omnia piorum peccata (nam de רשעים גמורים *prorſus improbis*, & בינינים *intermediis*, quid ſentiant, alibi oſtenditur) morte expiantur, adeoque nulla conceditur poſt mortem vitii remiſſio, ſane phraſis *Non remittetur ei, neque in hoc, neque in futuro ſeculo*, prudenter exponi nequit, quaſi in futuro ſeculo detur quoque remiſſio.

II. Obſervat deinde æquipollentia eſſe hæc פרע & לא מחל, *ulciſci*, & *non condonare*; ex quo nata eſt, inquit locutio illa, *non remittetur ei NEQUE in hoc, NEQUE in futuro ſeculo*, hoc eſt pœnas dabit certiſſime. Quod urgere quoque pergit animadvertens Parentem ægrorum illum nihil certe poſt mortem condonare Filio potuiſſe; ut proinde non aliud nos doceant verba illa, quam nunquam Filio remiſſum iri peccatum. Uſu igitur, concludit, talia metiri interdum debemus. Uſus vero, quum juxta ipſius probationem, talem phraſeos illius ſignificationem non ferat, qua nempe intelligamus dari peccata quædam, quæ in futuro quoque ſeculo condonentur; conſectarium erit, quod ipſe contendit, perperam ſcilicet inde Pontificios Purgatorii locum commentos eſſe, in quo detenti Fidelium ſpiritus peccatorum quorundam reatus temporaneis ſuppliciis luant, quibuſque aliquando remiſſio concedatur.

III Expoſita Adverſarii ſententia, ejuſque rationum momentis in medium allatis, ſubjiciendum nunc eſt quidnam de toto hoc ejus molimine cenſeamus. Sane quum iſthæc legi, dicam enim ut res eſt, non potui talem Viri docti vel allucinationem, vel auſum & confidentiam non admirari. Enim vero id omne, quod eo in loco fundit congeritque, ejuſcemodi plane eſt, ut vel ineptum certe, abſurdumque, aut doli etiam impoſturæque plenum habendum ſit. Quem jure vero meritoque taliter de ipſo cenſeam atque pronunciem, pelam jam faciem, geminas adverſus eundem Propoſitiones conſtituens, ejuſque demum objecte diſſolvens. Eſto igitur,

PROPOSITIO I.

Ex laudato Matthæi textu (*Quicumque dixerit verbum contra Filium hominis, remittetur ei : qui autem dixerit contra Spiritum Sanctum, non remittetur ei neque in hoc ſeculo, neque in futuro*) non ab re Purgatorii exiſtentia, ac veritas a Noſtris infertur.

IV. DE hiſce Chriſti D. verbis agentes, longam haud equidem moram trahemus in definiendo quidnam rei ſit peccatum ejuſcemodi, quod appellatur *in Spiritum Sanctum* (1); quippe quum hoc præſentis inſtituti non ſit, iſtiuſque loci difficultas & controverſia ad poſteriorum verborum explicationem atque intelligentiam referatur, ad hæc videlicet : *Non remittetur ei, neque in hoc ſeculo, neque in futuro*.

Hæc

(1) Hac de re Vide ſis Athanaſ. *Epiſt. 4. ad Serapionem*. Chryſoſt. *Homil. 42.* & *in hunc Matthæi locum*. Ambroſ. *lib. 2. De Pœnitent. cap. 4.* & *lib. 1. de Spiritu S. c. 3.* Baſil. *Regul. Brevior. in Reſponſ. ad Interrog. 273.* Hieronym. *in Comment.* *Auguſt. Serm. olim 11 nunc 71. De Verbis Domini*, & D. Thom. tum in *Comment.* ad hunc locum, tum in 2. 2. *quæſt. 14. art. 1.* ubi inter alia hæc habet : „ Diſtinguitur blaſphemia in Spiritum Sanctum contra blaſphemiam in Filium hominis. Chriſtus enim operabatur quædam humanitus, comedendo, bibendo, & alia hujuſmodi faciendo, & quædam divinitus, ſcilicet dæmones ejiciendo, mortuos ſuſcitando, & alia hujuſmodi, quæ quidem agebat & per virtutem propriæ divinitatis, & per operationem Spiritus Sancti, quo ſecundum humanitatem erat repletus. Judæi autem primum quidem dixerant blaſphemiam in Filium hominis, cum dicebant eum voracem, potatorem vini, & publicanorum amatorem, ut habetur Matthæi xi. poſtmodum autem blaſphemaverunt in Spiritum Sanctum, dum opera, quæ ipſe operabatur virtute propriæ divinitatis, & per operationem Spiritus

Hæc igitur explicaturi, ſilentio primum non præteribimus (quandoquidem id nonnulli (*) negotium faceſſere poſſe arbitrantur) eandem Judæorum criminationem, atque hanc eandem Chriſti ſententiam, quæ apud Matthæum eſt, a Marco quidem, aliis tamen verbis referri (1). Petes hunc nempe de eo, qui in Spiritum Sanctum blaſphemaverit, dicitur (2) οὐκ ἔχει ἄφεσιν εἰς τὸν αἰῶνα, ἀλλ' ἔνοχός ἐστι αἰωνίου κρίσεως, vel, ut alibi legitur ἁμαρτίας (3), κολάσεως (4). *Non habet remiſſionem in æternum*, ſed *reus erit æternæ condemnationis*, aut *æterni judicii* vel *peccati*. Quæ ut ut a nobis legantur, eodem recidunt: taliſque pœna ſignificatur, quæ tiul.

„ ritus Sancti, attribuebant principi dæmoniorum „. Et art. 3. De eodem „ peccato „ dicitur, quod est irremiſſibile, non quod nullo modo remittatur, sed quia quantum eſt de ſe, habet meritum ut non remittatur. Et hoc dupliciter, uno modo quantum ad pœnam. Qui enim ex ignorantia vel infirmitate peccat, minorem pœnam meretur. Qui autem ex certa malitia peccat, non habet aliquam excuſationem unde ejus pœna minuatur. Similiter etiam qui blaſphemabat in Filium hominis, ejus divinitate nondum revelata, poterat habere aliquam excuſationem propter infirmitatem carnis, quam in eo aſpiciebat, & ſic minorem pœnam merebatur: ſed qui ipſam divinitatem blaſphemabat, opera Spiritus Sancti diabolo attribuens, nullam excuſationem habebat, unde ejus pœna diminueretur ... Alio m do poteſt intelligi quoad culpam, ſicut aliquis dicitur morbus incurabilis ſecundum naturam morbi, per quem tollitur id, per quod morbus poteſt curari, puta cum morbus tollit virtutem naturæ, vel inducit faſtidium cibi & medicinæ, licet talem morbum Deus poſſit curare. Ita & peccatum in Spiritum Sanctum dicitur irremiſſibile ſecundum ſuam naturam, in quantum excludit ea, per quæ fit remiſſio peccatorum. Per hoc tamen non præcluditur via remittendi & ſanandi omnipotentiæ & miſericordiæ Dei „. Et in eodem art. ad 3. „ Liberum arbitrium, quidem, remanet quidem ſemper in hac vita vertibile, tamen quandoque abjicit a ſe id, per quod verti poteſt ad bonum, quantum in ipſo eſt. Unde ex parte ſua peccatum eſt irremiſſibile, licet Deus remittere poſſit „.

(*)
(1) Cap. III. 22. & ſeqq. (2) verſ. 29. (3) *Cantabr. Marcb. Veleſ. Steph.* 2. (4) *Montfort.*

nullum unquam habitura finem ſit; adeo ut ex hoc etiam contextu certo quidem intelligamus, blaſphemis in Spiritum Sanctum æternam pœnam indici. Veruntamen id præ oculis habere ſane quidem decet, quod recte Chryſoſtomus quoad Evangeliſtas animadvertit (1), eos nempe multa quidem communiter retuliſſe; atque interea unumquemque ipſorum peculiare aliquid conſcripſiſſe. Communiter porro hac in re Matthæus, & Marcus tum reatus gravitatem, tum ſupplicii perpetuitatem enarravere: non condonatur ſiquidem in æternum, quod neque in hoc, neque in futuro ſeculo condonatur. Ubi autem Marcus, qui Matthæi fere breviator eſt (2), hanc de ſupplicii perpetuitate ſententiam nudam effert, Matthæus, qui copioſior eſſe ſolet ac fuſior, in ſua narratione Chriſti dictum diſtinctius tradidit expreſſitque. Jam vero, quum, uti præclare quidem ſcripſit Auguſtinus (3), authoritas tanta ſit Evangelii Sancti, ut quia in eis loquebatur Spiritus unus, verum ſit etiam quod dixerit unus; id utique, quod apud Matthæum invenitur, religioſe omnino excipiendum atque pendendum eſt.

V. Servatoris ergo ſententiam, uti apud Matthæum habetur, verſantes explicanteſque non pauci Theologorum utique monuerunt ex iſto loquendi modo: *non remittetur neque in hoc ſeculo, neque*

(1) *Præfat. in Matthæum.* (2) *Auguſt. De conſenſu Evangeliſtarum lib. 1. cap. 2. & 3.* (3) *Auguſt. serm. 235 in diebus Paſchalibus, alias de Tempore 140.*

que in futuro, ſignificari certe quidem (1) peccatorum quorundam relaxationem non ad *præſens* duntaxat, ſed ad *futurum* quoque *ſeculum* pertinere (2); proindeque & *Purgatorium*, ſtatum illum videlicet denotari, in quo talis peccatorum remiſſio atque abſolutio locum habeat. Porro quod ea ſic intellexerint, & explicarint, non inconſiderantia certe aut imperitia, ſed accurata ſane quidem talium verborum ponderatio, Veterumque effecit authoritas; neque heri aut nudius tertius ejuſcemodi in Eccleſia tradi cœpta eſt interpretatio atque doctrina.

VI. Atque equidem ſi peccatum omne, quod relaxatur, in hoc tantum ſeculo relaxaretur, in caſſum a Chriſto ibi adjectum eſſet, *neque in futuro*; immo, ut Auguſtini & ratione & verbis utar, *de quibuſdam*

(1) Ex eodem Textu alia quoque veritates deducuntur, errorque explodunturf Novatianorum lapſis pœnitentiam ac veniam denegantium, & Origeniſtarum aſſerentium peccatorum quorumque veniam tandem aliquando in futuro ſeculo conſecuturos.

(2) *Futurum ſeculum* hebraice equidem dicitur עולם הבא, de cujus phraſeos acceptione pro locorum in quibus adhibetur circumſtantiis variis diſſerunt, cenſentque eruditi, inter quos videri poſſunt Raymundus Martini, VVitſius, Rheuferdus, Clericus, & Anſaldi noſtri Commentarius *De futuro ſeculo ab Hebræis ante captivitatem cognito*. Mediolani 1748. Sed hoc loco, quandoquidem ita de *futuro ſeculo* ſermo eſt, quatenus opponitur *præſenti*, perſpicuum ſane eſt, per hujuſmodi verba tempus omne intelligendum quod eſt poſt hanc vitam. Quum enim *præſens* ſeculum præſentem ibidem procul dubio vitam notet (atque *ὁ βίος τῆς ἀνθρώπων*, *ὁ τῆς ζωῆς χρόνος Vita hominum*, *Vitæ tempus* Heſych. in hanc vocem), ita plane conſequitur, per *futurum* alteram ſubſequentem vitam, poſteriuſque id tempus omne ſignificari. Quocirca Jo. Calvinus *In Armoniam Evangel.* & *lib.* 3. *Inſtit.* c. 5. § 7. inepte torquet hæc verba, dum per ea extremum judicii diem notari contendit. Quem quidem, noſſe quidem poterat, non hujuſmodi verbis efferri in Sacris Literis, ſed *Diem Domini*, *Diem noviſſimum* appellari.

quibuſdam veraciter non diceretur, quod non eis remittatur neque in hoc ſeculo, neque in futuro, niſi eſſent quibus etſi non in iſto, tamen remittetur in futuro (1). Eadem Chriſti verba perpendens Gregorius Magnus: *In qua ſententia*, inquit (2), *datur intelligi quaſdam culpas in hoc ſeculo, quaſdam vero in futuro poſſe laxari. Quod enim de uno negatur, conſequens intellectus patet quia de quibuſdam conceditur*. Quemadmodum ſcilicet appoſite loquens quiſquam non diceret quoddam eſſe peccatum quod non remittitur in hoc ſeculo, niſi compertum eſſe atque receptum crederet aliqua eſſe peccata, quæ in hoc ſeculo remittantur; ita a pari quidem Servator de peccato in Spiritum Sanctum peculiariter non dixiſſet, quod in futuro ſeculo non remittetur, niſi aliqua eſſent peccata, quæ in altero ſeculo dimittantur.

VII. Auguſtino, & Gregorio M. concinunt S. Julianus Archiep. Toletanus (3), Iſidorus (4), Beda (5), Bernardus (6), aliique plures. Ipſi porro quum ejuſcemodi expoſitionem præbeant, quæ obvia quidem eſt, & liquido e verbis ipſis fluit, cordatus jam nemo ab ea recedendum dixerit, niſi abſurdum inde repugnanſve documentum conſequatur. At vero exprompta inde allataque doctrina haud alia ſane ab ea eſt, quam & alii Patres, & Eccleſiæ perpetuum tradidere; quæque cum aliis Scripturarum textibus atque doctri-

ff   nis

(1) *Lib. 21. De Civit. Dei Cap. 24.* (2) *Lib. 4. Dialog. Cap. 39.* (3) *Prognoſt. lib. 2. Cap. 19.* (4) *Lib. I. De Officiis Eccleſ. Cap. 18.* (5) *Comment. in haec Matthaei verba.* (6) *Serm. 66. in Cantica.*

nis apprime conſentiat, tum rectæ quoque rationis ſuffragio comprobatur.

VIII. Ante Auguſtinum videlicet eandem ſuis quidem in ſcriptis teſtatos fidem conſtat in Africa Tertullianum (1), Cyprianum (2), Arnobium (3), in Ægypto Origenem (4), apud Palæſtinos Cyrillum Hjeroſolymitanum (5), in Meſopotamia Ephræmum (6), in Cypro Epiphanium (7); Alibi in Aſia Gregorium Nazianzenum (8), Gregorium Nyſſenum (9), Baſilium Magnum (10); quibus & adjunguntur Authores

(1) *Lib. de Monogamia Cap. 10. De corona milit. Cap. 3.* (2) *Epiſt. 52. ad Antonianum.* (3) *In fine Libri 4. contra Gentes.* (4) *Lib. 5 contra Celſum. Homilia 28. in Numer.* (5) *Catecheſ. Myſtagogica 5. num. 9. & 10.* (6) *Tum in Cantibus, Hymnis, & Carminibus pro Defunctis, tum apertiſſime quoque in Teſtamento, ubi: Adjuro vos, inquit, Cariſſimi, ut mei in precibus, & orationibus memores ſitis ... Et quando diem trigeſimum complevero, mei memoriam, fratres, facite. Mortui enim oblatione, quam viventes faciunt, adjuvantur.* מומא אנא לכון חביבי דהויתון מתדכרין לי בצלותא ובבעותא.. ומא דמלו לי דתלתין עבדו לי אחי דוכרנא דמתעדרין אנון מיתא בקורבנא דעברין ח״א Quo, & hanc Eccleſiæ Traditionem, Scripturarum documentis conſentaneam eſſe commonſtrat, inter quæ Judæ quoque Maccabæi Exemplum proponit. Quem etenim habeamus de ipſo, quod interfectos illos, qui cum pietate dormitionem accepiſſent, Sacrificiorum ope a reatibus emundandos curavit, *quanto magis*, jam inquit, *Sacerdotes Filii Dei per ſanctas oblationes ſuas, & per linguarum ſuarum deprecationes mortuorum debita poterunt abolere* כמא מרין כהנוהי דברא מחסין חובא דעניא בקורבניהון קדישא ובצלותא דפומיהון (7) *Hæreſ. 75.* (8) *Orat. 19. in Sanctis Lumin.*, *Orat. 10. in Funere Cæſarii.* (9) *Orat. Pro mortuis, & Orat. De infantibus, qui præmature abripiuntur.* (10) *In Caput 9. Iſaiæ.*

Authores Conſtit. Apoſtol. (1), & Libri de Eccleſiaſtica Hjerarchia (2), Euſebius Cæſar (3), Ambroſius (4), Jo: Chryſoſtomus (5), Hjeronymus (6).

IX. Quod ſi ad Eccleſiarum Liturgias conſulendas tranſeamus (7), inſpectis equidem antiquiſſimis quibuſque, non tantum Romana, Ambroſiana Gallicana, Gotbica, Moſarabica, ſed Græcis quoque, Copticis, Æthiopicis, Syriacis, etiam illorum, qui a communione Catholica dudum receſſere, nullam reperire eſt, in qua Defunctorum pia mentio non agatur. Qua quidem in re nos certe non fugit, Sanctorum quoque commemorationem in eiſdem haberi: at vero illorum alia longe ratione alioque conſilio, quam illorum de quibus agimus Defunctorum meminiſſe conſpicimus. Ubi namque Sanctorum memoria fit, pro ipſorum beatitate & gloria gratiæ largitori Domino rependuntur; neque oratio proprie pro ipſis funditur, ſed magis ut ipſi orent pro nobis: pro aliis autem utpore opis egentibus, ſupplex ad Deum eiſdem propitiandum adhibetur precario. Quæ diverſa comme-

f f 2 mora.

(1) *Lib 8. Cap. 41. & 42.*, ubi & conſuetudinem penes multos receptam meminit, qua Defuncti commemoratio die tertia, nona, Quadrageſima, & Anniverſaria recolebatur. (2) *Cap. 7.* (3) *In Vita Conſtantini lib. 4. cap. 71.* (4) *Orationibus de Obitu Valentiniani, Theodoſii*, & Satyri; *Epiſtolarum lib. 8. Epiſt. 2. ad Fauſtinum*; *Sermone 20 in Pſalmum 118.* (5) *Homil. 69. ad Populum Antiochenum*; *Homil. 41. in 1. ad Corinth.* *Homil. 3. in Epiſt. ad Philippenſ.* (6) *Epiſt. 26. ad Pammachium. Lib. 1. adverſus Pelag.* Conferantur etiam quæ ſcripſit Commear. in Iſaiam verſus [illegible] cum 18, quæ habet in Caput 5 Jonæ (7) Quanti momenti ſit earum authoritas, adnotavimus pag. 163 & ſeq.

morationis ratio quum a pleriſque Novatoribus, maximeque a Joſepho Binghamo (1) confidenter negetur, falſitatis eos ex Liturgiarum ipſarum teſtimoniis perſpicuis & luculentis convincimus.

X. Ac re ipſa quidem in Sacramentariis Gregoriano, Gelaſiano, Leoniano, commemoratione Sanctorum peracta, hæc ſequitur ad Deum precatio: *Quorum meritis precibuſque concedas, ut in omnibus protectionis tuæ muniamur auxilio* (2). In divina Liturgia S. Jo: Chryſoſtomi, Sacrificium offerri, quidem dicitur εἰς τιμὴν καὶ μνήμην τῆς ὑπερευλογημένης ἐνδόξου δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου, καὶ ἀειπαρθένου μαρίας, ἧς ταῖς πρεσβείαις πρόσδεξαι κύριε τὴν θυσίαν ταύτην *in honorem, & memoriam ſuper omnes benedictæ glorioſæ Reginæ noſtræ Deiparæ & ſemper Virginis Mariæ, cujus precibus ſuſcipe Domine ſacrificium illud*. Memoratiſque deinde Prophetis, Apoſtolis, aliiſque Sanctis, ſubjicitur: ὧν ταῖς ἱκεσίαις ἐπίσκεψαι ἡμᾶς ὁ θεός, *quorum precibus protege nos Deus*. Eademque ſententia in illis cernitur quæ ſub ejuſdem S. Jo: Chryſoſtomi nomine apud Syros habentur; in quarum altera Deum rogant, ut *per orationes*

(1) *Origin. Eccleſiaſtic. lib.* XV. *cap.* III. § 18. „ Ex omnibus Liturgiis, quæ „ ſub Baſilii, Chryſoſtomi, Gregorii Nazianzeni, & Cyrilli nomini„bus editæ ſunt, apparet, quod pro omnibus Sanctis precati fuerint, „ non exceptâ ipſa Maria Virgine „.

(2) Hæc verba extant quidem, videnturque in Codicibus vetuſtiſſimis, quorum aliqui ante nongentos, aliqui ante mille annos deſcripti ſunt. Eandem Sanctorum interceſſionem *Liturgiæ Latinorum* preces paſſim quidem ſpectatiſſime [illegible]. Conſuli poſſunt Cl. Card. Bona, Card. Thomaſius, Hugo Menardus, Edmundus Martene, Mabillonius, atque etiam Ludovicus Antonius Muratorius in elaboratiſſimo Opere, cui tit. *Liturgia Romana vetus*. *Venet.* 1748.

orationes eorum acceptabiles , *laqueos peccati a nobis solvat* : & in altera , ut *per supplicationem* , *& intercessionem eorum* ... *dignos efficiat nos parte & forte cum eis*. Hæc eadem verba habentur in Liturgia S. Basilii ; atque in hujus Alexandrina ὧν ταῖς εὐχαῖς , καὶ πρεσβείαις , καὶ ἡμᾶς ἐλέησον , *quorum* precibus , & intercessionibus nostrum miserere : quæ pariter in Alexandrina S. Gregorii Nazianzeni , & in ejusdem Gregorii , & Basilii Copticis recitantur . S. Cyrillus Hjerosolymitanus *Catechef. Mystagog V.* agens procul dubio de Liturgia , qua Hjerosolymorum Ecclesia utebatur : μνημονεύομεν καὶ τῶν προκεκοιμημένων , πρῶτον πατριαρχῶν ἀποστόλων , προφητῶν , μαρτύρων , ὅπως ὁ θεὸς ταῖς εὐχαῖς αὐτῶν , καὶ πρεσβείαις προσδέξηται ἡμῶν τὴν δέησιν *memoriam quoque facimus eorum* , *qui ante nos obdormierant* , *primum Patriarcharum* , *Prophetarum* , *Apostolorum* , *Martyrum* , *ut Deus eorum precibus* , *atque intercessionibus orationem nostram suscipiat* (1). In Coptica S. Cyrilli : *Illi stant* , inquiunt , *coram solio Filii tui Unigeniti* , *ipsi intercedant loco nostro pro paupertate & infirmitate nostra. Dimitte iniquitates nostras propter deprecationes eorum* . In Cyrilli Syro-Jacobitica : *Per eorum preces perfectas & supplicationes acceptissimas* , *aspice nos oculo misericordi &c.*

XI In Liturgia quæ dicitur Sancti Jacobi (2): τῆς παναγίας , ἀχράντου , ὑπερενδόξου , εὐλογημένης

(1) Beausobrius ob istæ Cyrilli Hjerosol dicta acriter in eum invehitur qua jure id vero , lectim postmodum expendetur .
(2) Venerandæ Liturgiæ hujus antiquitati testimonium reddit Proclus Archiep. Constantinopolitanus S. Jo Chrysostomi Discipulus.

δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, καὶ πάντων τῶν ἁγίων καὶ δικαίων μνημονεύσωμεν, ὅπως εὐχαῖς καὶ πρεσβείαις αὐτῶν οἱ πάντες ἐλεηθῶμεν. *Sanctiſſimæ, intemeratæ, glorioſiſſimæ, benedictæ Dominæ noſtræ, Matris Dei ſemperque Virginis Mariæ, & omnium Sanctorum juſtorumque memoriam agemus, ut eorum precibus atque interceſſionibus omnes miſericordiam conſequamur*. In Liturgia item Jacobæa qua utuntur Syri (1), poſt commemorationem Sanctorum: מטלהדא גיר ואפהנן מהדכרינן להון איכנא דאף הנון כד קימין קדם באמא דילך מרימהא נהדכרון לדדותא ולמסכניותא דילן : ונקרבון לך עמן לדבחתא הדא דחילתא ודלא דמא להירותא מן דהלין דחין וללביכותא דילן דויא ודלא שוך. *Marco enim nos memoriam illorum agimus, ut & ipſi ſtantes coram throno tuo excelſo, noſtræ tenuitatis & infirmitatis meminerint; tibique nobiſcum offerant hoc ſacrificium tremendum & incruentum, ad cuſtodiam quidem illorum qui vivunt, & ad conſolationem miſerorum & indignorum quales nos ſumus*. Eadem fides conſtanter docetur docetur in Liturgia Syriaca, quæ S. Petri Principis Apoſtolorum nomine inſcribitur, in ea quæ Xyſti Romani Pontificis fertur, aliiſque multis

(1) De hujus quidem antiquitate multa dicunt Syri, de quibus Vid. Dionyſius Barſalibi, qui XII. vivebat ſeculo, initio ſui in eam Commentarii. Uſitatiſſima certe eſt tam Orthodoxis, quam Jacobitis ex veruſta Eccleſiarum ſuarum traditione horum ſchiſma multis annis antecedente.

multis apud Syros ſegreges uſitatis (1). In Liturgia Æthiopica eadem ſæpe etiam occurrit doctrina, ut poſt lectionem Epiſtolæ Sancti Pauli: *Sancte Paule Apoſtole bone miniſter, ſanator infirmorum accepiſti coronam, ora & precare pro nobis Chriſtum, ut ſalvet animas noſtras*. Et in *Commemorat. Per omnes Sanctos & Martyres qui quietem acceperunt in fide Chriſti: Matthæum, Marcum, Lucam, Joannem, quatuor Evangeliſtas, & per Mariam Dei Genitricem exaudi nos &c.* (2). Quin & luculenter id quoque traditur in Liturgia Neſtorii, in qua: בצלותא

(1) Aliqua equidem diſcrepantia reperitur in alio Codice quo Guido Fabric. Boderianus uſus eſt pro Edit. Antverp. 1572. ubi legitur: *ut Deus praſtet illis (B. Virgini Mariæ & Sanctis) quietem, & memoriam bonam*. Quum autem hoc contrarium prorſum ſit ipſi Syriaco, aliiſque omnibus Liturgiis, ubi expreſſis verbis Sancti commemorari dicuntur, ut per illorum interceſſionem, Dei gratiam impetremus, dubitandum non eſt, ut cum obſervat Cl. Renaudotius *Obſervat. in Liturg. Syrias.* tom. 2 p. 99., quin ibi a deſcriptore mendum manaverit, qui ea quæ disjunctim ſcribenda erant, ut alibi paſſim, conjunxerit, quam certo conſilio admiſſum id fuiſſe, ut nova doctrina, a qua alieniſſimi ſunt, & quam quotidiana illorum diſciplina refellit, induceretur.

Ibi tamen quoad B. M. Virginem hæc etiam leguntur דלאיקרה ומטלהה מתקרב קורבנא הנא דילנאית ופרישית דהי הוא מרי מפיסניתא חלף מן דאתגוס בעודרנא דצלותה *in ejus honorem, & gratiam hoc peculiariter etiam diſtinctque offertur oblatio, ut ipſa ſit Domino nostri reconciliatrix pro iis qui ad precationem ejus confugerint.*

(2) Vel in his, equidem patet Liturgiæ [illegible] doctrinam conſentire quidem cum ea, quam deprehendimus in cæteris Liturgiis, expreſſeque etiam Alexandrinorum, a quorum diſciplina & Patriarcha Æthiopes pendent; etſi aliqua eo [illegible] perturbatio. Qua de re Vid. laud. Renaudot. *Liturg. Orient.* Tom. 1 p. 528. & ſeqq.

ובבעותא דכלהון אלין דשפרו קדמיך אהפך לותן ואתרחם עלין ועל כלהון עבדיך ואמהתך דקדם מדבחך קימין ואשוא לכלן דנמהוהף למנהא ולדהוא דמטת לקדישיך בנהרא · *Per orationem, & deprecationem eorum qui placuerunt coram te, reſpice ad nos, & miſerere noſtri, omniumque ſervorum & ancillarum tuorum, qui ſtant coram Altari tuo: & fac nos omnes dignos, ut ſimus participes partis & hereditatis, quæ obtigit Sanctis tuis in lumine.* Quo ex teſtimonio abunde quidem patet, antiquos Neſtorianos ipſam eandem & de actuali Sanctorum Beatitudine, & de eorundem Invocatione, atque Interceſſione Doctrinam profeſſos eſſe: qui itidem ſenſus in eorundem Horologiis, & Euchologiis creberrime deprehenduntur. Hæc itaque, & id genus, ubi Sanctorum fit mentio: Ubi vero aliorum Fidelium, qui non lethali quidem culpa gravati, non plene tamen in hac vita purgati deceſſerint, ecce jam cujuſcemodi verba adhibeantur ac preces.

XII. In laudatis Latinorum Sacramentariis eadem quam nunc ſervamus, diſtincta a Sanctis aliorum Fidelium mentio reperitur, pro quibus: *Ipſis & omnibus in Christo quieſcentibus locum refrigerii, lucis, & pacis ut indulgeas, deprecamur* (1). In *Divina Litur-*

(1) Binghamus loco cit. ut pro Sanctis orari conſueviſſe demonſtret, hanc nobis Orationem ſæpe jam objectam, atque explicatam regerit, quæ in vetuſtis Miſſali Romano legebatur: nimirum: *Adjuva nobis, Domine, ut animæ famuli tui Leonis hæc proſit oblatio, quam immolando totius Mun-di*

Liturgia Chryſoſtomi : πάντων τῶν ἐλπίδι ἀναστάσεως, ζωῆς αἰωνίου τῇ σῇ κοινωνίᾳ κεκοιμημένων ὀρθοδόξων πατέρων καὶ ἀδελφῶν ἡμῶν, φιλάνθρωπε κύριε συγχώρησον. *Omnibus qui in ſpe reſurrectionis æternæ vitæ obdormiverunt, Patribus & Fratribus noſtris miſericors Domine veniam indulge.* ἀνάπαυσον αὐτούς· ὅπου ἐπισκοπεῖ τὸ φῶς τοῦ προσώπου σου κύριε: *Fac eos requieſcere ubi effulget lumen vultus tui Domine.* In *Divina Liturgia S. Baſilii*, ἐν τόπῳ φωτεινῷ, ἔνθα ἀπέδρα λύπη, καὶ στεναγμός· ἀνάπαυσον αὐτούς, ὁ θεὸς ἡμῶν. *In loco lucido, ubi exulat dolor & gemitus requieſce eos Deus noſter.* In ejuſdem item *Alexandrina* rogatur Deus pro illorum quiete, utque ipſos deducat collocetque in loco deliciarum unde aufugit dolor, triſtitia, & gemitus,

di tribuiſſi relaxari delicta. De qua „ Hæc formula, inquit, adeo incongrua ſe ul ſequentibus videbatur, ut in recentioribus Sacramentariis ſive Miſſalibus hunc in modum mutaretur: *Adjuva nobis quæſumus Domine, ut intercesſione B. Leonis hæc nobis proſit oblatio.*

Sed incongrui nihil habet, quod, quando pro eo nobis non innoteſcit, quemdam ad beatitatem & gloriam perveniſſe, tum pro ipſo ut ad eam pertingat ſupplicemus; & pro eo jam non ſupplicetur, ejuſdem beatitudine & gloria comperta, ac declarata. Pro alia videlicet atque alia cognitione quam de illo habemus, aliter atque aliter agere quidem decet; ut ei nimirum, ſi forte adhuc egeat, ſuffragemur; ubi autem certiores facti fuimus eum jam non indigere, ſed ad gloriam tranſlatum juvare nos poſſe, tum expedit nobis ad ejus opem interceſſionemque confugere.

Quanquam hoc loco, Orationis formula quæ antea uſurpabatur; ſtatim ex, licet quidem poteſt, ut illud *proſit*, ad *honorem* prodeſſe ſignificaret; uti pridem Innocentius III. reſpondit (V. *Decret. Gregor. IX. lib. 3 tit. 41. c. 6.*) Neque etenim ibi peccatorum ejus remiſſio, liberatio, aliave id genus, ut alibi quoad alios de quibus ſermonem inſtituimus, poſtulantur. Illiuſmodi cum formulis paſſim quidem reſteque utimur, dicimus nempe: *ut illis proficiant ad honorem, nobis autem ad ſalutem*: quæ locutiones quemadmodum ſint intelligendæ, docet D. Thomas in 4. *Sent. Diſt.* 45. *ar.* 2. *quæſtiunc.* 4. Vid. etiam Cl. Muratorius in laudat. Opere *De Liturgia Romana Vet. Diſſertat. De Rebus Liturgicis cap. 22.*

mitus, in ſplendore Sanctorum ἔκτρεψον, σύναψον εἰς τόπον χλόης.. ἐν τῇ λαμπρότητι τῶν ἁγίων σου. In S. Gregorii *Alexandrino* ſimiliter petitur ut requiem eiſdem Deus, & Regnum Cœlorum donet: τὰς ψυχὰς ἐκεῖ λαβὼν ἀνάπαυσον, καὶ βασιλείας οὐρανῶν καταξίωσον. Quorum gemina quidem ſunt quæ recitantur in Liturgia quæ dicitur *D. Marci*. In Liturgia Hieroſolymis uſitata, ut habemus ex Cyrilli paulo ante laudati *Catecheſi Myſtagog. V.*, ſeorſim a Commemoratione Sanctorum, peculiaris deinde aliorum qui inter nos obierant ὑπὲρ τῶν ἐν ἡμῖν προκεκοιμημένων mentio agebatur; pro quibus, inquit, δεήσεις προσφέροντες, κἂν ἁμαρτωλοὶ ὦσι Χριστὸν ἐσφαγιασμένον ὑπὲρ τῶν ἡμετέρων ἁμαρτημάτων προσφέρομεν ἐξιλεούμενοι ὑπὲρ αὐτῶν τε, καὶ ἡμῶν τὸν φιλάνθρωπον Θεὸν *Orantes, tametſi peccatores ſint, Chriſtum pro peccatis noſtris mactatum offerimus, ut Deum qui clemens eſt, & ipſis quidem, & nobis propitium reddamus*. In Liturgia Coptica S. Baſilii: *Dignare Domine animas eorum omnium quiete donare in ſinu Sanctorum Abraham, Iſaac, & Jacob ... in lumine Sanctorum*. Similia habentur in Coptica S. Cyrilli: & in Coptica S. Gregorii: *Da illis omnibus requiem, cum Sanctis tuis, & cum iis quorum* nomina commemorata ſunt.

XIII. In Liturgia Græca S. Jacobi, commemoratis, ſeorſim a Sanctis, aliis Orthodoxis vita functis, pro his: ἐκεῖ αὐτοὺς ἀνάπαυσον ἐν χώρᾳ, ἐν τῇ βασιλείᾳ σου, ἐν τῇ τρυφῇ τοῦ παραδείσου, ἐν τοῖς κόλποις ἀβραὰμ καὶ ἰσαὰκ καὶ ἰακώβ, τῶν ἁγίων πατέρων ἡμῶν ὅθεν ἀπέδρα ὀδύνη, λύπη, καὶ στεναγμὸς, ἔνθα ἐπισκοπεῖ τὸ φῶς τοῦ προσώπου σου. *Fac eos requieſcere in*

regione

regione viventium , *in regno tuo* , *in deliciis Paradiſi* , *in ſinu Abraham* , *Iſaac* , *& Jacob* , *Sanctorum Patrum noſtrorum* , *unde exulat dolor* , *triſtitia* , *& gemitus* , *ubi præſidet lumen vultus tui* . In ejuſdem Jacobi Liturgia , qua utuntur Syri , precantur , ut Dominus illis , de quibus agitur , qui in fide Orthodoxa ex hac vita migrarunt , det requiem , *liberans eos a debito haud expleto* , *ſuperfuturo* , *aptoſque efficiens gaudio* , *quod eſt in ſinu Abraham* , *Iſaac* , *& Jacob* : *ubi ſplendet lumen vultus tui* , *unde procul fiunt dolores* , *anguſtiæ* , *& gemitus* , *non reputans illis omnia delicta illorum* כד מפצא אנת להון מן חובא דלא שולמא דעתיד ומשוא אנת להון לבוסמא דבעותא דאברהם ודאיסחק ודיעקוב לאיכא דסער נהורא דפרצופא דילך מן איכא דערקו כאבא ועקתא ותנחתא כד לא חשב אנת להון כלהין שורשא דילין . Quæ quidem ipſorum quies , & in ſinu Abrahæ collocatio itidem poſtulatur in Liturgiis , quæ præ ſe ferunt nomina *S. Petri Principis Apoſtolorum* , *Marci Prædicatoris & Evangeliſtæ* , *Jacobi Baradæi* , *Jacobi Edeſſeni* , & id genus . Quod etiam in *Dioſcori* Liturgia , & in Liturgia communi , ſive *Canone univerſali Æthiopum* obſervamus .

XIV. Liturgias denique Neſtorianorum conſulentes , ipſas quoque deprehendimus eoſdem ſenſus concorditer reſonare . In Liturgia *Neſtorii* Deum rogant , ut illorum , qui in fide veritatis ex hoc ſeculo deceſſerunt , reminiſcatur , *ſolvens* , *& remittens illis quodcunque peccaverunt* , *aut in quo deliquerunt*

כד שרא אנת ושבק אנת להון הו מדם דחטו *runt* וסכלו . Sic etiam habent in Liturgia *Theodori Mopſveſteni* דבטיבותך מרי תחסא אנת לכלהון חטהא וסכלותא , *ut per gratiam tuam, Domine, veniam illis concedas omnium peccatorum, & delictorum*: Quibus protſus quidem conſentiunt quæ recitant in Liturgia *Apoſtolorum Sanctorum*, quo nomine Neſtoriani peculiariter appellant Adæum, & Marin (c).

XV. Jam vero quum pro Sanctis minime gentium ſupplicetur, pro illis autem de quibus verba facimus, Defunctis Fidelibus preces fiant. Iſtorum ergo impar procul dubio, opiſque egentium conditio eſt. Sique in laudatis Orationibus petere conſueverunt, ut illis ignoſcat Deus; igitur in ejuſcemodi ſtatu eſſe, quo & aliquid adhuc debeant, & aliquam eiſdem veniam impetrari poſſe tenuerunt. Neque profecto liberationem, non requiem, non lucem bis adprecatos Priſcos illos omnes haberemus, ut talium demortuorum

(c) Fallitur profecto Cenalis (ſuperius cit. pag. 069) aſſerens Neſtorianos Malabares, eo quod ſpatio mille ducentorum & amplius annorum nullum habuerint commercium cum Eccleſiis Romæ, Conſtantinopoleos, Alexandriæ, & Antiochiæ, pleraque idcirco dogmatum patrum conſervare, quæ a Proteſtantibus admittuntur, & ab illis Eccleſiis ſive omnino, ſive ex parte rejiciuntur: inter quæ videre eſt, inquit, Purgatorium veluti fabulam traductum. Neſtorianos illos porro Purgatorium rejicere, jactatur facilius quam probatur. Quod ſi qui ita nunc forte opinarentur, ii ex vetuſtis eorum Liturgiis, Hymnologiis etiam & Euchologiis vel a ſuorum quoque *Majorum* ſententia deſciviſſe convincerentur. Sanctis etenim, ut ex allatis pag. ead. Liturgiæ Neſtorii verbis liquet, *partem & hæreditatem in lumine jam obtigiſſe* teſtantur; pro aliis vero defunctis fidelibus, ut peccatorum remiſſionem, abſolutionemque conſequantur depoſcunt.

mortuorum animas abſque requie, abſque luce, in moleſtiarum loco detentas credidiſſent. Et ſi in memoratis precibus poſtulatur ut collocentur cum Sanctis, quibus hæreditatem obtigiſſe jam traditur, a quorum domicilio abeſt dolor, gemitus, lacrymatio; diverſo ergo in loco, diverſoque in ſtatu eſſe produntur; ac tali quidem, in quo non a gemitibus, non a mœroribus vacent (1).

XVI.

(1) En hic perſpicuum & quanti id facere debeamus, quod Binghamus loco citato pag. 255 aſſerere non dubitavit, in omnibus nempe Liturgiis ſub Baſilii, Chryſoſtomi, Gregorii Nazianzeni, & Cyrilli nominibus editis, pro omnibus Sanctis, non excepta ipſa Maria Virgine, preces fundi. Haud recte profecto tum is, tum ii quos hac in re identidem laudat, Liturgiarum illarum loca inter ſe contulerunt, earumque ſententiam explicarunt. Ipſe autem nec Baſilii, neque Cyrilli, nec Nazianzeni Liturgiis in medium allatis, confert ſe ad Chryſoſtomum. „ Chryſoſtomus, inquit, pro Martyribus oblationem fieri, diſerte affirmat. Atque ita in Græca ejus Liturgia eſt: Ἔτι προσφέρομέν σοι τὴν λογικὴν ταύτην λατρείαν ὑπὲρ τῶν ἐν πίστει ἀναπαυσαμένων προπατόρων, πατέρων, πατριαρχῶν, προφητῶν, ἀποστόλων, κηρύκων, εὐαγγελιστῶν, μαρτύρων, ὁμολογητῶν, ἐγκρατευτῶν, καὶ παντὸς πνεύματος ἐν πίστει τετελειωμένου· ἐξαιρέτως τῆς παναγίας ἀχράντου, ὑπερευλογημένης ἐνδόξου δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας. *Offerimus tibi rationalem hunc cultum, pro in fide requieſcentibus Majoribus, Patribus, Patriarchis, Prophetis & Apoſtolis, Præconibus & Evangeliſtis, Martyribus, Confeſſoribus, continentibus, & omni Spiritu in fide initiato, præcipue pro ſanctiſſima, immaculata, ſuper omnes Benedicta, Domina noſtra Deipara & ſemper Virgine Maria.* Quamquam, obſervante Uſſerio, quidam Latini interpretes hæc verba perverſe reddiderunt ita: *Offerimus tibi rationalem hunc cultum pro in fide requieſcentibus Majoribus, & Patribus per deprecationem Patriarcharum, Prophetarum, Apoſtolorum, Martyrum & omnium Sanctorum.* Male enim Latinis auribus ſonabat, audire Chryſoſtomum dicentem, veterem Eccleſiam pro Sanctis, & Martyribus orare. Sed dicit tamen, non tantum in locis ante memoratis, ſed in aliis etiam paſſim „. Hæc ille. Ita ne autem, ut a Binghamo pronunciatur, dicit ac ſentit Chryſoſtomus? Immo vero & in locis ab ipſo memoratis, & in aliis paſſim, ab ea quam illi adſcribit ſententia longiſſime diſtat, catholicamque noſtram perſpicue tradit & luculenter.

At

XVI. Veruntamen eosdemmet a Reproborum quoque conditione discrepare certissimum quidem est :

At primo equidem observetur, Sanctorum commemorationem ibi non fieri ut iis [illegible]; sed pro B. Virgine alii quidem Sancti memoriam [illegible] ac dominum [illegible], ut non propositum, [illegible] : *& omnium Sancti* [illegible], *quorum preci* [illegible] *protege nos Deus*. Praeterea notandum est, Sanctorum [illegible] ibidem, quemadmodum diximus, omnino distinctam esse ab alia Fidelium Defunctorum Commemoratione, pro quibus deinde subditur : [illegible] *& memento omnium qui praedormierunt in spe resurrectionis aeternae* [illegible]; & quod hos Sacerdos orat pro requie, *& remissione animae &c.* [illegible] *Deus requiescere eos facias in loco lucido, e quo aufugit dolor &c.*

Quod itaque Latini IIII interpretes ab adversariis sugillati, eo loco insteruerint illud *per deprecationem*, praeterquam in bonam notam graeci Codicibus habeatur, id tum in eo evenit quod accuratum codicum copiam non habuerint; attamen porquam evidenter patet, in Commemorationis ejusdem fine, Patriarcharum aliorumque Sanctorum deprecatorum positam.

Sed quoque debetur Binghamo redargutio, qui Liturgiam suo sensu destinatam producit, formulam illam dissimulans, qua Sanctorum ibidem commemoratio terminatur. Bonam ne is fidem atque sinceram [illegible], qui se distinctam alterius Defunctorum illorum commemorationem dissimulet, pro quibus preces quidem funduntur, non autem deprecatio aut intercessio, ut Patriarcharum ceterorumque Sanctorum expolitur? Hunc ille, qua ad verum Liturgiae sensum percipiendum tantopere faciunt, haec, inquam, dissimulat, utque magis ista permisceat atque confundat, laudatae Liturgiae verba non recte interpretata nobis obtrudit. Quod etenim redditur, *& unicuique spiritui in fide* [illegible], reddendum erat, *& omni spiritui in fide consummato*. In textu videlicet graeco ab ipso in medium allato habetur, [illegible], quod equidem verbo id quod absolutum est, perfectum, consummatumque significat. Quamquam autem baptismate initiatos ejusmodi nominibus insignitos interdum videamus, in hoc tamen proposito hujusce vocabuli vis non imminuitur. Ii videlicet vocati sunt, ut effectus per baptisma in eis productus exprimeretur : talis enim vero sanctaeque gratiae plenitudo illi qui baptizatur confertur, ut in ea constitutus [illegible] *perfecti*, *consummatique* appellatio merito tribuatur. Quoties illos qui in ea perseveraverint, eamve aut bonis operibus, aut martyrio adepti rursum sint, ejusmodi nomenclatura donatos habemus, (ut [illegible], [illegible], & id genus passim apud Gregorium Nazianzenum, Eusebium Caesar., aliosque) non autem Fideles quoscumque, neque illos qui etsi Dei caritate non sint destituti,

eſt: pro iſtorum videlicet liberatione, & beatitate, utpote quæ in perditis ac deſperatis eſt, nullas unquam ab Eccleſia preces inſtitutas reperi-

et, imperfectionibus tamen non careant; Deoque plene non ſatisfecerint; quibus eqsdem, ut imperfectis, [illegible], perfectorum nomen abſonum omnino eſt. Ac tanto etiam minus ibi vertendum ſuerat, & omni ſpiritu in fide initiare, quod pro aliis in, fide utique iniatis, diſtincta, uti docuimus, mentio ac ſupplicatio ſubinde fiat.

Quod autem ibi Sacrificium offerri dicatur pro Patriarchis, Prophetis, Apoſtolis, atque etiam B. V. Maria, in eorum honorem offerri intelligendum eſt, ut ex ejuſdem Liturgiæ verbis a nobis relatis [illegible] expreſſiſſime declaratur. Offertur autem pro ipſis quidem in gratiarum actionem pro eorum gloria, non in ſupplicationem pro ipſis, ut adverſus Beauſobrium ſupra oſtendimus.

Alia deinde Chryſoſtomi loca a Binghamo ibidem laudantur, ut ex ejuſdem verbis oſtendat, pro omnibus qui in fide deceſſerunt, orari conſueviſſe, ſed in his, quod eſt pro omnibus, ad Sanctos neutiquam extendendum, ſed de omnibus tantum illius claſſis, qui venia & liberatione indigent, intelligendum eſſe, omnino liquet. In Liturgia ſiquidem diſtincta præfat eſt commemoratio [illegible] OMNIUM Sanctorum a commemoratione [illegible] OMNIUM qui præierunt in ſpe reſurrectionis æternæ vitæ; atque illi requieſcentes [illegible] ibidem dicuntur, iſti non item, ſed pro iſtorum quiete ac liberatione, ut vidimus, ſupplicatur. In Homil 41 in 1. Cor. ab adverſario allegata, eadem plane, quæ in Liturgia ſervatur diſtinctio. orari ſcilicet quidem docuit [illegible] pro omnibus, qui in Chriſto dormierunt, ſed Sancti ut intercesſores deſcribuntur. Fieri potiſſimum votum ut omni ex parte conveniamus, a precibus, a donis, quæ pro eis offeruntur, ubi ii qui tam ipſi vocantur. Hi autem, ut antea declaravit, ſunt Martyres, Confeſſores, & Sacerdotes. Poſt illa verba inquit Binghamus: ſtatue hæc, quod Sancti orent pro peccatoribus, quod utique diffiteri non potuit. Quod autem deinde ſubdit, tametſi eodem tempore Eccleſia pro Sanctis & Martyribus ac peccatoribus ſimul orat, hoc vero ille dixit quidem, ſed nihil affert quo demonſtretur. Alia longe enim vero Chryſoſtomi ſententia eſt, qui Sanctis [illegible], [illegible] ſelicitates, ſelicitationes potius vocat, qui Homil. 21 in Acta Apoſt. ita de re data opera ſcribere inquit: Quid putas pro Martyribus offerri, quod vocentur in illa hora licet Martyres ſint, etiam pro Martyribus magnus honor nominari Domino præſente, dum mors illa perficitur, horrendum Sacrificium, ineffabilia myſteria. Vocari videlicet in honorem dicit, non ut ſupplicemus pro ipſis, quemadmodum ſubinde monet ut id omni conſequamur [illegible] Sed quid clarius ut, quam ſcribit De B. Philogonio Homil. VI in ordinem eorum qui ſunt contra Anomæos. Cœlorum Regnum ibi diſtribuunt, Sanctos ibi quidem feliciter degen-

Digitized by Google

petimus (1). Non itaque inter reprobos æternis addictos pœnis, neque inter Sanctos felicitate jam donatos recenſentur; in alio igitur, inque tertio

degere perquam aperte teſtatur: [illegible] *Hic multa ſunt Angelorum millia, illic Archangelorum, ſubinde felicitas Prophetarum, illinc Martyrum Chori, Apoſtolorum ordines, cuncti Juſtorum cœtus qui Deo placuerunt [illegible]; quodque majus eſt omnibus, in cœlis frequentia verſatur bonorum omnium Rex.* Quem itaque in terra cum felicioribus verſari tradat, putandum ne eſt nullum ſentire, omnino eadem precibus indigere? Sed ipſum Chryſoſtomum ipſum eam hinc ſubinde explicantem adhuc declarantem audiamus: [illegible] *Ut quum acceperint a tenuibus aliquis, quibus non eget, ſuo vicissim opponunt, remunerantem eos, qui quod poterant obtulerunt; itidem & hic cum acceperit a nobis laudem, qua nequaquam eget, rependit nobis per ipſa facta benedictionem, qua ſemper indigemus.*

Quemadmodum perpetuam quidem [illegible] hoc deinde ſubjicit: „ Auguſtinus ſingularem fovet opinionem in hac materia de precibus pro mortuis. Non enim neque pro Martyribus et aliis hominibus orandum cenſet, ſcilicet, eo quod ad cœleſtis beatitudinis fruitionem illico poſt mortem admiſſi ſint„. Non ſingularem profecto Auguſtinus, propriamve opinionem, ut ille dicitur, fovet, ſed teſtem duntaxat agit de iis, quæ in Eccleſia gerebantur. Habet, inquit Serm. 159 olim 17 *De Verbis Apoſtoli*: Habet Eccleſiaſtica diſciplina, quod fideles noverunt, cum Martyres eo loco recitantur ad Altare Dei, ubi non pro iſtis oretur, pro ceteris autem commemoratis defunctis oratur. Injuria eſt enim orare pro Martyre, cujus nos debemus orationibus commendari. Non itaque mirum ſed ſuo id profert, ſed rei memoriæ univerſim rerum quidem receptæ, & fidelibus ad quos verba faciebat, evulgatæ atque perſpectæ. Atque ipſius in hoc quidem veritas præterquam quod [illegible] in dubium revocari non poteſt, ex aliis etiam teſtimoniis evidentiſſime confirmatur.

(1) Quæ de Trajano & Falconilla, altero S. Gregorii, altera S. Theclæ precibus ab Inferis liberatis feruntur, ut mera poſteriorum ſeculi commenta, a viris etiam priſcique veterum abhorrentia, ab eruditis penitus exploduntur. Ipſaque ſane verba in Liturgiis adhibita aperta quidem commonſtrant, cujuſmodi eſſent ii pro quibus preces effundebantur,

Quæ

tertio illo plane ſtatu degunt, quem nos haud incongrue *Purgatorium* appellamus. Quo ſane vocabulo enuntiatum ejuſcemodi ſtatum percipimus Animarum Fidelium, quæ quum non ad plenum defæcatæ hinc demigrarint, purgari pergunt; quæque ex Dei miſericordia vivorum pre-

h h cibus

Quæ porro commemoratio in eiſdem fit, ipſa diſerte aſſ[illegible] modo, [illegible] [illegible] בהימנותא דשריא הריצא Fidelium, qui præceſſerunt, dormitionemque acceperunt in fide orthodoxa, in ſpe reſurrectionis vitæ æternæ; pro quibus equidem preces [illegible] ſint, ut hic Cyrillus loco paulo ante laudato p. 328 *Chriſtum pro noſtris peccatis mactatum offerimus*. Quod de illis tamen intelligi[illegible] quibus temporalium tantum pœnæ reatus, venialesve labes adhæreant. Nam eos, qui peccata letalia non antea [illegible] deſtitere, indiſpenſabili damnationi obnoxios pronunciat. Vid. Catecheſ. I num. 4, & anteſcriptam quam habet num. 35 & 45 Catecheſeos XV. Ita quoque aſſeruit Auguſtinus Lib. 21 de Civit. Dei cap. 24, Si qui aliquæ ad mortem hab[illegible] cor impœnitens, nec ex inimicis convertantur in filios, numquid jam pro iis, idest pro talium Defunctorum ſpiritibus orat Eccleſia? Neque aliud ſentit, quum Enchirid. cap. 110 de precibus pro Defunctis inquit „ Quibus autem proſunt, aut ad hoc proſunt, ut ſit plena remiſſio, aut certe ut tolerabilior fiat ipſa damnatio „. Damnationis namque vocabulum hoc in loco latius ſumit accipiturque pro pœna ſpiritibus in Purgatorio detentis inflicta; quæ tolerabilior quidem evadit, quum ſuffragiorum ope redditur vel minor, vel brevior. Vid. D. Thom. in 4. Sent. Diſt. 45 qu. 2. quæſt. art. 2 ad 1. Ibidem namque æternam damnati pœnam, aigne eruduno ab Auguſtino caſu quodam aſſerunt, ut nec hic (precibus) valeat, aut ex hac vita transferre, adjuvare. Et laud. cap. 24. lib. 21. De Civ. Dei „ Si (Eccleſia) de aliquibus ita certa eſſet, ut qui ſint illi, etiam noſſet, qui licet adhuc in hac vita ſint conſtituti, tamen prædeſtinati ſunt in æternum ignem ire cum diabolo, tam pro iis non oraret, quam nec pro ipſo „. Conſuluntur etiam quæ idem ſubjicit aliqua ad ſuam laudati libri, & Chryſoſtomus Homil. 3 in Epiſt. ad Philipp. Homil. 84. in Joannem. Conſtit. Apoſtol. lib. 8 cap. 41. S. Ephrem in Necroſimis, Auctor [illegible] de Eccleſ. Hierarchia cap. 7. Gregorius M. lib. 34 Moral. cap. 15. Theodoretus [illegible] Epiſt. lib. 4, Epiſt. 197. V. etiam hac de re Cl. P. Joan. Vincentii Patuzzi O. P. Pind. in Opera De futuro impiorum ſtatu Veronæ 1748. Ad avaldus [illegible] lib. de Miraculis S. [illegible] cap. 11 fert hic Floriacenſis pro animabus prædonum in acie cæſorum preces ad

Dominum

cibus piiſque operibus concitata veniam liberationemque celerius aſſequuntur.

XVII. Quum itaque ejuſcemodi ritus in publicis Eccleſiarum precibus communiter obtinuerit, conſequens plane eſt, ut communis hæc ipſa receptaque inter Chriſtianos omnes fides fuerit: Quippecum *legem credendi lex ſtatuat ſupplicandi* (1). Quamobrem & hæc Auguſtini uſurpare dem poſſumus: „ Si quid tota per orbem terrarum frequentat Eccleſia, quin ita faciendum „ ſit, diſputare inſolentiſſimæ inſaniæ eſt (2). „ Quod enim univerſa tenet Eccleſia, nec Conciliis inſtitutum, ſed ſemper retentum eſt, non „ niſi Auctoritate Apoſtolica traditum rectiſſime „ creditur (3). Multa videlicet, ut idem rurſus habet (4). Multa non inveniuntur in libris eorum (Apoſtolorum), neque in Conciliis „ poſte-

Dominum ſadiſſe „ quatenus etſi perpetuis non mererentur abſolvi „ cruciatibus, ſaltem minoribus mulctarentur a ſtricto judice poenis „. Ferunt etiam in Gellonenſi Codice reperiri inſcriptam Miſſam, *pro cujus anima dubitatur*, in qua petitur „ at ſi forſitan ob gravitatem „ criminum non meretur lucrari ad gloriam, per hæc ſacra oblationis „ libamina, vel tolerabilia fiant ipſa tormenta „. Hi certe quamquam opinarentur ſieri poſſe, ut ſuffragiorum ope, etſi eis pœnarum æternitas non tolleretur, certum tamen mitigaretur intenſio (quarum profecto ſententiam cum D. Thoma *loco laudato* non probamus) nihilo tamen minus haudquaquam poſtulavere, ut ab æternis illis vinculis exſolverentur, ad lucis habitacula transferrentur, collocarentur cum Sanctis, ſicuti que id genus, quæ pro Fidelibus, de quibus agimus (qui tametſi non ad plenum purgati, Chriſto tamen Eccleſiæ capiti per adunam caritatis vinculum uniti deceſſerint) poſtulentur; ita ut alia longe quidem ſemper conſtet illorum ab illa, in qua reprobi degunt, conditio, Reproborum perenniter miſera, Aliorum temporariis quidem obnoxia cruciatibus, felix demum tamen æternumque beata.

(1) Cœleſtinus I. in Epiſt. ad Epiſcopos Galliæ Cap. XI. (2) In Epiſt. 54. olim 118 ad Januarium. (3) Lib. 4. De Baptiſmo contra Donatiſtas cap. 24. (4) In ejuſdem Operis libro 2. cap. 7.

„ poſteriorum; & tamen quia per univerſam cu-
„ ſtodiuntur Eccleſiam, non niſi ab ipſis tradita
„ & commendata creduntur „.

XVIII. Et ſane quemadmodum *omni* quidem *in re*, præclare Cicero, *conſenſio omnium gentium lex naturæ putanda eſt*, ita omnium Eccleſiarum in aliquo inſtituto conſenſio, doctrina ab Eccleſiarum Fundatoribus, Apoſtolis nimirum, tradita putanda eſt. Ecquid enim, Tertulliani verbis utar (r).
„ Ecquid veriſimile eſt ut tot ac tantæ in unam
„ fidem erraverint? Nullus inter multos even-
„ tus unus eſt. Exitus variaſſe debuerat error
„ doctrinæ Eccleſiarum. Ceterum quod apud mul-
„ tos unum invenitur, non eſt erratum, ſed
„ traditum „. Sed enim ecqua alia ratione, quove unquam pacto recens ulla doctrina, ritusve longe adeo lateque per Eccleſias omnes primis illis præſertim temporibus propagari quiviſſet, univerſimque excipi, atque inter ipſamet Sacroſancta Myſteria audientibus videntibuſque cunctis admitti, cunctiſque conticeſcentibus? Spectandum enim quidem eſt cujuſcemodi fuerit prioribus potiſſimum ſeculis Eccleſiarum indoles & inſtitutum, quæ tum ſollicitudo, quæ cautio, quod ſtudium, ne aliud quam quod eſſet a Chriſto Domino, ejuſque Apoſtolis traditum, ipſorumque doctrinæ prorſus conſentaneum admitteretur: Sic nimirum ab eiſdemmet Fideles, ac præſertim Pa-

h h 2 ſtores

(r) *De præſcript. cap.* 28.

ſlores apte fuerant comparati (1). Quocirca de Ignatio Martyre habemus, illo qui Pontificatus gratia de Apoſtoli Petri manu ſuſcepta (2), alter poſt ipſum Eccleſiæ Antiochenæ præſedit (3), de ipſo, inquam, habemus, quod e Syria Romam vinctus proficiſcens, dum per Aſiam ſub accuratiſſima quidem ſatellitum cuſtodia ductabatur, cujuſque tamen civitatis Eccleſias, quas ingrederetur, hortatus ſit, *ut Apoſtolorum Traditionibus tenaciter inhærerent* προτρεπέ τε ἀπρὶξ ἔχεσθαι τῆς τῶν ἀποστόλων παραδόσεως (4). Quid jam vero putabimus, tot annis, quibus Antiochenam Eccleſiam adminiſtravit, ſuis Fidelibus inſtillaſſe? A quo certe inſtituto neutiquam diſcrepaſſe ejuſdem æquales Polycarpum Eccleſiæ Smyrnæorum, & Papiam Hjerapoleos Aſiacæ Epiſcopos novimus. Hic Apoſtolicæ doctrinæ diligentiſſimus conquiſitor profitetur ſe magni quidem eos feciſſe, qui tradita per fidem a Domino commemoraſſent, illos vero haudquaquam probandos duxiſſe, qui aliena & nova commenti eſſent (5). Polycarpus vero *hæc ſemper docuit quæ ab Apoſtolis didicerat, quæ & Eccleſiæ tradidit*. Ita ipſius auditor Galliarum lumen Irenæus (6), qui in eodem inſtituto fidelibus commendando magnopere quidem inſiſtit,

(1) *Matth.* VII. 15. XVIII. 7. XXIV. 2. *Marci* XIII. 21. *Act.* XX. 18. 19. *Rom.* XVI. 17. *Galat.* I. 8. 9. *Coloſſ.* II. 8. 18. II. *Theſſalon.* III. 6. 4. I. *Timoth.* VI. 20. II. *Timoth.* III. 5. (2) *Theodoret. Dialog.* I. (3) *Euſeb. Hiſt. Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 22. & 32. (4) *Idem ibid. cap.* 36. (5) *Idem lib.* 3. *cap.* 39. (6) *Irenæus lib.* 3. *cap.* 3.

inſiſtit; ac vel hinc penitus deteſtanda probet Cerinthi, Valentini, Marcionis, Baſilidis, aliorumque id genus placita, quod *qui ab Apoſtolis inſtituti ſunt Epiſcopi in Eccleſiis, & Succeſſores eorum nihil tale docuerunt* (1).

XIX. Atque Irenæi quidem ætate (2), ſacræ Chriſtianorum inſtitutioni Alexandriæ præerat Pantænus Vir omni humaniore literatura præſtantiſſimus, & in Chriſtiana fide doctrinaque propaganda tum viva voce, tum ſcriptis ζώσῃ φωνῇ, καὶ διὰ συγγραμμάτων admirandus, ut ad Indos usque ejus fama percrebuerit, ab eiſque inſtructionis gratia arceſſitus eo ſe contulerit (3): Hunc autem certo quidem ſcimus incubuiſſe in id planè tradendum, quod acceperat a Majoribus (4). Quod utique ſtudium in ejuſdem Diſcipulo, & in Alexandrinæ Scholæ Præfectura Succeſſore Clemente Alexandrino potius quidem emicat; cujus etſi multa deſiderentur, ac præſertim libri Hypotypoſeon, & de Paſcha hac de re plenius pertractantes, ea tamen quæ extant id paſſim abundeque teſtantur. Ac vel ejus in Stromatibus conſcribendis propoſitum an non eſt Commentarium exarare de illis, quæ variis in locis acceperat, non jam a quibuſcumque, *ſed ab iis qui veram quidem beatæ doctrinæ ſervabant traditionem?* ἀλλ' οἱ μὲν τὴν ἀληθῆ τῆς μακαρίας σώζοντες διδασκαλίας παράδοσιν (5). Quam recta, ſubjicit emanaſſe a Petro, & Jacobo,

(1) Ibidem. (2) Conſulatur Euſeb. lib. v. cap. 9. & 10. (3) Euſeb. lib. v. cap. 10. Hieronymus *De Viris illuſtr.* cap. 36. (4) Euſeb. lib. v. cap. 11. (5) Lib. 1. Stromatum.

Jacobo, Joanne quoque, & Paulo, Sanctis Apoſtolis indeque a Patre ita ſuſcipientibus Filiis, qui Deo benevolente data illa a Majoribus Apoſtolica ſemina poſteris concredidere εὐθὺς ἀπὸ πέτρου τε καὶ ἰακώβου, ἰωάννου τε καὶ παύλου τῶν ἁγίων ἀποστόλων, παῖς παρὰ πατρὸς ἐκδεχόμενος.. ἧκον δὴ σὺν θεῷ καὶ εἰς ἡμᾶς τὰ προγονικὰ ἐκεῖνα καὶ ἀποστολικὰ καταθησόμενοι σπέρματα (1). Qui item poſt hunc Alexandriæ Eccleſiaſticam Scholam habuit ille poſt Apoſtolos Eccleſiarum Magiſter Origenes, de quo ſuperius (2), ad eundem plane modum, ab eodem nempe imbutus præſcripſit: Servetur, inquit (3), Eccleſiaſtica prædicatio per ſucceſſionis ordinem ab Apoſtolis tradita, & uſque ad præſens in Eccleſiis permanens: illa ſola credenda eſt veritas, quæ in nullo ab Eccleſiaſtica diſcordat Traditione. Et in illud Matthæi xxiv. 26. *Si autem dixerint vobis: ecce in ſolitudine, nolite exire; ecce in domibus, nolite credere.* „ Nos illis, ait (4), „ credere non debemus, nec exire a prima & „ Eccleſiaſtica Traditione, nec aliter credere, „ niſi quemadmodum per ſucceſſionem Eccleſiæ „ Dei tradiderunt nobis „. Neque aliter Tertullianus ſecundo Eccleſiæ ſeculo docens *id eſſe Dominicum & verum, quod ſit prius traditum; id autem extraneum & falſum quod ſit poſterius immiſſum*, omnem doctrinam

(1) Vid. ibidem, aliiſque in libris, in quibus Gnoſticis præferri ſe falsè opponit, veramque ſapientiam rationem oſtendit. (2) *pag. 43, & ſeqq.* (3) *In Præfat. lib. 1. Peri-archon*, (4) *Tractat. 29. in Matth.*

doctrinam de mendacio præjudicandam; *quæ ſapiat contra veritatem Eccleſiarum*, & paſſim id genus multa.

XX. Atque hoc ex eventibus ipſis adeo quidem liquet, ut nihil magis. Ubi ſcilicet aliquis novi quidpiam vel molitus, aut alieunde adferens aliquo tentavit invehere, conſtat equidem undique Eccleſiarum Antiſtites, Doctoreſque, ac Romanam præſertim Eccleſiam ejuſcemodi conatibus jugiter indefeſſis viribus obſtitiſſe.

Simonem Magum profecto ejuſque aſſeclas, Nicolaitas, Cerinthios, Ebionitas, Baſilidianos, Saturninum, alioſque primo Eccleſiæ ſeculo novitati ſtudentes, tum ab ipſis Apoſtolis, tum a primis eorum Diſcipulis potenter increpitos, pervicaceſque a Fidelium communione rejectos tenemus (1). Atque hi quidem eorumque propagines, & Carpocrates, & Valentinus, Cerdoniani quoque, Marcionitæ, Marcoſii, Encratitæ, Hermogeniani, aliique id genus, qui plura confingere evulgareque perrexerunt, ii, inquam, quot illico refragatores, oppugnatoreſque non ſunt experti? Quam ſollicite valenterque Polycarpus, Hegeſippus, Caſtor Agrippa, Melito, Juſtinus Martyr, Dionyſius Corint., Theophilus Antiochen., Philippus Gorrynen., Modeſtus, Hippolytus, Muſanus, Irenæus, aliique deinde multi illorum commenta refutarunt, & quam a Majoribus doctrinam acceperant ſartam tectam, ſinceramque

(1) *Act.* VIII. I. *Timoth* I. 19. 20. II. *Timoth* II. 18. I. *Joannis* II. 18. IV. I. II. *Jo.* 7. 10. 11. *Apoc.* II. 6. 15.

eccamque ſervarunt (1). Sed & Clemente I. Pontificatum gerente, cum diſſenſio non modica inter Corinthios excitata eſt, quod fere contingit, ubi quidam inſtabili contentioſoque animo in nova feruntur, eis porro Eccleſia Romana per Epiſtolam ſat idoneam præſto quidem fuit *ad pacem informans eos* ὡς εἰρήνην συμβιβάζουσα αὐτούς; qua autem ratione? *Fidem eorum, Traditionemque ab Apoſtolis non ita pridem acceptam inſtaurans* ἀνανεώσασα τὴν πίστιν αὐτῶν, καὶ ἣν νεωστὶ ἀπὸ τῶν ἀποστόλων παράδοσιν εἰλήφει (2). Quumque ſecundo quidem ſeculo in Myſia Phrygiæ Montanus peregrinas quaſdam voces funderet, & contra ac Traditio, atque Eccleſiaſtica conſuetudo ferebat, prophetare cœpiſſet, refert Euſebius (3), præſto fuiſſe ibidem Fideles, qui graviter ea re affecti offenſique illum confeſtim acriter increparunt, & ne ita de ineps garriret vetuerunt: ἀχθόμενοι ἐπετίμων, καὶ λαλεῖν ἐκώλυον. Neque alio pervagata, continuo oppugnatos accepimus ab Apollinario, a Miltiade, Gajo, Apollonio, a Serapione, qui tunc temporis Antiochenam Eccleſiam regebat, quique in *Epiſt.* ad Caricum & Pontium (4) aſſeverat omnem in Chriſto fraternitatem per univerſum terrarum orbem diffuſam ab hac nova & peregrina prophetia prorſum abhorruiſſe.

XXI.

(1) Præter ea, quæ ipſorum adhuc extant, Vid. Irenæus, Euſeb. Cæſar. *Hiſt. Eccleſ.*, & Hieron. *De Viris illuſtribus*. (2) *Irenæus lib.* 3 *cap.* 3. *Euſeb. lib.* V *cap.* 6., *& lib.* III *cap.* 16. (3) *Euſeb. lib.* V *cap.* 16. (4) *apud eundem lib.* V *cap.* 19.

XXI. Neque vero tunc ſolum novis dogmatibus reſtitum comperimus, quum ſeu parens earum abſurditas, impietas, turpitudo, ſive Auctorum, aſſeclarumque veſania, improbitas, & maleficia bene moratos doctrinaque præſtantes Fideles ad ejuſcemodi conatus infringendos cohibendosque commoverent, damnatoriumque de eiſdem judicium facile concitarent; Sed non minoribus quoque animis repugnaſſe, cum novellæ adinventionis authores fautoreſque vitæ integritate, & ſanctimonia, ingenio item, doctrina, dicendi vi, dignitate quoque & authoritate refulſerunt; ipſaque placita veri ſimilitudine quadam imbuta, nec divinæ legis oraculis, nec interdum Majorum exemplis in ſpeciem faventibus deſtituta; ac vel Religionis quidem zelum, non ſeditionem, non arrogantiam, aut ambitum præſeferentia prodiere. Satis autem rei huic declarandæ argumenti ſunt quæ Polycrati, Origeni, Tertulliano, ac Cypriano contigiſſe exploratum eſt.

XXII. Ecquid enim vero ſecundo vergente ſæculo Polycrati Aſiæ Metropolitæ defuiſſe videri poſſet ad cauſam, in quam deſcenderat, obtinendam? Res erat, ut Paſcha celebraretur Luna 14, qua die præceptum fuit in Lege (1), ut Agnus immolaretur, qui Chriſti Domini typus erat, quæque feſtivitas noſtram præfigurabat ſolemnitatem. Antiqua ad id autem Traditione adducebatur: Ea ſiquidem die Paſchalis

i i feſti-

(1) Exod. XII.

feſtivitas a S. Joanne Apoſtolo & Evangeliſta, a S. Philippo Apoſtolo, aliiſque Apoſtolicæ ætatis Fidelibus celebrata certiſſime ferebatur. Nec parum ei quoque ponderis, atque venerationis addebant nomina Polycarpi, Thraſeæ, & Sagaris Epiſcoporum & Martyrum, aliorumque multorum virtutum donis & ſanctitate præſtantium, a quibus eadem fuerat conſuetudo ſervata, atque ad Polycratis ætatem tranſmiſſa. Hic autem dignitatis quidem gradu plurimum, plurimum quoque auctoritate, ac nominis celebritate valebat: octavus is in cognatione ſua Epiſcopus (quod per id temporis valde quidem ſpectandum) numerabatur, ætate quidem vitæque præclare actæ laude ſpectatiſſimus erat. Reliquos ad hæc Epiſcopos Aſiæ (1) ſecum una ſentientes

(1) Aſiæ nomen hoc loco non pro quarta Orbis parte uſurpatur, ſed pro quadam ejus portione, in qua a Strabone lib. Libri XII recenſentur Paphlagones, Phryges, Lycaones, Bithyni, Myſi, inde Phrygia minor, Troas, & Helleſpontia, tum Æoles, Jones, Cares, Lycii, & Lydi. Sed Romani regionem hanc non ad nationum formam, ſed ſecundum F[illegible], & juriſdictiones varie diviſerunt; ac juxta Notitiam diviſionis Imperii, quæ ab Hadriano Imperatore facta cenſetur, quæque per aliquot ſæcula deinceps obtinuit, trifariam quidem accepta eſt. Erat enim I. Aſia Provincia ita peculiariter appellata, quæ Epheſo adjacebat. II. Aſia Proconſularis ſic vocata eſt, quæ ſub ditione Proconſulis erat, Aſianam autem, Helleſpontiam, & Inſularem Provincias continebat. III. Provinciæ reliquæ [illegible] quæ Vicario parebant, & una cum Proconſulari [illegible] Aſianam Diœceſim conſtituebant. Vide ſis Panvinium *Rom. Princip. lib.* [illegible], & Emmanuelem a Schelſtrate *Antiquit. Eccleſ. Tom.* 2. *Diſſert.* 4. *Cap.* 1. & *Diſſert.* 5. *Cap.* [illegible] art. [illegible] Tum hujus Diœceſi præfuiſſe Polycratem non repugnamus, quippe cum Epheſi Antiſtes eſſet, quæ & Civilis, & Eccleſiaſtica Metropolis ſola; atque univerſas Aſiæ Eccleſias in eandem cum Polycrate ſententiam conſpiraſſe, & Epiſcoporum eidem aſſentientium numerum ingentem fuiſſe novimus. V. Euſeb. *Hiſt. Eccleſ. Lib.* V. *Cap.* 16. 17. 18. Non tamen admiſſam Cilices tum, Meſopotamenos, ac Syros ejuſdem ſententiæ adhæſiſſe, ut poſt Halloixium, & Uſſerium a Tillemontio

entes habebat; nec deerant qui quovis abjecto metu cauſam eandem ſtudioſiſſime promoverent (1). Sed quum inſuetum id ceteris Eccleſiis foret, magnos excitatos tumultus eſſe multas habitas diſceptationes, illiſque vehementer undique repugnaſſe ac reſtitiſſe compertum eſt; atque adeo ut, quum Aſiatici morem ſuum neceſſario ſervandum edicerent, eos tum Victor Romanus Pontifex crediderit condemnandos (2).

 Rei

munio refutare, Cl. P. Renatus Maſſuet Congreg. S. Mauri in noviſs. Edit. S. Irenaei Diſſert. 2. art. 1. probare conatus eſt; cujus quidem rationibus reſpondere in promptu eſſet. Sed hoc obiter.

(1) Ut Montaniſtas praetermittamus, qui magna animorum contentione id ipſum pariter inculcabant, conſtat quidem, Blaſtum Preſbyterum Romanum obſervationem hanc vel in Urbem ipſam inducere conatum eſſe. Conferantur ea quae refert Euſeb. *Hiſt. Eccleſ. Lib. 5. Cap. 15.* cum iis quae narrat antiquus Author additamenti ad Tertulliani Librum de *Praeſcript. ad Cap. 53.*

(2) Res haec non erat quidem fidei, ſed tantummodo diſciplinae; legaliſque ritus iſte innotuit quidem a Joanne, a Philippo, aliiſque fuerat obſervatus. Id nimirum Apoſtolis ſummopere curae erat, ut Chriſti fidem quam maxime propagarent, atque ad eam facilius pellicerentur Judaei, & tandem ad ultimam perfectionem perducerentur, nonnulla quae fidei Chriſtianaeque religionis ſanctimoniae non officerent, toleranda quidem, immo, quod [illegible] temporis omnibus omnino facti, obſervanda quoque interdum duxere, ut ſuperius adnotavimus pag. [illegible] & ſeqq. Haec autem permiſiſſe quidem, propter vero conſtituere ac tradidiſſe dici non poſſunt. Quod itaque ad ſolemnitatis Paſchalis diem pertinet, id quid in pro Apoſtolico inſtituto habendum eſt, quod Petrus ac reliqui Apoſtoli & obſervarunt, & quaqua verſum Eccleſiis tradidere, ut nempe Dominica die Lunam XIV. proxime ſubſequente celebraretur. Vid. Euſeb. ubi *lib. V. Cap.* [illegible] loco laudato. Quod autem aliqui in Aſiatica Dioeceſi quoad celebrationis illius diem, legali obſervantiae adhuc adhaeſerint, prudenti illi oeconomiae aeque indulgentiae tribuendum, qua Judaeorum aliorum, quos inter degebant, infirmitati ita conſulendum duxere.

Sed toleratae quotcumque conſuetudo, afferenda jam deinceps non erat ceu lex quidem ex Dei mandato ſervanda, quemadmodum a Blaſto, & ex Polycratis Epiſtola Synodica factum eſt cognoſcimus, in qua uſque adeo conſuetudinis praejudicio abreptum ipſum videmus, ut quod

Rei porro exitus is plane fuit, ut ritus ille quem convenientiorem Apoſtoli cenſuerant atque tradiderant prævaleret (r).

XXIII. Magna quoque profecto ac mira prorſum Origenes authoritate pollebat. Nam ſi vita facit authoritatem, præclare Vincentius Lirinenſis *, magna illi induſtria, magna pudicitia, patientia tolerantia. Omnigena is eruditione atque doctrina incomparabilis: Nemo mortalium plura conſcripſerat, nemo diſcipulorum copia, & claritate felicior cernebatur. Quanta apud omnes illius admiratio, quanta gloria, quanta gratia fuerit quis exequi valeat? Quis non ad eum paulo religioſior ex ultimis Mundi partibus advolavit? Quis Chriſtianorum non pene ut Prophetam, quis Philoſophorum non ut Magiſtrum veneratus eſt? Veruntamen ubi errata in ejus volumi-

quoad eam ſcripſerat, *obedire oportere Deo magis quam hominibus*, [illegible] Quod quum novum & erroneum foret, jure leodetus Pontifex comprimendum judicavit.

(r) Quum nequaquam teneremur Judaicum inſtitutis legalibus inhærere non enim jam ſumus ancillæ filii ſed liberæ *Galat.* IV. 31. Ea ſcilicet utentes libertate qua donavit nos Chriſtus, diem Dominicam pro aliis notiſſimo delegerunt; quandoquidem ille plane eſt חד בשבא *una ſeu prima Sabbati, ſive Hebdomadæ*, quam Chriſtus Dominus reſurrectionis ſuæ gaudio nobis ſolemnem fecit. *Multo ad* convenientiam hanc oſtendendam referuntur a Beda ex Synodo Paleſtinæ in *Lib.* De Æquinoctio Vern. Vid. quoque Epiſtolæ Conſtantini M. apud *Euſeb.* *Lib.* 3. De ejus vita *Cap.* 16. 17. 18. Patres autem Concilii Nicæni I de hac quidem Feſtivitate tractarunt, & concorditer decreverunt ut omnes Iudaicam conſuetudinem morem gererent. De quo Athanaſius *Lib. de Synodis* n. 5 [illegible] Poſt quam Catholici quoque in aliquibus in ſupputationibus diſcreparint, cum certe non quacumque jam die ſed Dominica celebrarint. Vid. S. Epiphan. *Hæreſ.* 50, & 70., & Cl. Petavii in eas *Animadv.*, & in *Hæreſim* 51, quæ eſt Alogorum.

(*) *In Commonitor.* ubi plura ad hanc rem de ipſo perſequitur. Nonnulla de eodem jam dix imus *pag.* 43. *& ſeqq.*

voluminibus repecta ſunt, quantum demum cumque ab ejus admiratoribus pugnatum ſit, damnationem illa non evaſere; confixoſque illos omnes ſcimus quotquot ea refugerent condemnare (1). Quanquam etiam ut Origene apud Græcos, ita apud Latinos Tertulliano nemo doctior, nemo in divinis, atque humanis rebus exercitatior videretur; cujus Scriptionibus ea tribuitur laus ut quot pene verba, tot ſententiæ ſint, quot ſenſus, tot de infidelibus hæreticiſque victoriæ, ubi tamen univerſalis ac vetuſtæ Fidei parum tenax nimio ſtudio caſtitatis, abſtinentiæ & martyrii in tranſverſum actus ad novam Montani prophetiam juxta Æſchinem, quam antea reprobaverat declinavit, ſecundas nuptias tanquam ſtupra condemnans, nova jejunia, eademque auſteriora obſervanda conclamans, martyrium ſic extollens ut nec fugam aliaſque latebras vel redemptionem admitteret; obſiſtentes tum repugnanteſque orthodoxos expertus eſt, interque hæreticos numeratus ipſe, numeratique ſunt illi qui eidem in illius doctrinæ novitatibus adhæſerunt (2).

Sed

(1) Vid. Synod. Romana anni 499. in Collect. Labb. tom. I. Synodus V. generalis, Anaſtaſius R. P. in Epiſt. ad Joannem Hieroſolymitanum, Hieron. in *Apologia contra Ruffinum*, in *Epiſt.* 61. *ad Pammachium* adverſus errores Joann. Hieroſolym. *cap.* 35. *ad Pammachium & Oceanum Epiſt.* 78. *ad Pammachium & Marcellam*. In laudata autem Epiſt. 61. inter cetera hæc habet: *aut nega hic dixiſſe eum (Origenem) quæ arguitur; aut ſi locutus eſt talia, damna eum quæ dixerit.*

(2) Hi teſte Augustino in *Libro de Hæreſibus* Tertullianiſtæ vocati ſunt, eorumque pauciſſimi qui remanſerant in Urbe Carthaginenſi, ejuſdem Auguſtini ætate, in Catholicam tranſiiſſe refert, ſuamque Baſilicam Catholicæ tradidiſſe. Vide ſi Natalem Alexandrum *Hiſtor. Eccleſ. ſæcul. II. Diſſert.* IX. *Art.* 1. adverſus Georgium Aurelianenſem, aliaſque recentiores Tertulliani vindices.

Sed exploratiſſimum id quoque eſt ; quantopere fuerit reclamatum , ubi nova illa apud Afros emerſit opinio, qua in hæreſi vel ſchiſmate baptizatos , tanquam non habentes baptiſmum Chriſti , rurſum in Eccleſia Catholica baptizandos decernebant. Illam primum quidem Agrippinus Carthaginenſis Epiſcopus , teſte S. Cypriano in fine *Epiſtolæ ad Quintum* „ Cum ceteris coe-
„ piſcopis ſuis , qui illo tempore in Provincia
„ Africa , & Numidia Eccleſiam Domini guber-
„ nebant , ſtatuit , & librata Concilii commu-
„ nis examinatione firmavit : Quorum ſenten-
„ tiam , ſubdit laudatus Martyr , religioſam le-
„ gitimam & ſalutarem , Fidei & Eccleſiæ Ca-
„ tholicæ congruentem nos etiam ſecuti ſumus „.
Tunc itaque novitiæ illi adinventioni tuendæ , tanta vis ingenii adfuit , inquit Vincentius Lirinenſis , tanta eloquentiæ flumina , tantus adſertorum numerus , tanta veri ſimilitudo , tanta divinæ legis oracula , ſed plane novo ac malo more intellecta ; ut omnis illa conſpiratio nullo modo deſtrui potuiſſe videatur , niſi ſola tanti moliminis cauſa ipſa illa ſuſcepta, ipſa defenſa , ipſa laudata novitatis profeſſio deſtituiſſet . Atque equidem ad novitatem rei cunctis undique reclamantibus , & omnibus quaqua verſum Sacerdotibus pro ſuo quiſque ſtudio renitentibus, beatæ memoriæ Papa Stephanus Apoſtolicæ Sedis Antiſtes præ ceteris reſtitit illis verbis : NIHIL INNOVETUR , NISI QUOD TRADITUM EST

Digitized by Google

EST &c. (1). Quis vero tunc univerſi negotii exitus? ait laudatus Vincentius, quis utique niſi uſitatus & ſolitus? Retenta eſt ſcilicet antiquitas, exploſa novitas. Quos equidem ſenſus in Eccleſia cautiſſime cuſtoditos jugiter cernimus, ut vel ex geſtis quoque Concilii Epheſini luculentiſſime conſtat.

XXIV. Quum nempe Capreolus Carthaginenſis Epiſcopus bellorum vaſtitate aliiſque incommodis impeditus ad Concilium ſe conferre non poſſet, ſententiam ſuam his verbis expoſuit „ Venerabilibus veſtris auribus ſuggerere volui ut „ Spiritu Sancto cooperante, quem cordibus ve„ ſtris in omnibus quæ acturi eſtis, præſto futu„ rum non dubito, novas doctrinas & antehac „ eccleſiaſticis auribus inuſitatas priſcæ authoritatis „ robore inſtructi e medio profligetis, atque ita „ quidem novis erroribus reſiſtatis &c.„ Qua lecta Epiſtola rogante S. Cyrillo Eccleſiæ Alexandrinæ Epiſcopo ut ea fidei geſtorum inſereretur, quandoquidem dilucidam in ſe Capreoli ſententiam continebat, dum *vult antiqua Fides dogmata confirmari nova vero & abſurde excogitata & impie divulgata reprobari atque proſcribi* βούλεται γάρ τὰ μὲν ἀρχαῖα κρατύνεσθαι τῆς πίστεως δόγματα, τὰ δὲ νεαρὰ, καὶ ἀτόπως ἐξευρημένα, καὶ ἀσεβῶς εἰρημένα ἀποδοκιμάζεσθαι, καὶ ἐκβάλλεσθαι, *Omnes tum Epiſcopi exclamaverunt*, *HÆ OMNIUM VOCES, HÆC OMNES ASSERIMUS, HOC OMNIUM EST VOTUM* πάντες οἱ ἐπίσκοποι ἀνεφώνησαν· αὗται πάντων

αἱ

(1) Vid. Cypriani *Epiſt.* 74. ad Pompejum.

αἱ φωναί. ταῦτα πάντες λέγομεν. αὕτη πάντων ἡ εὐχή (1). Qualis ergo erat ſententia voxque illius in Africa, talis in illis omnibus reſonabat, qui ducenti quidem & amplius numero conſidebant; quique majori licet ex parte Metropolitani eſſent, tantæ autem eruditionis tantæquæ doctrinæ ut prope omnes poſſent diſputare, quibus propterea ipſa in unum congregatio audendi ab ſe aliquid, & ſtatuendi addere videretur fiduciam, nihil tamen novandum, nihil præſumendum, nihil ſibi penitus adrogandum, ſed omnimodis præcavendum ſentiebant ne aliquid poſteris traderent quod ipſi a patribus non accepiſſent. Quod Eccleſiæ propoſitum S. Leo ad Leonem Auguſtum ſcribens (*Epiſt.* 134) in hæc verba teſtatur: „ Non aliter „ nos prædicare reperies, quam quod Sancti Pa„ tres noſtri toto Orbe docuerunt, nec quem„ quam ab illis, niſi ſolos hæreticos diſcrepare „. Et Auguſtinus (*Lib.* 2. *contra Julianum Cap.* 10) „ Quod invenerunt Patres in Eccleſia tenuerunt; „ quod didicerunt, docuerunt; quod a Patribus „ acceperunt, hoc filiis tradiderunt „. Et, ne plura perſequamur, ita quidem in hoc perſtitiſſe compertum eſt, ut vel Summis quoque occurrerent Pontificibus, ubi nova eos ab Apoſtolicis aliena dogmata permiſiſſe cenſerent (2).

XXV.

(1) Argumento eſſe quidem poſſunt Orthodoxorum horror a Liberii communione, Conſtantio licet ejuſque Magiſtratibus pro illa cauſa tantopere decertantibus; queque Honorio I. Rom. Pont. contigere in Synod. VI. & VII.

(2) Vid. Collect. Concil. Labb. Tom. 1 pag. 529. & ſeq.

XXV. Si igitur Eccleſia inſtituta ſic fuit & comparata, ut doctrinæ a Chriſto Domino ejuſque Apoſtolis traditæ mordicus adhæreret, a doctrinis vero ab ea diſſentaneis ſummopere præcaveret: Si Chriſti fideles eorumque Paſtores in eo ſic inſtitiſſe cernimus, ut novellis ejuſcemodi adinventionibus erumpentibus commoverentur illico, horroreque perciti reclamarent undique, eiſque vehementiſſime contrairent; neque auctorum earum atque propagatorum ingenium, eloquentia, doctrina, authoritas, pietas obſtarent, quin ea refellerent, rejicerent, exſecrarentur; nullam itaque novam ejuſcemodi doctrinam emergere, irrepere, propagari, maximeque inter ſacratiora ipſa Myſteria ſpectantibus audientibuſque omnibus excipi ubique potuiſſe credendum eſt, quin ullus ad tantam novitatem inſurgeret, reclamaret, obſiſteret. Quum jam vero Purgatorii doctrinæ neminem olim reſtitiſſe, eamque non in una jam, aut altera Eccleſia, non in una Provincia, Orbiſve parte, ſed ubique Fidelium ſuſceptam teneamus; non igitur novas inter doctrinas a Chriſtiana religione alienas ullatenus cenſeri poteſt.

XXVI. Neminem olim doctrinæ huic obſtitiſſe diximus: Ante Aerium videlicet (non niſi poſt dimidium IV. ſæculi, quum inſtitutum hoc orandi, & ſacrificia pro defunctis Fidelibus offerendi ubique in Eccleſiis obtineret) neminem invenimus, qui inſtituto huic refragatus ſit. Sed

quiſnam is fuerit, quidque ei contigerit ſpectandum eſt. Presbyter quidam is erat, qui quod pro Euſtathio Epiſcopus creatus non eſſet, in Arianam hæreſim delapſus eſt; cumque blateravit Præsbyterum ab Epiſcopo nulla ratione debere diſcerni; atque inter alia, etiam adjecit, offerre pro dormientibus non oportere (1). Hæc autem eo dictitante commoti equidem fideles ſunt, & Ephræm Syrus (2), & Epiphanius hoc ejus aſſertum valide refutarunt, & ab Auguſtino quoque inter Hæreticos deſcriptus eſt, *Hæreſ.* 53. Quum itaque ſententiæ huic continuo repugnatum ac reſtitum, damnationiſque notam inuſtam eſſe cernamus, hoc plane conſequitur, ejuſcemodi nimirum Purgatorii inficiationem, ut novum quoddam, ab Eccleſiarum inſtitutis ac moribus alienum habendam eſſe. Et ſane Aerius ne ullum quidem produxit, quem ſi habuiſſet, laudaſſet utique, cujus auctoritati hæc ejus aſſertio inniteretur. Quin vel ipſe quoque diſquirens, & in controverſiam vocans, *quid, quum vivens orat, aut in pauperes bona ſua diſpenſet, quid, inde emolumenti ad Defunctum perveniat*, εὔχεται γὰρ, φησὶ, ὁ ζῶν, ἢ οἰκονομίαν ἐποίησε, τί ὠφεληθήσεται ὁ τεθνεὼς (3), hæc inquam diſquirens ipſe quidem ita plane receptum fuiſſe teſtatur. Epiphanius autem ex hoc præſertim eundem refellit, quod

(1) S. Epiphan. *Hæreſ.* 75. & *in Anacephalæoſi.* S. Auguſt. *Hæreſ.* 53.
(2) Iſtius quædam attulimus pag. 200. in *Adnot.*
(3) Epiphan. *Hæreſ.* 75.

quod rem inauditam ; univerſæque Eccleſiæ ſanctionibus penitus repugnantem effutierit ; Eccleſiam vero omnino ſic agere affirmat [a], *quæ traditum ſibi a majoribus hunc ritum accepit ; ipſamque Matrem noſtram Eccleſiam decreta quædam habere penes ſe quæ diſſolvi evertique non poſſint . Quum hæc ergo in Eccleſia conſtituta ſint , præclara quidem at penitus admiranda , vel ex hoc etiam capite veterator ille convincitur* . Quo quidem ex capite & ceteri quotquot deinceps illius in hoc veſtigiis ingreſſi ſunt , oppido confutantur ; quorum tanto equidem dedecus majus eſt , quo pro errore defenſitando , impotentia major proditur , & perquam putidæ calumniationes . Alii etenim Purgatorii doctrinam ut *inventum novum* (1) traducunt , *Romanenſium doctrinam appellant , rem futilem , manter confictam* (2) . Philippus Melancthon , Auguſtini ætate , inquit (3) , percrebreſcere ſermones de Purgatorio cœperunt , quos ipſe nec refutat , nec confirmat , tantum narrat , inquiens quoſdam ſic exiſtimare purgari animas piorum poſtquam diſceſſerunt a corporibus ; ſubditque oblationem Sacramenti pro mortuis nondum fuiſſe Auguſtini tempore . Petrus M. Vermilius (4) .

 „ Si

(a) [illegible]

(1) Dannhaver *Hodomor. Spiritus Papal Phantaſm.* 12.
(2) Confeſs. Anglic. poſt art. 22.
(3) Lib. *De Eccleſia & autorit. verbi Dei , de Auguſtino.*
(4) Loc. commun. claſſe 3. cap. 14. num. 13.

„ Si Eccleſia orat non ea de cauſa antiquitus „ hoc fiebat, ut ſpiritus defunctorum liberaren- „ tur „. Jo: Calvinus „ Quiſquis mediocri pru- „ dentia pollet, facile agnoſcit quicquid de hac „ re legitur apud veteres, publico mori & vulgi „ imperitiæ fuiſſe datum. Abrepti etiam ipſi, „ fateor, in errorem fuerunt: Nempe ut incon- „ ſiderata credulitas privare judicio ſolet homi- „ num mentes. Interea quam dubitarent preces „ pro mortuis commendent, lectio ipſa demon- „ ſtrat. Monicam Matrem ſuam in libris Con- „ feſſionum Auguſtinus narrat vehementer ro- „ gaſſe, ut ſui memoria in peragendis Myſteriis „ fieret ad altare. Anile ſcilicet votum, quod „ filius non exegit ad normam Scripturæ (1). „ Quum mihi objiciunt adverſarii, ante mille, „ & trecentos annos uſu fuiſſe, ut precationes „ fierent pro Defunctis, eos viciſſim interrogo, „ quo Dei verbo, qua revelatione, quo exem- „ plo factum ſit (2) „. Quin etiam clamitare eum non puduit, Purgatorium Satanæ eſſe commentum, ex multis blaſphemiis conſtructum eſſe, exitiale Satanæ eſſe commentum, quod Chriſti crucem evacuat, quod contumeliam Dei miſericordiæ non ferendam irrogat, quod fidem noſtram labefacit & evertit, & id genus (3). Imperite hæc vero penitus, & impotentiſſime.

XXVII.

(1) *Inſtit. lib. 3. cap. V. §. 10.* (2) *Ibidem*. (3) *Eodem cap. §. 6.* Eodem pacto conclamant *Lutherus in Geneſ. cap. 50.*, & paſſim. *Chemnit. in 3. part. Exam. n. 40.* Confeſſio Gallica art. 24. Dannhauer citatus &c.

Google

XXVIJ. Et ſane quam perperam tanquam inventum novum traducitur, quum novum plane profligati hominis inventum, ut vidimus, fuerit, doctrinæ Purgatorii contraire. Neque vero Auguſtini ætas illa eſt qua ſermones de Purgatorio cœperint percrebreſcere, quandoquidem & vetuſtiora Auguſtino ſunt laudata ſuperius teſtimonia, & ex ipſis ejuſdem quidem verbis aliter longe ſignificetur. Quanquam enim de pœnarum qualitate, & quibuſdam circumſtantiis, quæ ad fidem pertinent, de quibus varie opinandi locus eſt, varie ipſe quærat, nec definite loquatur (1), de Purgatorii equidem fide, ſive de ſtatu animarum fidelium, quæ poſt hanc vitam peccatorum pœnas luant, quæque poſſint Eccleſiæ precibus, & oblationibus adjuvari, haud loquitur dubitanter, nec tanquam de re, quæ recens in Eccleſia cœpta eſſet. „ Neque negandum „ eſt, inquit (2), defunctorum animas pietate „ ſuorum viventium relevari, cum PRO ILLIS „ SACRIFICIUM MEDIATORIS OFFERTUR „ vel eleemoſynæ in Eccleſia fiunt. *In Libro de* „ *cura pro mortuis cap. 4.* Pia viventium officia „ prodeſſe NON DUBIUM EST iis qui cum in „ corpore viverent, talia ſibi poſt hanc vitam „ pro-

(1) Definitum id non eſt, neque etiam inter nos & Proteſtantes quæſtio fidei eſt, ubi ſit Purgatorium, quamdiu animæ ibi detineantur. Qualis ſit futurus ignis Purgatorii, corporeus ne, an ejuſdem ſpeciei cum noſtro igne, an diverſæ. An ignis Purgatorii ſit atque idem atque ignis Inferni. Quomodo in animam incorpoream agat. Hæc & id genus, ſalva fidei & caritatis compage inter Scholaſticos varie agitari poſſunt.

(2) *In Enchirid. cap. 9.*

„ prodeſſe meruerunt „ . *Sermone* 172. alias 32. *de*
„ *verbis Apoſtoli* „ Orationibus Sanctæ Eccleſiæ, &
„ SACRIFICIO SALUTARI , & eleemoſynis ,
„ quæ pro eorum ſpiritibus erogantur, NON EST
„ DUBITANOUM mortuos adjuvari , ut cum
„ eis miſericordius agatur a Domino , quam eo-
„ rum peccata meruerunt . Hoc enim A PA-
„ TRIBUS TRADITUM UNIVERSA OBSER-
„ VAT ECCLESIA , ut pro eis qui in corporis,
„ & ſanguinis Chriſti communione defuncti ſunt,
„ cum ad ipſum Sacrificium loco ſuo commemo-
„ rantur oretur ; ac PRO ILLIS QUOQUE ID
„ OFFERRI commemoretur ... NON OMNINO
„ AMBIGENDUM EST iſta prodeſſe defunctis „.
Quid ? quod inter Aerii errores , ut diximus ,
hunc etiam reponit , quod diceret *pro dormientibus
offerri non oportere* . Et quum de his verſus finem
ſubjiciat : *Omnis Chriſtianus Catholicus iſta non debet cre-
dere* ; tradidit igitur ad Chriſtianum Catholicum
pertinere , ut credat , operæ pretium eſſe , quod
pro defunctis Fidelibus offeratur . Sic igitur elo-
quens Auguſtinus , dubietatem ne de his , atque
perplexitatem oſtendit ? Nondum ne vero Augu-
ſtini tempore Sacrificia pro defunctis Fidelibus of-
ferebantur ? Quumque hoc a Patribus traditum
univerſam Eccleſiam obſervare teſtetur , nunquid
res hæc ejuſcemodi erat , cujus ſermo ipſius ætate
tantummodo percrebreſceret ? Sane qui ita de
Auguſtino locuti ſunt , aut ejus opera non lege-
runt ; Quid autem tam temerarium , quam de
re

re haud explorata, & incomperta ſine ulla dubitatione cenſere? Si ea legerunt, aut in deplorabundam illam cæcitatem inciderant, ut videntes non viderint (1); aut ſi ejuſcemodi cæcitate non tenebantur, quæ vero adhibenda id genus hominibus fides eſt? Auguſtinus itaque non jam recens hoc inſtitutum, ſed a Patribus traditum narrat; & Chryſoſtomus Apoſtolis illud acceptum refert (2), non ita equidem locuturi graviſſimi iidem, atque in Eccleſiarum Hiſtoria verſatiſſimi Patres ſi vel eorum vel Patrum ſuorum ætate inductum eſſet, ac niſi immemorabili tempore in Eccleſiis obtinuiſſet. Et ſane ex D. Cypriano qui centum quidem & amplius annis ante ipſos florebat compertum quidem habemus, inſtitutum hoc non ſolum jam receptum fuiſſe ipſius ætate, ſed longe quoque ante ejus tempora viguiſſe. Ita videlicet ad Clerum & Plebem Furnitanorum ſcribit (3) „ Quod Epiſcopi ante„ ceſſores noſtri religioſe conſiderantes, & ſalu„ briter providentes cenſuerunt, ne quis frater „ excedens, ad tutelam vel curam Clericum no„ minaret; ac ſi quis hoc feciſſet, non OFFER„ RETUR PRO EO, nec Sacrificium pro dor„ mitione ejus celebraretur. Neque enim apud „ altare Dei meretur nominari in Sacerdotum „ prece, qui ab altari Sacerdotes & Miniſtros „ voluit avocare „. Dum itaque ab Anteceſſo„ ribus

(1) *Iſai VI 9 Matth XIII. 14. Marc. IV. 12* (2) *Homil. 3. in Epiſt. ad Philip.* (3) *Epiſt. 66.*

ribus ſuis ita ſancitum refert ; ſanctio hæc ipſa profecto inſtitutum offerendi , & orandi pro Defunctis uſu in Eccleſia antea quidem receptum ſupponit. Sed & Tertullianum audiamus, qui quinquaginta circiter annis ante Cyprianum florebat. Hic *Lib. de Monogamia cap.* 10 de conjuge inquit „ pro anima ejus orer , & refrigerium interim adpoſtulet ei , & in prima reſurrectione conſortium , & offerat annuis diebus dormitionis ejus „ (1) . Et in *Lib de Corona cap.* 3. , *& ſeqq* „ Oblationes pro Defunctis , pro natalitiis , annua die „ facimus „ de quibus , etiamſi in Scripturis nulla inveniatur lex , nihilo tamen minus ſubdit „ Traditio tibi prætendetur auctrix , conſuetudo

(1) Tertulliani auctoritatem hanc eludere cupiens Beauſobrius (*Hiſtor. des Dogmes de Manich lib* 9. c. 3 num 9) „ Ut hinc intelligemus , monuiſſe operet , inquit , Patres antiquiores generatim credidiſſe animas omnes in ſubterranea quadam loca deſcendere , in quibus Impiorum quid in animæ torquerentur , Juſtorum autem in pace degerent , atque hæc haud aliam fuiſſe cauſam , quemadmodum aſſingerentur , quem perfectam earum felicitatem moram , & n'avoit ni d'autre ſujet de s'affliger , que le retardement de leur perfecte felicité . A Deo itaque conſolatio (*refrigerium*) pro illis animis poſtulabant . Patres iidem credidere , pro Martyribus aliiſque juſtis futuram primam quandam reſurrectionem , quæ univerſalem reſurrectionem mille annorum intervallo præcederet . En voilà quid cauſæ fuit , cur pro mortuis precarentur . Voilà ce qui a fait prier pour les Morts „ . Verum præpoſteram omnino loci hujus expoſitionem obtrudere nobis geſtit Scriptor iſte.

Ac primo quidem antiquiores Patres generatim in propoſita illa opinione fuiſſe , pronunciat ille quidem , ſed imperite , de quo inferius. Sed rem bene vel juxta opinionem propoſitam expendentes (quod tamen agere non tentemus : nam doctrinam in Eccleſia univerſim receptam ad paucorum opinationem exigere & explicare nequaquam ſinemus) non parum nihilominus ille peccat .

Atque equidem ipſemet ſibi quidem non conſtat : paulo infra eldeſlicet , ſubterraneum locum illum , quo juſtorum animæ detinerentur , credidisſe fuiſſe *pacis & refrigerii locum* faciens , *ce ſut un lieu de paix & de*

do confirmatrix, & fides obſervatrix. Si igitur Tertulliani ætate orandi & offerendi pro Defunctis ritus, jam non aliunde quam ex conſtanti Traditione profectus habebatur; ac Traditione quidem, quæ, ut idem ſubdit, in obſervatione defendebatur, confirmabatur conſuetudine idonea teſte probatæ tunc Traditionis ex perſeverantia obſervationis; quum autem Tertullianus haud integro ſæculo ab Apoſtolorum ætate diſtaret, vel hinc etiam inſtituti hujus vetuſtas Eccleſiæ ipſi coæve comprobatur; proindeque tum quidem penes Epiſcopos, Presbyteros, Clerum cæteroſque Fideles receptum patet.

& de refrabiſſement. Sed ſi in loco *refrigerii* eidem ſunt, quorſum eis *refrigerium* adpoſtularet? Verum & dolor ille & angor, quo laborent ex mora perfectæ illius felicitatis, quam in reſurrectione conſecuturi ſunt, cujuſque caelo refrigeria egeant, Beauſobrii commentum eſt, quod aeque ex ejuſdem Tertulliani doctrina reſpuitur. Libro namque *De Anima c. 14.*, in illa opinione de animis apud inferos degentibus, eſſe inquit *ſupplicia illic & refrigeria*: habes, ſubdit, *pauperem & divitem*, ad illud reſpiciens quod refertur *Luca XVI*. Jam vero *refrigeriorum* ſtatum ad Juſtos pertinere curvis patet. Dum igitur Tertullianus *refrigerium* iis quibuſdam *adpoſtularet*, de Juſtis illis, quos *refrigerio* gaudentes agnoſcit, intelligendus haudquaquam eſt; ſed de illis, qui in refrigerio nondum ſunt, eo quod aliquid eiſdem exſolvendum ſupereſt. Quandoquidem ipſe quoque inquit (*Lib de Anima*) „ modicum quadrantem (*de quo Matth V.*) modicum delictum mora reſurrectionis illic luendum interpretamur „ & ſuperius dixerat, non eſſe quemquam ex illo carcere dimittendum, niſi modico quoque delicto mora reſurrectionis expenſo. Quid? quod celebs cadentuce Tertulliane verba ipſa excogitatam a Beauſobrio explicationem penitus quidem explodunt. Duo videlicet ibi diſtinguuntur poſtulationes, altera que refrigerium, alia qua in prima reſurrectione conſortium poſtulatur. Hoc ad reſurrectionis illius futurum tempus reſerendum; refrigerium autem interim eis adpoſtulari. Quod equidem nemini conſueviſſent interim adpoſtulare, niſi ob delicta nondum forte plene ſoluta refrigerio indigere poſſe credidiſſent; & niſi orationum & oblationum ope id ei ſorores, in hoc nempe temporis intervallo, quod ante reſurrectionem intercedat, impetrare poſſe credidiſſent; ita ut ejuſcemodi animarum ſtatus omnino creditus agnoſcatur, in quo pia illa viventium officia adjuventur,

XXVIII. Doctrinam hanc igitur univerſim receptam, ac primis ipſis prorſum Ecclesiæ temporibus, Romanenſium jam quidem doctrinam appellent; ſed videant ſane Romanam Eccleſiam ceteris Catholicæque Ecclesiæ doctrinam ſartam tectam ſervate; de qua Eccleſia id Jo: Calvini animum ſubire par quidem erat, quod alibi confitetur (1). *Hæc doctrina ſemel tradita fuit aliis omnibus ſeniatior*. Quamobrem cavendum ei omnino quidem erat, ne diceret quod tot ac tanti viri, maximeque priſci illi, abrepti in errorem fuerint, quod inconſiderata credulitas judicio privavit illorum mentes. Ita ne vero abripuiſſe illos errorem cenſendum erit? Heus vero, neque ſecundum Calvinum ipſum. Audiamus porro ipſum, quando ſacrorum Librorum auctoritatem & veritatem probat: Certo certius eſt, inquit * „ ipſorum ſcripta non
„ aliter perveniſſe ad poſteros, quam de manu
„ in manum, ut ita loquar, perpetua annorum
„ ſerie a Patribus tradita qui partim loquentes
„ audierant, partim recenti memoria diſcedebant
„ ab auditoribus, fuiſſe ita loquutos. Tum vero
„ ✠ „ Adde quod aliæ quoque ſunt optimæ ra-
„ tiones, cur pondere ſuo non careat Eccleſiæ
„ conſenſus. Neque enim pro minimo ducendum
„ eſt, ex quo Scriptura publicata fuit, tot ſæ-
„ culorum voluntates conſtanter in ejus obedien-
„ tiam conſenſiſſe. Adde etiam huc, quod non
„ una civitas, non gens una in eam recipien-
„ dam,

(1) *Lib. 4. Inſtit. cap. 6. § 16.* * *Lib. 1. Inſtit. cap. 8. § 9.* ✠ *Eodem cap. § 12.*

„ dam, & amplexandam conſpiravit.. Sed quam
„ longe lateque patet terrarum orbis, variarum
„ gentium, quibus alioqui nihil inter ſe commu-
„ ne erat, ſancta conſpiratione ſuam authorita-
„ tem adepta eſt. Porro quum plurimum nos mo-
„ vere debeat talis convenientia tam diverſorum
„ animorum, & rebus omnibus alioqui inter ſe
„ diſſidentium, quando eam non niſi cœleſti nu-
„ mine conciliatam apparet: non parum tamen
„ gravitatis illi accreſcit, dum intuemur in eo-
„ rum pietatem qui ſic conveniunt, non omnium
„ quidem ſed quibus ceu luminibus fulgere Ec-
„ cleſiam ſuam Dominus voluit „. Et alibi quo-
que Epiſcopos illos qui Apoſtolis ætate proximi
fuerunt, *Sanctiores* appellat. Quum itaque doc-
trinam de qua agimus a primis uſque Eccleſiæ
temporibus in Eccleſia receptam, conſtanterque
traditam oſtenderimus: Quum non una quidem
civitas non gens una in eam recipiendam & am-
plexandam conſpiraverit; ſed quam longe late-
que patet Chriſtianus terrarum orbis, variarum
quidem gentium quibus alioqui nihil inter ſe com-
mune erat, eandem pietatem ſuſceperint:
Quum Catholicorum tot ſæculorum voluntates in
eandem obſervationem conſenſerint: (Quod enim
in Aërio, in ejuſdem deinceps hac in re ſecta-
toribus damnatum quoque eſt, in Henricianis, Pe-
trobuſianis, Albigenſibus, Valdenſibus, Catharis
& id genus Hæreticis Sæc. XI. XII. XIII. (1); &

Ll 2 rurſum

(1) Contra illos hac de re ſcripſerunt inter cæteros S. Bernardus *Sermone* 66, in *Cantica*. Lucas Tudenſis *Adverſus Albigenſium errores* lib. 1. cap. 7 Ecbertus

rurſum in Lutheranis , & Calviniſtis , aliiſque Sæc. XVI. novatoribus *) . Accedit vero pro doctrina de qua egimus, illorum quoque conſenſio , quibus ceu luminibus fulgere Eccleſiam ſuam Dominus voluit (1) . Quum igitur eadem utrobique conveniant ; quumque ipſe profiteatur ejuſcemodi convenientiam plurimum debere nos permovere , ut illud ex cœleſti numine profectum credamus ; ita jam plane de Purgatorii quoque doctrine credendum eſt . Sed is eiſdem urgentibus quidem momentis illud pie ſuſpicit , & religioſa veneratione complectitur , alterum tanquam exitiale Satanæ commentum ex blaſphemiis conſtructum

bertus Ord. S. Bened. *Adverſus Catharos Serm.* 9. Petrus Pilichdorf *contra Vald. cap.* 21. Van. P. Moneta Cremonen. Ord. Prædicat. , qui florebat an. 1230. *Adverſus Catharos , & Valdenſes libro* 4. *cap.* 9. , cujus Opus a Cl. P. Thoma Auguſt. Ricchinio tum Collegii Caſanat. Theologo nunc S. Congreg. Indicis Secretario editum, atque illuſtratum fuit . *Romæ* 1743.

* Concil. Tridint. *Seſſ.* 6. *can.* 30.

1) Nonnullos laudavimus *pag.* 220 , *& ſeqq.* Quum autem & ex iis , & ex Eccleſiaſticum monumentis , quæ produximus , pateat doctrinam hanc fuiſſe ubique receptam , idem plane autem omnes ſenſiſſe jure meritoque colligimus. In Eccleſiæ itenim, inter ſacra ipſa Myſteria commemorationes id orationes pro Defunctis fieri quiſque cernebat , Hæ ab Sanctiſſimis illis Epiſcopis peragebantur ; nemo autem qui aliter ulpiam ſevera ſenſerit deprehenditur . Quod ſi non omnes has de re diſerta ſcripſerunt , id evenit ſi patet ex eo quod id quæſtionum ab eis inſtitutarum ratio non poſtularet ; neque nullum adhuc qui hanc doctrinæ infragaret eſſet , expertarent , ut ejus propugnationem ſuſciperent tenerentur. Vid. quoque de Patrum veterum ſententia Cl. Jo: Garetius *De Orat. pro Defunctis* , Card. Bellarminus , Nat. ab Alexandro *in Hiſt. Eccleſ. ſæc. IV. qu.* 45 , Card. Gotti O. P. *Vera Chieſa di Criſto tom.* 2. *p.* 1. *art.* 10. , Jo: Jacobus Schiffmacher S. J. *Lettres ... ſur le ſix principaux obſtacles a la converſion des Proteſtans Lettre* 5. *Straſbourg* 1733. Ex Protestantibus quidem Thomas Millius in *Advers. ad S. Cyrill. Jeroſol. Catech. Myſtagog. V num.* 6. *Edit. Oxoniæ* 1703 „ Conſuetudo orandi & offerendi pro „ fidelibus defunctis , inquit , jam inde ab Apoſtolorum temporibus in „ Eccleſia viguiſſe veriſimilimum videtur . Vid. etiam Hugonis Grot. *Annot. ad Conſult. Caſſandri art.* 20.

tum reſpuit ac deteſtatur. Ita ne vero decernens, mentem ſuam a præjudiciis liberam prodit? Non profecto, non inconſiderata credulitas, ut ipſe ſcripſit, judicio privavit SS. Eccleſiæ Procerum mentes, ſed ejus revera mentem nimium Romanæ Eccleſiæ contradicendi ſtudium ita corripuit, & excæcavit, ut ne clariſſima quidem vidiſſe, ratiocinandique uſum amiſiſſe videatur. Sed ii ejuſque ſodales æquum jam animum contuliſſent ad Sacrorum Codicum documenta, quos divina profitentur authoritate pollere, ad quorumque normam actiones Fidelium exigendas eſſe conclamant. In iis enim vero perquam luculenter docemur non omnia Religionis dogmata & inſtituta ſcripto mandata eſſe, ſed Verbo quoque tradita eſſe permulta. Quod nimirum in optima inſtitutione Reipublicæ faciendum, Prophani quoque novetunt, ut in ea ferantur etiam mores, nec ſcriptis omnia ſanciantur (1); in inſtituenda id equidem Eccleſia omnino cernimus obſervatum. Quantanque mandata ſunt Patribus noſtris nota ea facere filiis ſuis, ut cognoſcat generatio altera: filii autem naſcentur, ſurgent & narrabunt filiis ſuis (2); horumque teſtari eſt & concinere; *auribus noſtris audivimus, Patres noſtri annunciaverunt nobis* (3). *State*, porro clamat Apoſtolus, *State, & tenete Traditiones quas didiciſtis, ſive per SERMONEM, ſive per epiſtolam noſtram* (4). *Laudo autem*

(1) Cicer. lib. 2. de Legibu (2) *Pſalm* LXXVII (3) *Pſalm* XLIII (4) 2. *Theſſal*, II. 14.

tem vos fratres, quod ... ſicut tradidi vobis præcepta mea teneatis ... cetera autem, cum venero, diſponam (1). *Plura*, inquit Joannes (2) *habens vobis ſcribere, nolui per chartam, & atramentum: ſpero enim me futurum apud vos, & ore ad os loqui*. Et Paulus rurſum Timotheum inſtruens, *formam habe ſanorum verborum*, ait *, *quæ a me audiſti ... Bonum depoſitum cuſtodi* ✠. *Et quæ audiſti a me per multos teſtes, hæc commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt & alios docere*. Hæc, ut alia præteream, palam equidem faciunt, multa ab Apoſtolis tradita, explanata, commendata, probata, quæ ſcripto ab ipſis mandata non ſunt, ſed cordi, ut ita dicam, fideique Eccleſiarum commiſſa, ut penitius recepta, & conſuetudine radicata, non circumventionibus, non captioſis fallaciis inſidioſorum paterent (3). Imperite ergo quidem Calvinus interrogat, *quo Dei Verbo precationes fierent pro Defunctis*, ſi de Verbo Dei *ſcripto* ſit ſermo; perinde atque nulla Verbi Dei *Traditi* ratio habenda ſit. Verbum Dei profecto opus non habet ut in ſcriptum redactum ſit; imo Scriptum Verbum, ſi vere ac proprie loqui volumus, non eſt verbum; ſuamque auctoritatem ac vires non a charta certe habet, aut atramento. Non tantum igitur præcepta atque inſtituta illa, quæ literarum notis exarata & expreſſa in Sacris Libris leguntur, verum

(1) 1. Cor. 11. v. 34. (2) *Epiſt.* II. * 2. *Thimoth.* I. 13, 14. ✠ *In eadem Epiſt* II 2.
(3) De ejuſcemodi cauſis, cur ita factu opportunum fuerit Vid. S. Baſil. *lib de Spiritu S cap* 27 *&* 29 Vincent. Lirinen. in Comment. Melchior Canus *Loc Theolog. lib.* 3 *cap* 3 *fundam* 4.

rum & oretenus tradita ſuſcipere religio eſt. Quid? quod Chriſtiana Religio non literis primum ſubſtitit, ſed Traditione? Sic profecto Sacra Volumina ſcripta eſſe inquit S. Lucas (1), *ſicut tradiderunt nobis qui ab initio ipſi viderunt, & Miniſtri fuerunt ſermonis* καθὼς παρέδοσαν ἡμῖν οἱ ἀπ' ἀρχῆς αὐτόπται, καὶ ὑπηρέται γενόμενοι τοῦ λόγου. Quod ſi Apoſtoli ſcripturas nobis non reliquiſſent, *nonne*, ajebat Irenæus (2), *oportebat nos ordinem ſequi Traditionis, quam fideles ſcilicet ante* ſcriptum Evangelium ſequebantur.

XXX. Quæ quum perſpicua ſint, attamen Adverſarii hæreticorum certe more (3), ſacras illas obſervationes, quarum faſtidiunt, ſi in Verbo Dei ſcripto expreſſe explicireque non deſcribantur, abjicere non verentur. *A quocumque*, inquit Calvinus (4), *emanarent*, poſtquam *videmus in tantum abuſum prolapſas eſſe, nihil obſtat quominus ſine ulla ejus contumelia abrogemus*. Sana ne autem ejuſcemodi præſcribendi agendique ratio æquis rerum æſtimatoribus videri poteſt? Si ea uſpiam obtineat, ecquæ jam præclariſſimæ quanquam Artes, ecquæ Diſciplinæ, ecquæ Leges unquam ſubſiſtant? Ac ne ſcriptum quidem Dei Verbum ferendum veniat, quandoquidem & ipſo quidem tantopere abutuntur & improbi, & imperiti. Sed vitia privato-

rum

(1) *In principio ſui Evang.* (2) *Lib. 3 contra Hæreſes cap. 4.* quod omnino quidem legi meretur. (3) Traditionibus adverſari proprium ac familiare Hæreticorum eſſe, vel jam ſecundo ſeculo tradidit Irenæus laud. *lib. 3. cap. 2.* „ Quum autem ad eam iterum Traditionem, quæ eſt ab Apoſtolis, quæ per „ ſucceſſiones Presbyterorum in Eccleſiis cuſtoditur, provocamus eos, ad„ verſantur Traditioni „. Quo plane morbo alios demceps ſectarios pariter laborantes, & aberrantes conſpicimus. (4) *Lib. 4. Inſtit. cap. 10. § 20.*

rum hominum ad res ipſas minime transferenda eſſe perpetuo monuerunt ſanæ mentis homines. Quamobrem ſi abuſus in rem de qua agimus, quos ille plus nimio exaggerat, irrepſere, amputandos eos eſſe nemo cordatus non videt: Et Eccleſia profecto eos plane quos novit, nequaquam ferendos ſed extirpandos oppido ſenſit quidem, ac ſanxit (1). Sed quæ juſta, ſancta & ſalubria ſunt abolere, iniquitas procul dubio & impietas eſt. *Omnia probate*, clamat Apoſtolus (2): *quod bonum eſt tenete*. De Traditionibus autem, *tenete*, inquit, *Traditiones, quas didiciſtis, ſive per SERMONEM, ſive per epiſtolam noſtram*. Sed Adverſarii noſtri eas abſque delectu, *a quocumque etiam emanarint*, abrogandas edicunt. In quo ecquis non videat quo ſpiritu cieantur, quantumque a ratione, a forma in Scripto Dei Verbo Fidelibus Eccleſiæque præſcripta deſciſcant? En vero, ut præpoſteræ contentionis turbine abrepti in Scriptum ipſum Dei Verbum illidunt; cujus vel etiam notionem, dum Traditionem nutare volunt, in diſcrimen quidem imprudentes adducunt. Quæ etenim & quot ſunt Sacra Volumina non niſi ex Eccleſiæ Traditione accepimus & tenemus (3); Deo utique ſic diſponente:

(1) In id Concilia ſugites intendiſſe, quibuſque legentibus patet. Idemque Tridentini Concilii Patribus maxime quidem cordi fuit, cujus inter alia videri poſſunt *Decr. De Purgatorio. De Invocat., Venerat., & Reliquiis Sanctorum, & Sacris Imaginibus, & Decr. de Indulgentiis*. (2) *I Theſſal.* V. 21. (3) Id, ut jam advertimus, vel Calvinus ipſe cognovit, qui etiam in I. Timoth. III. 15 De veritate Evangelii *ſolius*, inquit *Eccleſiæ miniſterio in terris conſervatur*. Neque aliter Philippus Melanchton *in loc. comm. De Eccleſ.* Illud

ponente : *Quomodo* videlicet *credent ei, quem non audierunt ? quomodo autem audient ſine prædicante ?* inquit Paulus (1), qui & Fidem *ex auditu* eſſe aperte quidem ſubjungit. Atque equidem Chriſtus Dominus Evangelium omni creaturæ prædicandum injunxit (2); & Paſtores Doctoreſque in Eccleſia dedit (3), ut ipſorum certe foret ea tradere quæ tra-

m m denda

Illud autem quorundam effugium ad Spiritus Sancti afflatum, quo unusquisque intus agatur, ut cernere ac dijudicare queat, quænam vere reapſe ſint, & qui ſecus habendi ſint, quam male omnino quidem cedat (quibuslibet ex ſua opinione ſuam ſibi confingentibus fidem) explosum jam dudum eſt. Vid. Melchior Canus *loc. Theolog. lib. 2. cap. 8.* Dominicus Gravina Ord. Prædic. *Cathol. Præſcript. Parte 1. lib. 3. Controverſ.* ... Adi & Petrus de VValenburch *De triplici rat. credendi* ...

Veruntamen haud inficiamur lumen internum Spiritu Sancto infuſum requiri, quo excitemur & moveamur ad aſſenſum rebus fidei tribuendum. *Non enim eſt omnium fides* (II *Theſſal.* III 2.) *Nec omnes obediunt Evangelio* (*Rom.* X 16.) unde patet inquit D. Thomas (*Lect.* 3 in *cap.* X. *Epiſt. ad Rom.*) „quod verbum exterius loquentis non eſt cauſa ſufficiens Fidei, niſi cor hominis attrahatur interius virtute Dei loquentis „. *Nemo poteſt venire ad me, niſi fuerit ei datum a Patre meo* ... *niſi Pater qui miſit me traxerit eum.* Jo. VI. 44. 65. Quamobrem ultimam fidei nostræ reſolutionem fieri dicimus in Deum moventem interius ad credendum, ut in rationem formalem, quemadmodum loquuntur Scholæ. Quanquam vero ejuſcemodi cordis inclinatio ad credendum non fit ex auditu, ſed ex divina gratia, ut laudatus Angelicus ibidem ſubdit; alterum tamen etiam requiritur, determinatio videlicet de credibili; & hoc eſt *ex auditu*. „Et ideo Cornelius (*Act.* X.) qui habebat cor inclinatum ad credendum, neceſſe habuit, ut ad eum mitteretur Petrus, qui ſibi determinaret quid eſſet credendum „. Et de Eunucho illo (*Act.* VIII.) qui Iſaiam legens non intelligebat, non per Angelum eſſe quod intelligebat expoſitum ait Auguſtinus in *Prolog. Lib. de Doctr. Chriſt.* aut in mente ſine hominis miniſterio revelatum eſt, ſed potius ſuggeſtione Dei ſua miſſus eſt ad eum, ſeditque cum eo Philippus, qui ... humanis verbis & lingua quod in ſcriptura illa tectum erat aperuit „. Ac vel ipſemet Chriſtus Dominus per Civitates & Caſtella quaque verſum peragravit, ut ea quæ percipienda hominibus erant, extrinſecus quidem proponeret traderetque ; ſic autem omnino faciendum ratus, ut dixerit, Jo. XV. 22. *Si non veniſſem, & locutus eis non fuiſſem, peccatum non haberent. Nunc autem excuſationem non habent de peccato ſuo.* Et Jo. XVII. 20. De Diſcipulis loquens : *Non pro eis autem rogo tantum, ſed & pro eis qui credituri ſunt* PER VERBUM EORUM *in me*.

(1) *Rom.* X. 14. (2) *Marci* XVI. 15. (3) *Epheſ.* IV. 11.

denda ſunt, aliorum autem quæ ab eis traduntur ſuſcipere. Si autem ponamus cuiquam licere, Illis Religionis ſcita docentibus fidem non adjungere, integrum jam quidem erit eiſdem, cum Verbum Dei Scriptum tradunt, non attendere, ac refragari. Nihil etenim cauſæ eſt, cur Eccleſiæ teſtimonium potius accipere debeamus ubi Libros, quos in Canone habemus, ab Auctoribus Dei numine afflatis profectos eſſe teſtatur ac docet, quam ubi de aliis documentis & inſtitutis id ipſum aſſeverat ac tradit. Alia quippe ſcripto, alia ore tenus tantum, non ſcripto ab Apoſtolis Eccleſiæ fidei commiſſa eſſe monſtravimus. Si igitur teſtimonium ejus in rebus non ſcriptis imbecillum habeatur & fallax, imbecillum jam quoque, nec fidum in Traditione Verbi ſcripti cenſendum erit; probarique aliis jam non poterit Sacrorum Librorum γνησιότης, veritas, certitudo; nulluſque jam e Canonicis liber erit, quem quivis non poſſit ad Apocryphos amandare (1). Vel hoc itaque abſurdum quidem conſequitur, ſi poſitio adverſariorum teneat, Eccleſiæque Sacra Tradenti adhibere fidem detrectes.

XXX,

(1) Ex Eccleſiæ Traditione nimirum probamus, ac dedem quidem probarunt Patres Sacrorum Codicum veritatem. Hos quippe inter varios qui Apoſtolorum, atque Apoſtolicorum nomine ferebantur, ut ea admittendos probarunt, quos a ſua Eccleſia a Majoribus accepiſſent, eos autem repudiandos, quos ab iiſdem traditos non haberent. Vid. Serapion Antioch. Epiſc. in *Lib. de Evang. Petri* apud Euſeb. *Hiſt. Eccleſ. lib. 6. cap. 12.* Tertull. *De Præſcriptionibus*, *De Carne Chriſti*, & *ſuis lib. 4.* *Adverſus Marcionem*. Origenes *Tract. 29. in Matth.* August. *Lib. 2 De Doctrina Chr.* c. 8. *Lib. 28 contra Fauſtum Manich. cap. 2. & 4.*, & *Lib. 33 cap. 6.*, ubi in

eo

XXX. Sed enim vel ipſoſmet adverſarios catholicam veritatem minime latuiſſe, Eccleſiæque negandam haudquaquam iidem falſos atque profeſſos eſſe multoties comperimus: Sic videlicet ſæpenumero afficiebantur, ſebanturque haud aliter aſſeverandum ex tot quidem tamque perſpicuis Scripturarum teſtimoniis, cujuſcemodi ſunt hæc, *Iſai* LIX 21. *Spiritus meus, qui eſt in te, & verba mea, quæ poſui in ore tuo, non recedent de ore tuo, & de ore ſeminis tui, dicit Dominus, amodo & uſque in ſempiternum*; ubi de Chriſto agi, ſeminiſque nomine Fidelium Eccleſiam deſignari, negari non poteſt. *Jo:* autem XIV. 16. *Ego rogabo Patrem, & alium Paraclitum dabit vobis, ut maneat vobiſcum in æternum, Spiritum veritatis*. XVI. 12. 13. *Adbuc multa*, quippe, *habeo vobis dicere: Sed non poteſtis portare modo. Cum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veri-*

mm 2 *tatem.*

quidem inſiſtit, quod ſi Hippocratis, Platonis, Ariſtotelis, Ciceronis, Varronis, aliorumque ejuſmodi Auctorum Libri ipſorum eſſe ex temporum ſibimet ſuccedentium conſtenti conteſtatione probantur; Eoque jam dicit, inquit, hoc minus non potuiſſe Apoſtolorum Eccleſiam ... ſidam jam numeroſam fratrum concordem, et eorum ſcripta fideliter ad poſteros trajecerint, cum eorum Cathedras ad præſentes Epiſcopos certiſſima ſucceſſione ſervaverint. Quo unquam litteræ ullum haberent pondus auctoritatis, ſi Evangelium, ſi Apoſtolum non haberent? Atqui hæc, quem ... quoſcumque calere debeant, quantum jam fuſe apud eos qui Chriſtianum Fidei nomen dediſſe docente, qui Chriſtum Eccleſiæ Caput eſſe, ejuſdemque totam genere, inficiari non poſſunt ... ſi Eccleſiam Fidei in dubium venire, quum ſacros Codices non niſi ex traditione tenemus, horum jam quidem veritatem in occulto latere neceſſum eſt. Quemadmodum ſeliceri quiſque geſſi alicujus veritatem probaturus inepte Hiſtorici ... genus auctoritatem urgeret, quem alias emungere malaque fidei poſtularet, haud aliter quidem ineptione Adverſarii, quem ad probandam Scripturam divinitatem Teſtimonium Eccleſiæ adducunt, quam in aliis clamitant a veritate ad mendacium, a cultu Dei ad ſuperſtitionem, & idololatriam nomenes abduxiſſe.

Quan-

tatem, ⸗ *Euntes ergo docete omnes gentes* .:.. *docentes eos ſervare omnia quæcumque mandavi vobis*. *Et ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus*, *uſque ad conſummationem ſæculi*. Jam vero *. *Qui vos audit*, *me audit*. Quod *ſi* quis *Eccleſiam non audierit*; *ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus*. Cautum autem id quoque eſt, ne portæ inferi prævaleant adverſus eam (1). Conſtitutaque ipſa eſt *columna*, *& firmamentum veritatis* (2), ejuſque fundamenti angularis lapis eſt ipſemet Chriſtus Dominus (3), qui, quandoquidem omnia tradita ei a Patre ſunt (4), ubi *aſcendit ſuper omnes Cœlos*, *ut impleret omnia*, *ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos*, *quoſdam autem*

Quanquam autem reſpondeant Reformati (*Confeſſ. Gall. art. 4.*) non tantum *ex communi Eccleſiæ conſenſu*, *ſed etiam multo magis ex teſtimonio & intrinſeca Spiritus Sancti perſuaſione* ſic admoneri & illuſtrari, ut Canonicos certe ab aliis eccleſiaſticis libris diſcernant, nihil tamen [illegible]. Etſi namque in cognoſcendis modum inde ſe habere dictitare poſſint, non tamen modum probandi, eoque propterea jure doctoque ſic affatur Wolzoburchanſis, *Exam. 3 Cathol. Princip.* §. 17. „ Si putetis intrinſecam „ Spiritus Sancti perſuaſionem, [illegible] in probationem Scripturæ, cum „ vos aſſirmatis Epiſtolam ad Hebræos eſſe canonicam, urgeat autem „ Lutheranus; quomodo perſuadebitis Lutherano vos Spiritu Sancti ſuggerente, Epiſtolam ad Hebræos habere auctoritatem? id profecto nulla probabili ratione [illegible], [illegible] neceſſaria, & [illegible]. At vero „ ſi intrinſeca Spiritus Sancti perſuaſio non veniat in probationem; unde „ docebitis Epiſtolam ad Hebræos eſſe canonicam, ſi non ex communi Eccleſiæ [illegible], quæ fidelium [illegible] Eccleſiæ in proponendo verbum Dei [illegible] „ agnoſcatis, vel ſi eam [illegible], neceſſe eſt ut ſitis Catholici. Tandem „ ut paradoxum [illegible] Reformati, en credere Epiſtolam „ ad Hebræos, ſit articulus neceſſarius, ſi affirmatis, quomodo poteſtis „ communionem Lutheranorum amplecti, qui contrarium [illegible]? ſi negatis [illegible] Scripturæ neceſſaria? Ubi „ vero probari nequeat Sacram Scripturam eſſe verbum Dei, „ An Chriſtus ([illegible] doctiſſimi Auctoris *De Tradit. prob.* 5.) condemnabit incredulos qui fidem non habuerunt verbis quæ probari non poterant eſſe „ ſua? an [illegible] Eccleſiam, quæ [illegible] Dei fungatur, & „ [illegible] adverſariorum Eccleſiæ, non de ſapientia Dei, [illegible] Eccleſiæ [illegible] „

⸗ *Matth.* XXVIII. 19 *& ſeq.* * *Luc.* X. 16. (1) *Matth.* XVI. 18 (2) *I. Timoth.* III. 15. (3) *Epheſ.* II. 20. (4) *Matth.* XI. 27.

autem Prophetas , alios vero Evangeliſtas , alios autem Paſtores & Doctores , ad conſummationem Sanctorum in opus miniſterii , in ædificationem Corporis Chriſti . Quandiu id vero ? *DONEC OCCURRAMUS OMNES IN UNITATEM FIDEI .... ut jam non ſimus parvuli fluctuantes , & circumferimur omni vento doctrinæ* (1). Ii porro quidem clamaverunt (2). *Qui non eſt ex Deo , non audit nos : in hoc cognoſcimus ſpiritum veritatis , & ſpiritum erroris* . Secundum hæc jam vero Lutherus in *lib. de* X. *Præcept.* „ Eccleſia , inquit , regitur a Spiritu Sancto . „ Dico mea ſententia nulli eſſe licitum judicium „ ſuum , ſuam opinionem , ſuam devotionem ſe„ qui , ſed auctoritatem Eccleſiæ „ . In *Cap.* V. *Ep. ad Galatas* ad illa verba : *Manifeſta ſunt autem opera carnis* , de Hilario , Cyrillo , Athanaſio , Ambroſio , Auguſtino, inquit . „ Hi ſine ulla ſuperſtitione do„ cuerunt fidem Chriſti pure , Hæreticis reſtiterunt &c. Philippus Melanthon *De Eccl. & Author. Verbi Dei* „ Tertullianus adverſus Praxeam inquit hanc re„ gulam tenendam eſſe adverſus omnes hæreſes , „ rectum eſſe quodcumque primum eſt , adulte„ rinum vero quodcumque poſterius .. Irenæus con„ tra Florinum allegat auctoritatem ſuperiorum ac „ nominatim Polycarpi .. Baſilius allegat nutri„ cem ſuam , cujus pietatem ait tunc in primis „ fuiſſe laudatam , & addit eam accepiſſe doctri„ nam a Gregorio Neocæſarienſi , qui illo tempo„ re eruditione & miraculis claruit , & refutavit „ Samoſatenum , ac reliquit brevem confeſſionem „ fidei ,

(1) *Epheſ.* IV. 10. *& ſeqq.* (2) I. *Jo.* IV. 6.

„ fidei, quæ continet illuſtre teſtimonium de Tri-
„ nitate .. Origenes allegat Apoſtolos de Baptiſ-
„ mo infantum Ait enim in *Cap* VI ad *Romanos*,
„ Eccleſias accepiſſe Traditionem ab Apoſtolis, ut
„ baptizentur infantes. HI RECTE ALLEGANT
„ AUTHORITATEM ECCLESIÆ „. Calvinus
in *Iſai.* LIX. 21. ad illud *Et ego cum ipſis* „. Jam
„ vero promittit inæſtimabili hoc bono Eccleſiam
„ nunquam privatum iri, quin Spiritu Sancto re-
„ gatur, & fulciatur cœleſti doctrina. Parum enim
„ eſset nobis ſemel offerri Evangelium, noſque ſpi-
„ ritu donari, niſi apud nos perpetuo reſideret.
„ Hunc ergo ordinem in Eccleſia ſtatuit, ut fru-
„ ſtra jactent ſe Deo parere velle, qui ejus Mi-
„ niſtros rejiciunt .. Eſt autem ejuſmodi (pro-
„ miſſio) Dominum ſic affuturum Eccleſiæ, ſic-
„ que ejus curam habiturum, ut eam privari doc-
„ trina nunquam ſinat „. In *Jo.* XX 21. ad illa
„ verba, *quemadmodum miſit me Pater* „. Intelligit, in-
„ quit, hac lege ſe creatum fuiſse a Patre Eccle-
„ ſiæ Doctorem, ut præiret reliquis ad tempus,
„ deinde ſubrogaret in locum ſuum qui abſentis
„ vicem ſupplerent, Qua ratione Paulus dicit
„ eum dediſse alios Apoſtolos, alios Evangeliſtas,
„ alios Paſtores, QUI ECCLESIAM USQUE AD
„ FINEM MUNDI GUBERNENT. In *act. Apoſt.*
„ VIII. 28 De Eunucho „ Nempe inſcitiam ſuam
„ in locis obſcurioribus agnoſcit. Multa ſunt apud
„ Iſaiam, quæ longa expoſitione minime indigent:
„ ut quum de bonitate & potentia Dei concio-

„ na-

„ natur.. Nemo itaque tam rudis erit idiota, „ qui librum illum legendo, non aliquantum pro„ ficiat. Vix tamen forte decimum quemque ver„ ſum ſolide intelliget „. Et in *verſ.* 51. „ Eunuchi „ exemplo, adminiculis omnibus utendum eſt, „ quæ Dominus ad intelligendam Scripturam no„ bis proponit. Phrenetici homines ἐνθουσιασμὸς e „ Cælo petunt, & interea miniſtrum Dei con„ temnunt, cujus manu regi debebant. Alii per„ ſpicacia ſua freti, neminem audire, nullos com„ mentarios legere dignantur. Atqui Deus ſubſi„ dia, quæ nobis deſtinat non vult contemni, & „ eorum contemptum impune cedere non pati„ tur. Atque hic memoria tenendum eſt, non „ modo datam nobis eſſe Scripturam, ſed IN„ TERPRETES SIMUL, ET DOCTORES „ ESSE ADDITOS, QUI NOS ADJUVENT. „ Hac ratione Philippum Dominus Eunucho po„ tius deſtinavit, quam Angelum „ Vid. etiam in „ *Cap.* X. 5. In *lib.* 4. *Inſtit. Cap.* 2. § 2. refertur quan„ ti ſucceſſionem Epiſcoporum fecerint Irenæus, „ Tertullianus, Origenes, Auguſtinus, & alii: „ tum vero §. 3. inquit „ Quum extra controver„ ſiam eſſet, nihil a principio uſque ad illam „ ætatem mutatum fuiſſe in doctrina, ſumebant „ quod omnibus novis erroribus conficiendis ſuf„ ficeret, illis oppugnari doctrinam ab ipſis uſque „ Apoſtolis conſtanter, & unanimi conſenſu re„ tentam „ Idem *lib.* 4. *Inſtit.* §. 4 De Eccleſia lo„ quens „ Non alius eſt in vitam ingreſſus, ait,

„ niſi

„ niſi nos ipſa concipiat in utero, niſi pariat, „ niſi nos alat ſuis uberibus, denique ſuo cuſto„ dia & gubernatione ſua nos tueatur, donec „ exuti carne mortali &c Et *num.* 5. poſtquam re„ tulit illud *Ephſ.* IV. 11. dediſſe Deum alios quidem Apoſtolos &c. „ Videmus, inquit, ut Deus „ qui poſſet momento ſuos perficere, nolit ta„ men eos adoleſcere in virilem ætatem niſi edu„ catione Eccleſiæ ... Sicuti autem veterem po„ pulum non ablegavit ad Angelos, ſed Doctores „ excitavit e terra, qui vere præſtarent munus „ angelicum · ita & nos hodie humanitus vult do„ cere. Ac ſicut olim non contentus fuit ſola „ Lege, ſed Sacerdotes addidit interpretes, ex „ quorum labiis populus inquireret verum illius „ ſenſum: ita hodie non tantum vult nos eſſe „ lectioni attentos, ſed Magiſtros etiam præficit „ quorum opera adjuvemur „ & infra „ etſi ex„ ternis mediis alligata non eſt Dei virtus, nos „ tamen ordinario docendi modo alligavit: quem „ dum recuſant tenere fanatici homines, multis „ ſe exitialibus laqueis involvunt &c. VVhitgiftus Anglo-Calviniſta ſic arguit Puritanos (1) „ „ Rectius vos quod Apoſtolorum tempore credi„ tum aut factum fuit intelligitis, quam Patres „ Apoſtolorum ſucceſſores?.. An tenebræ quas „ ſuperbia generat, ita in lucem verſæ ſunt; & „ & lux quæ in veteribus Patribus eruditione & „ ſanctitate conſpicuis toto Orbe reſplenduit, ſic „ in

(1) Contra Cattcrovium Parit. *lib.* 1 *c.* 27.

„ in tenebras converſa eſt, ut videat Carterovi-
„ tus, Tranerſius, Feneccus, & alii hujuſmodi;
„ Irenæus autem, Tertullianus, Cyprianus, Am-
„ broſius, Hieronymus, Chryſoſtomus, Auguſti-
„ nus, Gregorius, & reliqui ſanctiſſimi illi Viri
„ cæci judicentur? Mortalium ſtolidiſſimus eſſe de-
„ bet, qui ita judicat... Oportet ut Populi Chri-
„ ſtiani antiquos illos Patres veſtris novitatibus
„ anteponant, eiſque potius adhæreant quam vo-
„ bis„. Innumera pene id genus ſunt quæ ex ipſis, eorumque Symmyſtis poſſumus in medium proferre, quibus Traditionum neceſſitatem, veritatem, Eccleſiæque, ac Patrum fidem apertiſſime confitentur, urgentque etiam vehementiſſime ubi inter ſe diſputant. Sed alibi, quod commentitia eorum dogmata penitus inde revinci ac labefieri animadvertant, eandem auctoritatem, agnitam licet, receptam, probatam, ὑπόθεσιν δυλέυοντες non attendendam jam, reſpuendamque contendunt. Sic aſſolet nempe: „ Quibus fuit propoſitum ali-
„ ter docendi, ajebat Tertullianus *De præſcript. c.* 38.
„ eos neceſſitas coegit aliter diſponendi inſtrumen-
„ ta doctrinæ„. His ne igitur gerendum morem quiſpiam ſanæ mentis particeps dixerit, qui tam abſurda tamque pugnantia fundere non verentur? Qui dum Paſtoribus Doctoribuſque Eccleſiæ a Chriſto datis auſcultare detrectant, omni doctrinæ vento tam miſere ac turpiter circumferuntur, ut apertiſſime quidem pateat, in tanta eos inconſtantia, non niſi veritatis abdicatione verſari?

XXXI. Debita igitur firmaque Traditionibus fides ſit ; de qua, ſi cuipiam videamur egiſſe fuſius ; quam præſens poſtulet inſtitutum, ille ſic habeat, calamum mihi in id ſic excurriſſe, quod res quam tractamus, quum e Traditione quidem certiſſime comprobetur, hujus profecto ſtabilitatem, auctoritatem ac vim, iis ad quos hæc qualiſcumque ſcriptio noſtra perveniat, ſatis ſpectatam eſſe cupiamus, ſatis compertam. Dolemus etenim, non paucos eſſe, quos hæc noſtra quidem fert ætas, qui Traditionem non recte ſapiunt, ejuſque momentum levius arbitrantur, quam ut prudentem virum adigere ad aſſenſionem ei præbendam queat ; ſic docere videlicet pergunt, ſic ſcriptant. Ac mihi quidem altero ab hinc anno cum Calviniſta quodam de Purgatorio inter alia diſceptanti, Traditionemque ad id in medium adducenti ; Ne fluxæ fidei quæſo, ait, teſtimonia pendamus, ſed Sacras Litteras ; his non aliis aſſentiri non decet. Hæc ut audivimus, ipſum pene Calvinum ſuum illud, *quo Dei Verbo?* reſonantem audire viſum eſt ; operæ autem pretium nobis fuit ei etiam declarare quanti ſit quidem æſtimanda Traditio quam nos laudamus: quocirca impræſentiarum quoque aliquid ejuſmodi attingere haud prorſus inopportunum viſum eſt Lectorum id genus gratia, ſi quos habebimus ſic affectos ; qui ſi plura deſiderent, videant quid olim præſcripſerint Irænæus, Tertullianus, Baſilius M., Epiphanius, Vincentius Lirinenſis, &

pro-

propinquiore nobis ætate, ne plures enumeremus, Melchior Canus, Bellarminus, Adr. & Petr. de VVallenburch, Nat. Alexander, & antea laudatus Jo: Jacobus Scheffmacher, qui & Proteſtantium ratiunculis, variiſque tergiverſationibus occurrerunt. Ea porro hic proponere in animo nobis fuit, e quibus quiſque non penitus occæcatus ſat quidem videat, Traditionum auctoritati merito obſequendum eſſe, ab eaque deſciſcere non licere. Haud etenim, ut quidam venditant imperitis, pro Traditione, nos arbitraria mandara hominum, aniliterve tranſmiſſum quidpiam proponamus, ſed vera prorſum a falſis, atque ab humanis divina ſecernere ſummopere cupientes, illud pro Tradiro habemus, idque proponimus, quod dudum quidem ex digniſſimis fide Teſtibus, & conſtanti Eccleſiæ praxi a Chriſto, Apoſtoliſve revera Traditum intelligimus. Quod autem traditum hoc pacto eſt, fidem noſtram omnino quidem meretur; quum hinc vel ipſarum plane Sacrarum Scripturarum veritas explorata nobis fiat (1): Atque adverſarii, qui harum veritatem admittunt ac probant, inficiari equidem nequeunt nonnulla fuiſſe Eccleſiæ fidei citra ſcriptum commiſſa *; uti & minime ambigendum eiſdem eſt de Eccleſiæ fide, ſtabilitate, atque conſtantia in iis quæ ei fuerunt concredita retinendis edocendiſque, alienis autem rejiciendis ac deteſtandis; quandoquidem ſic ei a Deo cautum eſſe, ſicque

n n 2 piæ-

(1) *Num. XXVIII. XXIX.* * *ibidem*

præſtandum ex ejuſdem qui non mentitur promiſſo, peramante, perpetuoque tutamine certum eſt ✠; quin & re ipſa præſtitiſſe compertum quidem habemus (1). Ex quibus palam equidem fit Auguſtinum jure optimo & ineluctabili ſic præſcripſiſſe (2) „ Quod univerſa tenet Eccleſia, nec Con„ ciliis inſtitutum, ſed ſemper retentum eſt, non „ niſi Auctoritate Apoſtolica traditum rectiſſime „ creditur „. Quum itaque ritus, moſque orandi, atque offerendi pro Defunctis Fidelibus, ut oſtendimus, & dudum quidem in Eccleſia, & univerſim receptus fuerit; a nullo autem Conciliorum inſtitutus deprehendatur; Apoſtolica igitur Auctoritate Traditus rectiſſime creditur. Videant igitur Adverſarii quæ ſibi reſponſio debeatur, ubi tumentes a nobis efflagitant, quo Dei Verbo Purgatorii doctrinam probemus: Quanquam ſcilicet hujuſce rei certa expreſſaque mentio in Sacris Literis non occurreret, vel Verbo Dei non ſcripto, Traditionis videlicet jure ac momento graviſſimo validiſſime probaretur (3), momento

✠ *Num.* XVIII. *&* XXX. (1) *a Num* XVIII *ad* XXV (2) Vid ſuperius *pag.* 246 (3) S. Baſilius *M. lib. de Sp. S. c.* 29. Si in Tribunali probationibus ex ſcripto deſtituti multos vobis teſtes produxerimus, nonne ſententiam abſolutam a vobis conſequemur? &c. Idipſum ante Tertullianus quidem negabat *lib. de Corona Militis*. Neque id inficiantur Proteſtantium multi, e quibus Jo: Erneſtus Floerkius in *Praxi* Juriſprudentiæ Eccl. *Jenæ* 1724. *Annot. ad* §. 18. Diſtinctio, inquit, in Jus ſcriptum, & non ſcriptum non ſolum in Jure Civili obtinet, ſed & in Jure Eccleſiaſtico occurrit. Et eadem eſt origo hujus diſtinctionis in utroque Jure. Sicut enim in civilibus conſuetudines Antiquiores ſunt legibus ſcriptis, ut docuit Ill. Thomaſius *Diſſ. de Conſuet.* morum cum Jure ſcripto § 6. *& ſeqq.*, *& Diſſ. de Jure conjuncto*, *& obſervatio*; ita quoque in ſacris Jus non ſcriptum jam in Apoſtolorum & eccleſiæ Traditione enatum eſt. Pauciſſime inſtituta Eccleſiæ fuiſſe ſcripta, pleraque moribus antiquiſſimis deberi, & ad obſervationes Eccleſiaſticas referenda eſſe teſtatur Hiſtoria Eccl. &c.

to illo, quo ipſius quidem Verbi Dei ſcripti veritas demonſtratur, momento illo, quod citra ejuſdem Verbi Dei, Deique ipſius injuriam rejici, aut parvipendi non poteſt.

XXXII. Sed illud quidem animadverſione dignum videtur, quod aliquando ſcripſit Jo: Calvinus (1): „ Lectores monitos velim, inquit, non „ difficulter poſſe inter me & Pighium hoc loco „ (De Traditionibus) convenire, ſi modo Eccleſiæ „ Traditionem ex certo & perpetuo Sanctorum „ Orthodoxorum conſenſu, non ex teſtimoniis hinc „ inde excerptis, demonſtraret: deinde ſi iis ſimpliciter & candide uteretur ad veram & germanam Eccleſiæ Doctrinam comprobandam, non „ ad pingendas horum temporum impias Doctrinas abuteretur „. Hæc ille, in quibus equidem non ita ut alibi (2) ab æquitate deflectit. Veruntamen illud ei quidem, ſuiſque ſpectandum erat, ipſos nimirum Accuſatores noſtros eſſe; Actorem autem accuſationem ſuam probare debere, apud omnes in confeſſo eſt. Ipſis ergo prorſus incumbit in iis in quibus a nobis receſſerunt validas ſeceſſionis ſuæ cauſas adducere, taliaque allegare, quæ ita præponderent ut nos a poſſeſſione noſtra deturbent: alioquin inconcuſſum illud Tertulliani repetere noſtrum eſt: *Mea eſt poſſeſſio, olim poſſideo, prior poſſideo*. Sed videant ſane, ne plura jam congeram, quæ hac quidem in re conditio ipſorum ſit, quoſnam ipſi e Veteribus enumerare

queant,

1) In lib. De libero arbitrio adverſus Albertum Pighium (2)V. ſup. p. 254.

queant, qui conſuetudinem orandi pro Defunctis Fidelibus improbarint. Neminem profecto ante Aerium proferre eſt: is autem non niſi poſt dimidium IV. Seculi, moris hujus præſtantiam in dubium vocare orſus eſt, quum ubique Eccleſiarum, ut oſtendimus, receptiſſimus ſanctiſſimuſque eſſet: Compertum id quidem eſt profligati eum jam deſperatique ingenii virum fuiſſe, quum talia dictitabat (1). Sed ſi vel illud prætermittamus, unius ne privati opinationem totius Eccleſiæ ſenſui anteferendam eſſe cenſeamus? Profecto ne Lutherus, ne Calvinus quidem hunc in modum judicandum eſſe docuerunt. Alter nimirum „ Eccle„ ſia non poteſt errare, inquit *, quilibet in de„ votione ſua poteſt errare. Eccleſia regitur a „ Spiritu Sancto: Dico mea ſententia nulli eſſe „ licitum judicium ſuum, ſuam opinionem ſe„ qui, ſed auctoritatem Eccleſiæ „ Calvinus autem „ Neque enim nego, quin tota fidelium „ ſocietas multiplici donorum varietate inſtructa „ longe ampliori, & uberiori cœleſtis ſapientiæ „ theſauro prædita ſit, quam ſeorſim ſinguli (2) „ Ac recte in his vero, quandoquidem Chriſtus Dominus non privato ulli ſeorſim, ſed Eccleſiæ ſpiritum veritatis, perpetuumque adfuturum promiſit. Ex eorum ergo quidem ſententia, deferendum ne potius uni Aerio ab univerſa Eccleſia diſſidenti, atque inter Hæreticos recenſito quam toti Eccleſiæ, atque illius præſertim ætatis, quam

iidemmet

(1) *Vid. Sup. pag. 251 & ſeqq.* * *Lib. de X. Præcept.* (2) *lib. 4. Inſt. c. 8. §. 11.*

iidemmet doctrinam ab Apoſtolis traditam ſine immutatione ſervaſſe teſtantur (1). Videant ergo quemadmodum eorum ſententia, quæ ab Aerio originem ducit, a ſententiæ noſtræ conditione longiſſime diſtet; nec quicquam ſolidi afferre ſe poſſe, quo nos a poſſeſſione noſtra dejiciant. Quid? quod nos ex adverſo ea plane abundeque proferimus, e quibus poſſeſſio ipſa noſtra juſta ac legitima declaratur, vindicatur, aſſeritur? Sequimur enim vero ac tenemus: univerſitatem, antiquitatem, conſenſionem: univerſitatem quidem, dum eam doctrinam amplectimur, quam tota per orbem terrarum confitetur Eccleſia, antiquitatem, quum ab iis ſenſibus nullatenus recedamus, quos Sanctos Majores ac Patres noſtros celebraſſe manifeſtum eſt: conſenſionem item eximiam, quum liqueat in ipſa quidem vetuſtate, quin & deinceps continuo totius temporis ſucceſſu Patres Doctoreſque in idem tradendum mirifice conſenſiſſe; ut noſtra plane Catholica, Hæretica diſſentientium habenda ſit.

XXXIII Accedit jam vero, doctrinam hanc compluribus quidem Scripturarum Textibus, & locutionibus pleniſſime conſonare. Duo hæc videlicet e Scripturis quidem, nedum ex ratione perſpicuo colliguntur, I. quædam peccata genere ſuo venialia eſſe, nec eodem, quo mortalia, æterno ſupplicio punienda; Alterum pœnam non ſemper cum culpa donari, ſed remiſſa culpa, & pœna

(1) Vid. pag 271. & ſeqq.

na æterna, temporalis pœnæ reatum eluendum manere. Hæc autem brevi jam attingemus, e quibus patebit magis magiſque Dogma Catholicum confirmari. Ad primum quod attinet, Hæretici equidem noſtri temporis Calvinum præſertim, Bezam, Vermilium ſequentes, venialium peccatorum a mortalibus diſtinctionem, ut *Papiſticam* averſantur. Id vero perperam adeo ut Hugo Grotius, aliique a ſuis hac in re diſſentiendum cenſuerint (1), tam apertis quidem Scripturarum teſtimoniis percellebantur. Et ſane *Matth* V. 22. *Qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit judicio; qui autem dixerit fratri ſuo, raca, reus erit Concilio. Qui autem dixerit, fatue: reus erit gehennæ ignis*: Uni itaque gehennæ ignis ſupplicium indicitur, reliquis non item: Id plane vero, quod veniale, ac temporaria pœna plectendum, quod illi commiſerint, non quod alter patrarie decernitur. *Cap.* VII. 3. *Quid autem vides feſtucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non vides*? Sunt igitur quæ feſtucis, ſunt quæ trabibus comparantur: egregie autem Hjeronymus in hunc locum „. De „ his loquitur, inquit, qui eum ipſi mortali cri„ mine teneantur obnoxii, minora peccata fratri„ bus non concedunt „ Jacobi I. 15. *Concupiſcentia cum conceperit parit peccatum, peccatum vero, cum conſummatum fuerit generat mortem*. Non conſummatum ergo peccatum, cui nempe conſenſus plane deliberatus adnexus non eſt, mortem non generat. Hæc & id genus multa ſunt,

(1) *In comment. Epiſt. Jacobi. In annot. ad conſult. Caſſandri, & in Voto contra examen Riveti.*

ſunt; quæ ejuſcemodi diſcrimen evidenter declarant. Vid. Origen. *Homil.* 28. *in Num.* Cypr. *Lib.* 2. *Teſtim. num.* 54. Ambroſ. in Pſalm XLIII. 13. in *Epiſt. ad Rom.* IV. 6. *Lib.* 2. *de Pœnit. cap.* X. Hieron. in Jerem. II. 22. Auguſt. *Homil* 351. alias 50. *inter Homil* 50. *De fide & operibus c.* 16. *In Enchirid. ad Laurent cap.* 64 & 68, ubi id quoque laudat, quod ait Paulus I. *Cor.* III. *Si quis ſuperædificat ſuper fundamentum hoc* (Chriſtum Jeſum), *aurum, argentum, lapides pretioſos, ligna, fœnum, ſtipulam, uniuſcujuſque opus manifeſtum erit .... quale ſit, ignis probabit. Si cujus opus manſerit, quod ſuperædificavit, mercedem accipiet: Si cujus opus arſerit, detrimentum patietur: ipſe autem ſalvus erit, ſic tamen quaſi per ignem.* Quæ autem lignis, fœno, ſtipulæ comparantur peccata levia eſſe Auguſtinus oſtendit; quandoquidem de ejuſcemodi hominibus hic loquitur Paulus, qui Chriſtum, ut fundamentum habent, qui non niſi per fidem caritate informatam inſiſtunt: quumque hi, opus licet eorum arſurum dicatur, ac detrimentum paſſuri ſint, ſalvi tamen denuntientur futuri; nequaquam gravibus peccatis mancipati intelligendi ſunt, quos Paulus ipſe ſalutis diſpendium omnino paſſuros non ſemel pronuntiat (1).

o o XXXIII.

(1) Nonnulli equidem e veteribus extitere, quos laudat Eraſmus qui *ligna, fœnum, ſtipulam*, mala opera eſſe docuerunt puniendo ignibus temporariis. Sed recte cum SS. Auguſtino, Gregorio M. (*Dialog lib* 4. *cap* 39) Thoma Aquin. (Comment in hunc locum, & p. 2. qu 89 *art* 2) aliiſque, peccata levia intelligenda ſunt. Obſervant autem, peccata mortalia ferro magis comparari, vel plumbo, vel lapidi, quæ & graviora, nec ita ſunt comparata ut igne abſumantur, ſed ut in eo permaneant; ligna autem, fœnum, & ſtipulæ minuta, ac levia, igniqne corrupti, conſumique facilia comparari, quod ab eo facile quilibet expurgetur per ignem.

Bi

XXXIII. Alterum vero; non ſemper nimirum una cum culpa pœnam donari, certo quidem certius

Et ſane dum opus hoc tale dicitur quod *cremabitur*, opus cremationi quidem, & conſumptioni obnoxium indicatur. *Detrimentum* autem is, penes quem invenietur, *detrimentum ſcilicet patietur*, ſiu *mul-tabitur*, *pœnas dabit*, temporaneas utique, ſalvus namque futurus edicitur, quoniam *ſic utpote per ignem*, dum Ei adhæreat, ſive Ei ... Quod ſi ea de lethalibus capiantur, conſectarium eſt, cum, qui illis gravatus decedat, ſalutem tandem aliquando conſecuturum: quod Origenianorum erratum eſt, & vel ejuſdem Apoſtoli ſententiæ manifeſte contrarium: ait namque (*in eodem cap. 3. 17*) *Si quis templum Dei violaverit, diſperdet illum Deus*. Et infra VI 9.) *An neſcitis quia iniqui Regnum Dei non poſſidebunt? Nolite errare, Neque fornicarii, neque idolis ſervientes, neque adulteri, neque molles ... Regnum Dei poſſidebunt*. Et ad Galat. V. poſtquam varia crimina enumeravit: *Qui talia agunt, Regnum Dei non poſſidebunt*.

Præterea vero mortalia crimina perpetrantes fundamento huic ſuperædificare dici nequaquam poſſunt. Fundamentum etenim (ex verſ. præced.) eſt Chriſtus Jeſus. Si autem Chriſtus, procul dubio fides Chriſti. Per fidem quippe habitat Chriſtus in cordibus noſtris, ſicut idem Apoſtolus dicit *Epheſ.* III 17 Porro fides Chriſti illa eſt utique, quam ipſe definivit *Gal.* V 6 *quæ per charitatem operatur*. Non enim fides illa Dæmonum, cum & ipſi credant, & contremiſcant (*Jacobi* II 19) poteſt accipi in fundamentum. Eo quo vero utilitate (*Jac.* II 14) *ſi fidem quis dicat ſe habere, opera autem non habeat?* Illa itaque per quam habitat Chriſtus in nobis, non niſi charitate informata Fides eſt; quare & Joannes *Epiſtola prima* IV 16. *Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo*, Charitas autem non agit perperam (1 *Cor.* XIII. 4.) Qui ergo in lethalia crimina dilabuntur, Chriſtum, fundamentum illud non retinent; quamobrem nec ſuperædificare ſuper ipſum jam queunt. Illi igitur qui ſuperædificare dicuntur, cum *aurum, argentum, lapides pretioſos*, tum *ligna, fœnum, ſtipulam*, mortalium expertes criminum intelligendi ſunt.

Harum autem *ſuperædificationum* differentiam explicaturus exinde Angelicus, ſuperædificare (inquit in hunc locum) *aurum, & argentum*
„ *& lapides pretioſos*, eſt ſuperædificare fidei fundamento ea quæ pertinent
„ ad contemplationem ſapientiæ divinorum, & amorem Dei, & devotio-
„ nem ſanctorum, & obſequium proximorum, & ad exercitium virtu-
„ tum. Superædificare autem, *lignum, fœnum, & ſtipulam*, eſt ſuperædifica-
„ re fidei fundamento ea quæ pertinent ad diſpoſitionem humanarum re-
„ rum, & ad curam carnis, & ad exteriorem gloriam. Sciendum tamen
„ quod contingit aliquem hominem id intendere dupliciter. Uno modo
„ ita, quod in his finem conſtituat, & cum hoc ſit peccatum mortale,
„ per hoc homo non ſuperædificat, ſed e converſo, fundamento aliud fun-
„ damentum tollere. Nam finis eſt fundamentum in rebus appetibilibus
„ quæ quæruntur propter finem. Alio modo aliquis intendat ut prædictis
„ rebus

tius Sacras Litteras conſulentibus innoteſcet. Ex C. *Numer* XIV. 12. Deus Iſraeliticum populum et nequiter detrahentem peſtilentia percuſſurum, & conſumpturum indixerat. Quumque Moyſes cum enixe precatus eſſet, ut ſecundum multitudinem miſericordiæ ſuæ populo peccatum ignoſceret, reſ-

 pondit

„ rebus, totaliter ordinans ea in Dei gloriam: & quia opera ſpecificantur ex fine intento, hoc jam non eſt ædificare lignum, fœnum, & ſtipulam, ſed aurum, argentum, & lapides pretioſos. Tertio modo, aliquis licet in hunc finem non conſiſtat, nec vellet propter iſta contra Deum facere, nihilominus tamen eſt iis magis quam deberet, ita quod per hunc retardatur ab his quæ Dei ſunt, quod eſt peccare venialiter. Et hoc proprie eſt ſuperædificare lignum, fœnum, ſtipulam, non quia ipſa ſuperædificentur proprie loquendo, ſed quia opera ad temporalium curam pertinentium, habent venialia adjuncta propter vehementiorem affectum ad ipſa, quæ quidem affectio ſecundum quod magis & minus inhæret, ligno, fœno, & ſtipulæ comparatur &c. Et paulo poſt ait: „ Ipſa peccata venialia quæ admiſcent ſe procurantibus terrena, ſignificantur per lignum, fœnum, & ſtipulam. Sicut enim hujuſmodi congregantur in domo, & non pertinent ad ſubſtantiam ædificii, & poſſunt comburi ædificio permanente: ita etiam peccata venialia multiplicantur in homine, manente ſpirituali ædificio, & pro illis patitur ignem, vel temporalis tribulationis in hac vita, vel purgatorii poſt hanc vitam, & tamen ſalutem conſequitur æternam „.

Quod ſi hoc loco non de operibus, ſed de doctrina loqui Apoſtolum quiſpiam contendat, non abſimili ratione erit expediendus, dum ſcilicet illos aurum, argentum, lapideſque pretioſos ſuperædificare intelligamus, qui fidei a Chriſto, atque Apoſtolis traditæ ea, dogmata, illuſtranda, inſinuanda ſuperadduunt, quæ eidem fidei ac veritati conſona pietatem ac religionem promoveant, Eccleſiæque ædificationi deſerviunt; quod ubi perfecta doctrina exemplo conjuncta præſtitur. Qui autem utilia nonnulla, & ſolida quidem docent, ſed cum curioſa, inania, vanaque phalerata gloriolam aucupantes cumulent (in quæ plus æquo prone erant Corinthii ad quos ſcribebat) minuteque iiſdem minuit populorum ædificationi, cui Miniſtri Evangelici intendere tenentur, accommodata, hi ſuperædificant *lignum, fœnum, ſtipulam*, inepta nempe, impropria, & incommoda cum utilibus, ſalutaribuſque ſtabilibuſque fulciplunt. *Jerem.* XXIII. 28. *Qui habet ſomnium, narret ſomnium, & qui habet ſermonem meum, loquatur ſermonem meum vere: quid paleis ad triticum?* Quæ vero falſitatem doceret, non ſuperædificaret, ſed magis ſubverteret fundamentum. V. etiam Card. Cajetanum Comment. in hunc Pauli locum, Bellarminum lib. 1. de Purgat. cap. 4. Gotti de Vera Chriſti Eccleſia Tom. 2. p. 1. art. 10. §. 4.

ſpondit Deus סלחתי כדברך : ואולם חי אני וימלא כבוד יהוה את כל הארץ כי כל האנשים הראים את כבדי ואת אתתי וינסו אתי זה עשר פעמים אם יראו את הארץ אשר נשבעתי לאבתם וכל מנאצי לא יראוה · *Peperci juxta verbum tuum. Veruntamen vivo ego: & implebitur gloria Domini omnis terra, quia omnes viri, qui viderunt gloriam meam, & ſigna mea … & tentaverunt me jam per decem vices, ſi videbunt terram, quam juravi Patribus eorum; & omnes qui irritaverunt me non videbunt eam* (1). Quanquam igitur teneamus Deum peccatum populo pepercisſe, eundem tamen iſta jurantem quidem habemus, nullum eorum ſcilicet, qui tot eum obtrectationibus exaſperarant, promiſſionis terram viſurum. Quare vero ſic ipſos multet, vel hoc ipſo in loco Deus ipſe quidem patefacit: gloriæ ſuæ quippe ita ſe proſpicere inquit; ut non imminuta, ſed inclyta prorſum ubique pateat, plene fulgeat, celebretur: *& implebitur gloria Domini omnis terra*. Spectat porro ad gloriam decuſque Dei, ut ejus attributa manifeſtentur: Ipſe autem non miſericors tantum eſt, ſed etiam juſtus; neque ſane miſericordia poteſt illi auferre juſtitiam, ut neque juſtitia miſericordiam; & ideo, inquit D. Thomas ✠ „ oportet „ quod in omni divina operatione aliquid miſericordiæ, & aliquid juſtitiæ inveniatur: nec juſtitia miſericordiæ repugnat, quia miſericordia non „ eſt

(1) v. 20 21 22 23. ✠ *In 4. ſent. D. 46. q. 2. art. 2. quæſtiunc. 2.*

„ eſt laudabilis ; niſi ſit ſeeundum rationem rec„ tam , quæ eſt regula juſtitiæ „ . Servat ergo juſtitiam , impunita omnino non relinquens peccata ; ſed miſericordia , dum peccatores id genus ſervat , quantum profecto , ſi res bene pendatur , effulget ! Ipſe etenim Creator , ipſe originalis peccati labe infectos , alienatos , æternæque miſeriæ obnoxios miſeratus ſublevavit , ditavit inæſtimabili amicitiæ ſuæ bono , æternæque felicitati aſſequendæ aptos effecit . Quumque deinde ipſi ab eo defecerint , creaturmque eidem bonum anteferentes ejus amicitiam violarint , majeſtatem , bonitatemque infinitam contempſerint , inque dæmonum poteſtatem , æterno eos manente ſupplicio , redacti ſint ; Ipſe idem , qui eorum alioqui nihil indiget , ubi eos in tam teterrimo ſtatu conſtitutos , e quo emergere ex ſe non valent , eos iræ filios , abominatione plenos , dignatur tamen adhuc reſpicere , excitare , auxiliari , ipſiſque admiſſorum facinorum indignitatem , ingratique animi crimen deteſtantibus , ejuſque implorantibus miſericordiam reconciliari , ſuamque rurſum amicitiam impertiri , ecquam vero benignitatem , ecquam miſericordiam non oſtendit ? Veruntamen ut juſtitiæ locus quidem ſit , aliqua iccirco ſatisfactio merito poſtulatur . In quo ne hilum ſane quidem ſive amicitiæ legibus , ſive efficaciæ Paſſionis Chriſti , ut adverſarii inſimulant , derogatur . Neque etenim amicitiæ leges æquiſſima amicorum jura ſubvertunt , ut nempe quod tibi ab amico plane ac penitus debeatur , id ab eo petere ,

jam

jam non poſſis. Sed etſi præ amicitia injuriam pati interdum privati homines, Chriſtiani autem ex Religionis preſcripto ſe ſe ab ulla ſatisfactione exigenda contineant; hoc tamen in Deo locum non habet: Homines quippe conſervi ſunt; ſed Deus omnium Dominus & Judex eſt. Ac iſtam quidem perſonam gerens, quandoquidem in humanis Judex clementiam oſtendit, ſi capitalis criminis reo mortis pœnam in temporariam pœnam commutat, quanto jam Deus ſuam explicat miſericordiam, dum pro gehennæ pœna, quæ pœnam damni, pœnam ſenſus, & utriuſque æternitatem complectitur, temporariam duntaxat exigit ab iis, qui in ipſummet graviter deliquerunt. Quanquam & ii qui dictitant amicitiæ legem a Deo violatam iri, ſi a peccatoribus ad ſe converſis pœnam aliquam ſumat, aberrant quidem & ineptiunt, quod non advertant, neminem ad ejus amicitiam reverti, admitti, juſtificari neminem, qui ſe ſe juſtitiæ ordini non ſubmittat; niſi juſtificari quiſquam credendus ſit, dum id quod juſtitia omnino poſtulat averſetur ac reſpuat; ac niſi amicitia paretur, conciliertur, colatur ab eo, qui amico beneficentiſſimo indigne penitus ab ſe laceſſito ac læſo, dedecoratum eum relinquere, nec ei ſatisfacere ullatenus velit. Quod ſi aliquis ad amicitiam pertinere ſentiat, amicitiæ is nomen jam transferet non tam ad ingratos, quam ad nequiſſimorum illorum colluviem, quæ injuriam, non juſtitiam, quæ in ſuo cuique tribuendo cernitur, colat. Quam procul itaque ab amicitia

Dei,

Dei, atque a naturalis quidem legis præſcripto alienos ſe produnt, ſe ſe ad ejuſcemodi effugia conferentes? Qui equidem, ſi, ut gloriantur, Sacris Literis fidem habent, cavere ſibi quidem debebant, ne alterum jam obtenderent, ita plene videlicet, cumulateque Chriſtum Dominum divinæ juſtitiæ ſatisfeciſſe, ut injuria prorſus ab hominibus lapſis ſatis adhuc faciendum eſſe doceamus. Licet enim, ut illi objiciunt, ſervator *ipſe ſit propitiatio pro peccatis noſtris* *, *quem propoſuit Deus propitiationem per fidem in ſanguine ipſius, ad oſtenſionem juſtitiæ ſuæ propter remiſſionem præcedentium delictorum ... ut ſit ipſe juſtus, & juſtificans eum, qui eſt ex fide* ejus; gratis autem juſtificemur per gratiam ipſius (1); non inde tamen conſequitur, ad unumquemque peccatorem juſtificandum nihil jam opus eſſe, quam fide. Hanc etenim neceſſario poſtulari docent utique Sacræ Litteræ, ſed non ſolam, ac nudam adultis, lapſiſque præſcribunt. *Joelis* videlicet II. 12. 13. *Convertimini ad me in toto corde veſtro, in jejunio, & in fletu, & in planctu, & ſcindite corda veſtra &c. Ezechielis* VI. 9. *Et diſplicebunt ſibimet*, ſive *& ingemiſcent ſuper malis, quæ fecerunt in univerſis abominationibus ſuis*, & id genus. Illorum autem, qui ad eum converſi ſunt, voces iſtiuſmodi referuntur, *Laboravi in gemitu meo, lavabo per ſingulas noctes lectum meum* (2). *Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non cuſtodierant legem tuam* (3). *Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ* (4). Publicanum

* 1 *Joan* II. 2. (1) *Rom* III. 25. 26. (2) *Pſalm* 6. (3) *Pſalm* 118. (4) *Iſai.* XXXVIII. 15.

eanum porro commendat Chriſtus, quod præ dolore nollet nec oculos ad Cœlum levare, ſed percuteret pectus ſuum (*). Et mulierem peccatricem lacrymis rigaſſe pedes Jeſu, & Petrum amare fleviſſe quidem ſcimus (1) Paulus autem inceſtuoſum Corinthium *tradidit Satanæ in interitum carnis*, ut ſpiritus ſalvus fieret (2): quibus verbis ſive reapſe dæmonis obſeſſionem, ſive ægritudinem aliquam ab eo illatam, ſeu divulſionem a communione Fidelium intelligamus, gravem profecto illi pœnam pro ſcelere inflictam eſſe conſtantiſſimum eſt. Quid? quod paſſim in Sacris Literis edicitur Pœnitentia, atque ut digni pænitentiæ fructus fiant. Ex quibus utique non meram tantum fidem, aut novam duntaxat vitam; verum & veteris deteſtationem, & voluntariam in ſe ipſis peccatorum ultionem exigi certo certius intelligimus (3). Ac pœnitentia quidem cum in adultis quoque ante ſuſceptio-

* *Luca* XVIII. 13. (1) *Luca* VII. 38 XXII. 62. (2) I. *Cor* V. 5 (3) *Pœnitentiæ* vocabulum in Scripturis uſitatum, non niſi novam vitam, ceſſationemque a peccato deſignare prædicant Novatores, eo quod, ubi Latinus interpres *pœnitere*, aut *pœnitentiam* reddit, in græco fonte [illegible], & [illegible] inveniatur; quæ *mentis* quidem *mutationem*, non dolorem, aut pœnam præ ſe ferant. Quæ quidem in re perperam ſunt impenſuri, & fucum faciunt imperitis. Enim vero, quin rerum ordinem, & nexum, qui ad vocabulorum ſignificationes eruendas ſpectandus quidem eſt, urgeamus, vel græca ipſa profecto ad ſignificandum quoque dolorem ac pœnam adhiberi, tum ex Plutarco, Pauſania, Lactantio, tum quoque ex Sacris Literis certiſſimum eſt. *Jerem.* XXXI. 19. ubi in Vulgata legimus, poſtquam converteris me, *egi pœnitentiam*, [illegible] plane vocabulo [illegible]; ut tamen ſubinde habemus, cum percuſſiſſe femur ſuum; quod dolentis & plangentis, & ſuper errore priſtino plorantis indicium eſt, inquit *Hieron.* ad hunc locum. *Matth* XII 41 cum Ninivitæ a Chriſto laudantur, quia *Pœnitentiam egerunt in prædicatione* Jonæ, idem vocabulum adhibetur, [illegible]. Ninivitæ vero an non ad

ſceptionem Baptiſmi, ſi propria culpa aliquod crimen admiſerint, poſtuletur (1), multo jam quidem amplior ab iis, qui poſt Baptiſmum deciverint, repetenda.

XXXIV. Iſti porro, quod Deo reconcilientur, ac reviviſcant, Paſſionis ac meritorum Chriſti ope equidem fit, quæ maxima certe vi pollent & efficacitate. Sed ſicut remedium quantumcumque efficax potenſque ſit, operæ pretium eſt ut ipſum adhibeas & apponas, ita Chriſti meritorum virtus applicanda fontibus quidem eſt, ut ipſis proficiat; ipſaque ſane quemadmodum communicatur, ſic effectum quidem inducit (2). In Baptiſmo autem ſic applicatur, ut per eum Chriſto commortui, & conſepulti nova protſus in illo efficiamur creatura, plenam & integram peccatorum omnium remiſſionem conſequentes (3). Aſt iis qui ab eo poſtmodum defecerunt, præſto jam rurſum non eſt Sacramentum Baptiſmatis, quippe quod

P p nequeat

ad novem vitæ inſtitutum exterſiſſe quam maxime aſſiſtimes addidere iſti II Cor VII *μετανοιαν* non tantum doloti conjungi, ſed ex eo plane profectam deſe ti quidem docet Paulus *Quæ ſecundum Deum triſtitia eſt*, POENITENTIAM *μετανοιαν in ſalutem ſtabilem operatur* ac deinde inter hujus effectus, quos declarare pergit, recenſet quidem *απολογιαν*, *indignationem*, & *εκδικησιν vindictam*, quæ & peccatum illud, morſum ſcil cet, vindicarunt, ac de ſua negligentia pœnitentiam egerunt. Quamobrem uti quidem Græci ... quæ exterſiſſet eſſe ad pœnitentiam. Vide ſis quoque Melch Can Relect De Sacram Pœnit part 1.

(1) Act II 38 III 19.
(2) Vid. D. Thom. in 4. ſent diſt. 19 art 2, & 3 Et 3 p qu. 49. art 1. q 86. art 4. qu. 29 de verit art 7 Atque adverſarii ipſi quidem docent merita Chriſti per fidem appl cari credentibus
(3) Joan III 5. Rom VI Gal III 27 Coloſſ III. Tit III 5 Vid D. Th tum in hæc Apoſtoli loca, tum in locis mox laudatis, & 3 p. qu. 86. art 4. ad 3.

nequeat iterari (1). His ergo (audiatur Tertullianus *De Pœnit.*) „ providens Deus, clauſa licet „ ignoſcentiæ janua, & intinctionis (Baptiſmi) „ ſera obſtructa, aliquid adhuc permiſit patere: „ collocavit in veſtibulo pœnitentiam ſecundam, da qua deinde „ Habes quod jam non merebaris, „ amiſiſti enim quod acceperas „ Veruntamen, quemadmodum „ Homo miſericors (præclare D. „ Thom. (2) non repellit alienam miſeriam quantumcumque poteſt, ſed quantum recta ratio permittit: ſimiliter & Deus repellit noſtram miſeriam ſecundum ordinem ſapientiæ ſuæ „ Quocirca in hoc Sacramento ut ad priſtinam perveniamus integritatem & novitatem, divina ſic ejus, quemadmodum diximus, exigente juſtitia, operam noſtram requirit, labores, ſatisfactionem. Attendendum porro hoc quidem eſt, quod per Sacramentum iſtud quum jam non renaſcamur ſpiritualiter, ut per Baptiſmum, ſed curemur, profecto quemadmodum in corporum curationibus uſuvenit, ut pro morborum, vulnerumve gravitate, & magnitudine, proque variis ægrorum affectionibus, variis quidem & gravibus nonnunquam

(1) *Hebr. VI.* Id autem ſic perpetuo quidem ſervavit Eccleſia, ut etiam collatum ab Infidelibus, dummodo rite fuerit adminiſtratum, iterandum non ſit, ut unum iuſtar multorum ſtandi S. Auguſt. *De Baptiſmo contra Donat. De unico Bapt. contra Petil.*, & alibi ſæpe.
Sed vel etiam Lutherus libello edito An. 1528, & paſſim Proteſtantes adverſus Anabaptiſtas, Baptiſmi iterationem refellunt. Quamquam & hi, collatum licet infantibus Baptiſmum irritum, eiſque in adulta ætate repetendum cenſuerint, collatum tamen adultis Chriſti fidem profeſſis non iterant.

(2) *In 4 ſent. diſt. 46 qu. 2. art. 2. quæſtiunc. 1 ad 3.*

quam atque diuturnis perpeſſionibus addicamur ; neutiquam jam ſane eſt ambigendum, quin in curationibus animorum, præ illis utique difficilioribus, tolerandum etiam aliquid nobis ac ſufferendum plerumque (*) ſit. Quam quidem ad rem S. Jo: Chryſoſtomus (1) „ Neque vulnerato ſufficit „ ad ſalutem tantummodo ſpicula de corpore evel„ lere, ſed etiam remedia adhibere vulneribus. „ Deliciis ante, & temulentia diffluebas? jejunio „ & aquæ potu utrumque compenſa &c. „ Ejuſcemodi videlicet caſtigationes „ medentur quoque „ peccatorum reliquiis, & vitioſos habitus male „ vivendo comparatos contrariis virtutum actioni„ bus tollunt (2). Pœnitentiaque ipſa eſt, quæ „ cum provolvit hominem, magis relevat, cum „ ſquallidum facit, magis mundatum reddit (3) „ Atque „ etiamſi mundetur quis a peccato, & non „ ſit jam in opere peccati, ipſa tamen veſtigia „ ſceleris commiſſi purificatione indigent „ Sic olim quidem Origenes (4), qui & paulo antea declaraverat, Baptiſmatis gratiam iterari non poſſe,

 ſeque

(*) *D. Thom. 3. p. qu. 86. art. 5. ad 1.* „ Deus totum hominem, perfecte curat; ſed quandoque ſubito, ſicut Socrum Petri ſtatim reſtituit perfectæ ſanitati, ita ut ſurgens miniſtraret illis, ut legitur *Luca* IV. Quandoque autem ſucceſſive, ſicut dictum eſt de cæco illuminato *Marc.* VIII. Et ita etiam ſpiritualiter quandoque tanta commotione convertit cor hominis, ut ſubito perfecte conſequatur ſanitatem ſpiritualem non ſolum remiſſa culpa, ſed etiam ſublatis omnibus peccati reliquiis, ut patet de Magdalena *Luca* VII. Quandoque autem prius remittit culpam per gratiam operantem, & poſtea per gratiam cooperantem ſucceſſive tollit peccati reliquias „.

(1) *Homil.* 10. *in Cap.* III. *Matth.*
(2) *Ptideux. ſeſs.* 14. *de Sacram. Pœnit. cap.* 8.
(3) *Tertull. in Lib. de Pœnit.* (4) *In Levit. Homil.* 8.

ſeque de *purificatione* illa ſermonem habere, *quæ per pœnitentiam quæritur*. Iterum vero Chryſoſtomum audiamus, qui in *Pſal.* L. ad hæc Davidis verba: *Amplius lava me ab iniquitate mea, & a peccato meo munda me*: „ Sublatum eſt (ait David) peccatum meum „ ✠, at etiam tolli cicatricem cupio: ſublatum „ eſt ulcus; at etiam pulchritudinem meam re„ cipere cupio (1) „. Ac recte quoque advertente S. Thoma (2), quum in hoc Sacramento conſequamur virtutem Paſſionis Chriſti ſecundum modum propriorum actuum, qui ſunt materia pœnitentiæ (3), ideo non ſtatim per primum actum pœnitentiæ, quo remittitur culpa, ſolvitur reatus totius pœnæ, ſed completis omnibus pœnitentiæ actibus. Inter hos porro, ſatisfactionem quoque vel a primis uſque Eccleſiæ ſeculis offenſo Deo ab iis qui reſipiſcerent præſtari conſueviſſe, pervulgatum,

✠ De hoc certiorem eum jam fecerat Nathan Propheta, de quo infra.

(1) [illegible]

(2) In 3 p. qu. 8 [illegible] art. 4 ad 3.

(3) Pœnitentis actus ita ſe habere in hoc Sacramento, ſicut aqua ſe habet in Baptiſmo demonſtrat Idem S. Doctor in 3 p. qu. 84 art. 1, & qu. 90 art. 2. & 3. Vid. quoque Mag. Sent. lib. 4. diſt. 16 [illegible] jampridem traditum quidem [illegible] Tertullianum in lib. de [illegible], ubi, Eam ita amplexere, [illegible] ut naufragus alicujus tabulæ fidem, [illegible] ſimilitudine uſi etiam ſunt Hieronymus ad Demetriadem, Ambroſius ad Virginem lapſam, aliique. Illa porro qui e media procella, fluctuumque vi tabulæ incumbentes proripere ſe ſe contendunt, haud multo liberantur proſecto [illegible]. Sed ad eam etiam pertinere ſatisfactionem [illegible], [illegible], Presbyteri [illegible], eddique. Satisfactio in confeſſione diſpenſatur, confeſſione pœnitentia naſcitur, pœnitentia Deus mitigatur. Haud nova itaque tradidi ſunt, cum his conſonum edocuere Concil. Florent. in De [illegible] de Sacram., & Trident. Seſſ. 14. de Sacram. Pœnit. cap. 8.

gatum, certumque eſt (1). Quod ſi citra ullam pœnam, ſatisfactionemve dimittantur peccata, occaſione accepta, facile etiam eveniat, ut peccata leviora putantes, velut injurii & contumelioſi Spiritui Sancto in graviora labamur, theſaurizantes nobis iram in die iræ. Procul dubio, enim egregie

(1) Sciendum eſt, eos qui poſt Lavacrum in peccata decidunt, caſtigari. Quæ enim prius patrata ſunt, dimiſſa ſunt, quæ autem poſterius commiſſa, expianda veniunt [illegible], ita Clemens Alexandrinus, qui ſecundo Eccleſiæ ſæculo florebat. Notiſſima autem vulgo ſunt, Flentium, Audientium, Subſtratorum, & Conſiſtentium Stationes, atque ſatisfactiones, quibus olim Pœnitentes ſubjiciebantur. Quod quum inficiari nequeant Novatores, dictitant fuiſſe inſtitutas eas quidem, non autem ad ſatisfaciendum Deo, ſed ad aliorum dumtaxat ædificationem, ut certum eo pacto converſionis illorum, emendationisque teſtimonium ederetur.

Clare vero in hoc iisdem produnt, Veterum ſe doctrinam aut non explorasse, aut contrariam conſiderate ſupponere voluiſſe. Quid ſibi enim volunt hæc Tertulliani in laud. Lib. de Pœnitentia „ Hunc te in portum divinæ clementiæ protelebit „. Qui per delictorum pœnitentiam „ inſtituerat DOMINO SATISFACERE, Reconciliari adhuc poteſt; „ habes CUI SATISFACIAS, & quidem volentem: id ſi dubitas, evolve quæ „ Spiritus Eccleſiæ dicat &c. Atque ita ſimilia cernere eſt in ejuſdem lib. De Pud. citra.

Cyprianus autem in lib. De lapſis „ Pœnitentiam criminis veris do„ loribus exprimentes, Dei miſericordiam deprecemur. ILLI ſe anima„ proſternat, ILLI mœſtitia SATISFACIAT. „ Item & occiſionem ejus „ jejuniis fletibus, planctibus, ſicut admonet ipſe, placemus „. Moyſes, & Maximus Presbyteri, Nicoſtratus, & Ruffinus Diacones, aliique Confeſſores ad Cyprianum, inter Cyprian. Epiſt. 26 „ Crebris pœnitentium „ gemitus eudiantur, & iterum fidelis ex oculis lacrymæ profundantur „ ut illi ipſi oculi, qui male ſimulacra conſpexerant, quæ illicita com„ miſerant, SATISFACIENTIBUS DEO FLETIBUS deleant „. Sed Cyprianum ruſſum audiant Novatores, qui in Epiſt. 40 ad Plebem, de quinque Presbyteris ſchiſmaticis ſic habens Feliciſſime, eos redarguit, quod lapſos „ a medela vulneris ſui avocent, & intermiſſis precibus & orationibus, „ quibus Dominus longa ſatisfactione placandus eſt, ad exitioſam teme„ ritatem mendacio captioſo pacis invitent „. Et Epiſt. 10 ad Clerum de Presbyteris, qui temere pacem lapſis dederant „ Hæc qui ſubtrahit fratri„ bus noſtris, decipit miſeros, ut qui poſſunt agentes pœnitentiam verani „ DEO PATRI miſericordi precibus & operibus ſuis SATISFACERE, ſe„ ducant.

gia Tridentinum (1), magnopere a peccato revocant, & quaſi freno quodam coercent hæ ſatisfactoriæ pœnæ, cautioreſque & vigilantiores in futurum pœnitentes efficiunt. Ergo tantum abeſt, ut in ſatisfactionis neceſſitate rectæ doctrinæ diſſentaneum quidquam, aut ſevum deprehendatur, ut oppido conſentaneam, & per eam clementer quidem congruentiſſimeque ſaluti noſtræ conſultum videamus.

XXXV. Id vero etiam corruere prorſus liquet; quod tantopere obtundunt, quod ſi pro expiandis peccatis ipſi allaboremus, aliquidve luamus, aut perpetiamur, in ſolutionem id a Chriſto factam, ejuſdemque ſatisfactionem injurium evadat. Non enim probe, uti decet, percipiunt, meriti Chriſti effectum a nobis ita quidem participari, quemadmodum placet Sapientiæ Dei juxta cujuſque etiam ſtatum & affectionem benigniter juſteque diſponere. Qua in re æquo animo ſpectare quidem poſſent, Chriſtum Dominum pro totius utique Mundi peccatis, imprimiſque pro originali pleniſſime ſatisfeciſſe. Arqui omnibus, quotquot per Baptiſmum de plenitudine ejus accepimus, ab originali culpa liberati, renati, juſtificati Chriſtum ipſum

„ ducatur „ Cyprianum autem Clerus Romanus (in Epiſt. 30. inter Cypr.) hiſce verbis commendat „ Vigor tuus, & ſecundum Evangelicam Diſciplinam adhibita ſeveritas, & quorundam improbitatem juſte coercet, „ & hortando ad pœnitentiam, viam legitimam ſalutis oſtendit „.

Perſpicuum eſt igitur, talia eos, potiſſimum ut Deo ſatisfacerent pertuliſſe. Quæ utique veritas ex pluribus etiam Conciliorum Decretis, ex SS. Patribus, Ambroſio, Auguſtino, Cæſario, aliiſque multis a noſtris Theologis confirmatur.

(1) Seſſ. 14. de Sacram. Pœnit. cap. 8.

Digitized by Google

ipſum induimus, an non adverſus concupiſcentiam quæ ex peccato eſt (1), colluctandum adhuc relinquitur? An non & mors, quæ & pœna ejuſdem quidem peccati eſt (2), unicuique itidem ſupereſt obeunda? Manca ne jam vero, & minoris ſatisfactio Chriſti habenda eſt, quod per eam ſublata illa non fuerint, nobiſque adhuc toleranda remaneant? Hoc Proteſtantes certe non dicent, quippe cum vehementiſſime quidem prædicent, pretium a Chriſto Domino perſolutum exuberans extitiſſe. Quid igitur? Nunquid et a Deo injuriam irrogari dicendum erit, quod abs talium perpeſſione exempti non ſimus? an potius, recteque ad voluntatem id referendum eſt Dei piiſſime ſic procul dubio, atque juſtiſſime diſponentis. Quod ſi propter originale peccatum, eo quidem deleto, tantam Baptiſmatis gratiam conſecuti, propoſitis adhuc pœnalitatibus addicti ſumus, ecquid ambigendum eſt, quin ingratis defectoribus pejus adeo meritis ad ſe revertentibus culpam dimittens, adlaborare eos tamen velit, ſatisfactionemque temporariam exhibere (✠)? Hoc autem perquam con-

ſen-

(1) *Jacob* I 14. *Rom* VII. 18, *& ſeqq.* Vid. D. Tho Comment in hunc Apoſtoli locum, & [illegible] [illegible] Conc. Trid. ſeſſ V. *Decr de Pecc Orig*
(2) *Rom* V [illegible]
✠ ex hic omnino qu[illegible] conſt[illegible] ingi ac premi ſe ſentiunt adverſarii, eoque ſi fieri poſſet, [illegible] ceſſant ac declinare [illegible] dicunt autem, mortem, [illegible] incommoda & calamitates in regeneratis [illegible] manere; non [illegible] ſed [illegible] Calvinus qui hac [illegible] multumque deſudavit, *Inſtit lib* 3 *cap* 4 [illegible] Ut item totum teneamus, [illegible] duabus ſtatuerat prime diſtinctio [illegible] Ubicumque pœna eſt ad ultionem, ibi maledictio, & ira Dei ſe [illegible] quam ſemper a fidelibus continet [illegible] Caſtigatio contra

&

ſentaneum quidem eſt „ ut aliter a Deo in gra-
„ tiam recipiantur qui ante Baptiſmum per igno-
„ rantiam deliquerint; aliter vero qui ſemel a
„ peccati

„ & Dei benedictio [illegible], & amorem habet teſtimonium, ut docet Scriptura. „ Hoc diſcrimen ſatis Dei verbo paſſim monetur, Num [illegible]. „ Sit deinde „ haec altera diſtinctio, quod dum flagellis Dei reprobi feriuntur, jam pe- „ nae illius judicio quodammodo pendere incipiunt. Fideles autem ver- „ berentur illi, non ut maleficiorum delictorum perſolvant, ſed ut inde ad „ reſipiſcentiam proficiant. Qui in re clarus nobiſcum eſt Auguſtinus (*lib. „ de pecc. meritis ac remiſſ. 2. cap. 33 & 34*), docet enim primo, quibus „ hominibus caſtigentur a Deo, varie [illegible] „ poſt peccatorum remiſſionem certamina & exercitationes [illegible] ſine „ remiſſione ſupplicia in quatuor „ *Num 35* Stultiſſimus vero fuerit ſi quis „ arbitretur praeſentis vitae calamitates in peccati [illegible] nobis im- „ poſitas „. Hoc ille, qui multa ibidem congerit, vere falſis continuit, ut rem quoque modo poſſit implicare pergat & obumbrare. Eam vero pau- cis relegamus.

Animadverſione igitur de quibus agimus, ubi a nobis perlenti mu- mo tolerentur, in utilitatem nodum cedere, ut confeſſo apud me ſem- per fuit. Sed ex eo quod per eae non ⁊ quidem conſulentur uſdiram, de- ſinunt ne vere eſſe poena? Minime quidem gentium. Enim vero non- ſolum ſolum animadverſio pro poena habenda eſt, quae uſtio tantum, nul- la jam ſontis intendi ut emendatio, cujuſcemodi eſt quae infertur latro- ni, cum furca ſuſpenditur; ſed ea quoque poena eſt, *quae conſtituitur in emendationem* (*L. Si poena ff. De poenis*) i *Poena poena eſt noxae vindicta* (*l. 131. § 1. D. De verborum & rerum ſignificat.*). Una igitur animadvertenda in ſontis, adm [illegible] facinoris vindicantur, utque emendaci in officio dein- ceps continendi proſpiciatur.

Audiamus jam vero Auguſtinum, quem Iccollegae & ſecum eſſe glo- riantur. Multum in iſtis obſervandum eſt Doctor, multo bene Deum facere etiam de malis noſtriſque poenis. Quoties & labores noſtros, *ideſt* POENAS NOSTRAS, inquit ad utilitatem noſtram mirabili benignitate con- vertit (*in Oper. imperf. contra Julian. lib. VI num. 19*). Et quemadmodum „ injuſti, inquit (*De Civit. Dei lib. 13 cap. 5*) male utuntur non tantum „ malis, ſed etiam bonis; ita juſti bene non tantum bonis, ſed etiam ma- „ lis. Hinc fit ut & mali male lege utantur, quamvis ſit lex bonum; & boni „ bene moriantur, quamvis ſit mors malum. „ Ibid. cap. 6. „ Quod illud eſt in „ morientibus quodcum grave poena educit ſenſum pieſdiſſit, ejq. tolerandis „ autem meritum patientiae, non auferet vocabulum POENAE. Haſtenus Auguſtinus, qui in loco a Calvino laudato, ſi bene ſpectetur oſtendit plane ex Davidis etiam exemplo, aeterna poena dimiſſa multa tem- porum perferenda eſſe peccati cauſa. „ Sicut Deus, inquit, ut poſt ejus „ (*Adae*) peccatum, propagata caro peccati, ad recipiendam juſtitiam la- „ boribus & moleſtiis exerceretur, ſubditque „ Mortem corporis & propter „ peccatum Deus homini inflixit, & poſt peccatorum remiſſionem propter „ exercendam juſtitiam non ademit „. Certamina igitur uſiſque exercita- „ tiones

peccati ; & dæmonis ſervitute liberati, & accepto Spiritus Sancti dono , ſcienter templum Dei vio-
q q lare,

ctiones ſanctorum quidem ſunt , ſed, ut etiam comprobat Auguſtinus , pœnæ eſſe nequaquam ſinunt , quas Deus, ut juſtitia locus aliquis maneat, non adimit.

Quæ perſpicua quum ſint , ex parvulorum tamen conſideratione magis adhuc res patet. Horum videlicet multos paſſim videmus, ut cuique notum Auguſtinus Enchirid. de Fide , Spe , & Charit. c. 66. poſt lavacrum regenerationis diverſorum malorum afflictione cruciari : Tui etiam ex ipſis obeunt antequam ætate tractent attingant. Iis autem mors, aliaque incommoda nequaquam virtutis incitamento aut exercitio unquam ſunt : Quare (idem S. D. in Pſalm. 102.) „ & quod vivitur in flagellis & corruptione mortalitatis de indignatione ipſius Dei eſt, de pœna hoc habemus primi peccati „ Pœnaſque ut cum eodem Auguſtino (ex laud. Enchirid. loco) intelligamus, tantum quod ſalutaribus agitur Sacramentis, magis ad ſpem venturorum bonorum, quam ad retentionem vel adeptionem præſentium pertinere.

Quod vero Auguſtinus ſcripſerit (in Pſal. 102.) „ Quod pateris , unde plangis, medicina eſt tibi non pœna , caſtigatio non damnatio .... tota iſta miſeria generis humani in qua gemit mundus , unvecit fratres, quia dulce medicinale eſt , non ſententia penalis „ nil iſtud quidem Calvini cauſæ, ut ut ipſe deducturus , ſuffragatur , Tali nimirum dicendi modo utitur S. Doctor in afflictorum ſolamen , ipſorum ingenium, utpote filiorum pœnas a reprobarum pœnis equidem diſcrepare ; Hæ ſiquidem ultiones meræ quum ſint , non item illæ ; quandoquidem & ob ſolens licet quidem ſint , medelam tamen ſalutarem adjunctam habent . Quocirca hæc primum habet „ Jam ſeviat quantum vult, pater eſt. Sed flagellavit unum , & affixit unum , & concidit unum pater eſt „ Tum vero , quod intermiſit Calvinus „ Noli attendere quam pœnam habeas in flagello , ſed quem locum in teſtamento „ Quod ſi tu hæc eadem enarratione Auguſtinus, ut mox retulimus, dixit , Quod vivimus in flagellis , & corruptione mortalitatis de indignatione ipſius eſt; de pœna hoc habemus primi peccati. Quod ſi, inquam , ſecundum Auguſtinum , de indignatione Dei eſt, de pœna primi peccati quod vivamus in flagellis , & corruptione mortalitatis , etquid de perſonalium peccatorum pœna habendum & ſuſtinendum jam non eſt ?

Illa autem verba , tota iſta miſeria &c. , ex quo Auguſtinus Tractatu ſumpſerit non annotatur. Habentur autem en enarrat. in Pſal 138. Sed ibi tota proxime præpoſita quidem ſunt , quæque Calvinus prætermiſit , ex quibus Auguſtini mens perſpicua quidem fit ; Ait enim , Nec vos ſine importuna habere parente ; flagellat nos in tribulationibus , & erudit nos. Tota iſta miſeria &c. Ad hæc autem ut S. Doctoris ſententiam edoceret , attendere par quidem erat , quæ ſcripſit in lib. 2 De Peccatorum meritis & remiſſ. „ In filios damnationis vindicat iratus , in filios autem gratiæ vindicat propitius , dum quem diligit corripit , & flagellat omnem filium quem recipit . Nulla autem vindicta , nulla correptio , nullum Dei flagellum debetur , niſi peccato „ Hactenus Auguſtinus, qui & ſerm. 19. al. 4 in Pſal. L. ſ. „ Peccatum impunitum eſſe non poteſt ; ſi peccatum
„ impu-

lare, & Spiritum Sanctum contriſtare non formidaverint (*Trid. Seſs.* 14 *De Sacram. Pœnit. cap.* 8). Et

„ Impunitum remaneat injuſtum eſt: ergo ſine dubitatione puniendum.
„ Hoc tibi dicit Dominus: Puniendum eſt peccatum a te, aut a me. Pu-
„ nitur ergo peccatum aut ab homine pœnitente, aut a Deo judicante „.
Rurſum, *ſerm.* 20 *al.* 5 *de verſu* 22 *Pſalm.* L. „ Impunitum non poteſt
„ eſſe peccatum. Impunitum eſſe non debet, non oportet, non eſt juſtum.
„ Ergo quia impunitum non debet eſſe peccatum, puniatur a te ne punia-
„ ris pro illo &c. „ Ex his, ne plura jam afferam, certum quivis poteſt
an ita ſentiat Auguſtinus, quod Deus in filios animadverſio medicina duntaxat ſit, non autem pœna, pœna ut quæ medendi quidem habeat vim,

Pauca vero etiam adjiciam de mente Chryſoſtomi (in quo & Amato inſtanter eſt a me depoſcendi utrum gratam) quandoquidem hujus quoque S. Doctoris auctoritatem ſequi pie ſe fert Calvinus, Citetur videlicet num. 53. convertendos fideles ad reſipiſcentiam quidem, non autem ad delictorum punitionem vocheari „ Id, inquit, Chryſoſtomi verbis malim quam meis exprimere. Propter hoc, inquit (*Serm. de Pœnit. & Confeſs.*)
„ *imponit nobis pœnam Deus, non de peccatis ſumens ſupplicium, ſed ad futura*
„ *nos corrigens* „. Ut autem quid sit hoc in loco ſibi voluerit S. Doctor probeque noverimus, attendas quidem primabit cum ipſa ejus verba, tum eorum contextum, aliosque ejusdem locos, in quibus rem eandem verſat & explanat. Horum aliquos primo ſpectemus.

Atqui Chryſoſtomus (*De Provid. ad Stagir. lib.* 2) de pœna a Deo in Cain dicta (*Geneſ. IV.* 2) qua toto vitæ tempore cruciatus fuit, inquit, & vagus, per hanc perſpicue ait Caïnum pœnam dependiſſe, [illegible] & præterea diſſuas quidem aſſuit non conſenniendum eandem amotamentum pro ſe ſubiiſſe, ἀλλὰ καὶ [illegible]; quamquam ex ea, ut ſubeſt, cum alia utremem illam ſpectantibus, nunc ipſi nonqua Cain proficiendi occaſio tribuata eſt. Hic autem ſimili de eodem Cain proficiendi occaſio tributa eſt. Hic autem ſimilia de eodem Cain ſcribit in *Orat. 8. adverſus Judæos.* Et *Homil.* in in *Matth.* a. III, ubi illum pœna præliminatam a peccato mundatum dicit. Canit ergo Chryſoſtomus, Deum pœnas ſuſtinendo & ſupplicium de perpetratis criminibus ſumere, & una quidem pro ſua ſummarum correctioni parip cere.

Præterea *Homil. in Parab. decem mill. talent. Tribulationes*, inquit, *ad peccatorum diſſolutionem nobis valent* [illegible]. *Homil.* 6. *ad Pop. Antioch. Si quid injuſti in præſenti patimur vita, multa peccata diluimus*, [illegible]. Et tertiam ex iis qui in eadem peccata fuerint, non illos qui commiſſa & in deliciis vivere pergunt, ſed utrumque affectu hic maxime pœnitentiaque, ut quod illi ad futurum judicium metuendumque tribunal dimiſerint expurgata peccata multi per ea mala *quæ hic ferè perp.* [illegible] *In Terræmotum, & Lazar. Homil.* 6. pœnam laudant in inceſtuoſum Corinthium latam (1 *Cor.* V 5) ut Spiritus ſalvus eſſet in die Domini. *Vides*, inquit, *ut hic puniatur, nec illic* pœni-

Et ſi eodem modo cum his; atque cum illis agere eademque largitate utriſque parcere voluiſſet,

q q 2 Baptiſ.

[illegible] *hic ejus corpus punctum eſt, illic non punitur,* [illegible] *In Homil de SS MM Maculas noſtras lacrymis abſterguntur, magnus ejuſmodi planctûs fructus eſt,* [illegible] In cap VII. Geneſ. Homil 25. De Ninivitis ait quod ad pœnitentiam properantes poenas abluerunt. *In Joan Homil 7 al. 6.* De pœnitentiæ operibus agens, ex Scripturis demonſtrat conterenda corda eſſe, deflenda, confitenda peccata, dimittendum iis, qui in nos deliquerunt, eleemoſynam ad hæc, precum aſſiduitatem, jejunium annectit; in quibus ſedulo conſtanterque verſantes, futurum inquit ut & præterita crimina diluamus, & lucri plurimum in poſterum faciemus, [illegible] V etiam quæ ex eo retulimus p 293. & ſeq Hæc & id genus, quæ paſſim ni habet aperte quidem produnt ipſum ſentire quod vim hujus calamitates, cordis contritio, aliaque pœnitentiæ opera peccatorum diſſolvunt debita, quæ niſi hic expleantur, expianda deinceps ſuperſint. Non ergo iniquum ad reſipiſcentiam eo credidit inſtituta, qui & reſipiſcentes tantopere adhortatur, ut per ea ſordes eluere pergant ac repurgent.

Nunc jam ad locum a Calvino allegatum veniamus, qui in Ed c Pariſ. 1718. extat Tom 2. in Hom cujus argum. eſt, *Non eſſe ad gratiam concionandum.* p 666 In eo S. D peccatores hortatur & ſuadet ut per confeſſionem & pœnitentiam in Dei amicitiam redire ſtudeant, & licet, inquit, pœnitentiæ opera gravia eſſe videantur, libenti tamen eſſe animo complectenda; quippe qui Deum ipſum promereant, cujus tanta clementia eſt, ut vel occaſionem quærat qua eis benignitatem exhibeat. Eum autem bene quidem conſulere nobis docet, quando peccantes nos punit, quandoquidem multi deteriores eſſeceremur; & ideirco, jam ſubdit, *pœnam imponit, non de præteritis ſupplicium expetens, sed futuri reſtè diſponendi letitiam* [illegible] De peccatoribus itaque hic ſermo eſt qui ad Deum revertere opus habent; hiſque Chryſoſtomus a Domino pœnas quidem dari, ſicque eorum nequitiam & affectionem caſtigare. Sic autem ſentit in eos animadvertere, quod æterne non ſubeundæ eis forent pœnæ ipſæ punire non expetet, ſed per temporalia, ſi reſipiſcere velint, corrigere ac depurare. Eundem dicendi modum apud ipſum obſerves *Comm. in Epiſtol VII*, ubi [illegible] telem plane eſt pœnam dare, ut vitæ ex exemplis adempta, pœnam et in tempore omni ſublatæ ad æternum ſupplicium replantur. Et in loco de quo egimus, exemplum quod ſubiude affert, eſt quidem *ſupplicii inevitabilis* [illegible] Ab hac igitur exemptione nos Deus temporalibus pœnis infert, quas appoſitas eſſe quidem & opportunas peccatoribus

hue

Baptiſmatis equidem, quo pluries ad novitatem ſpiritus renaſceremur, iterandi poteſtatem permiſiſſet.

bus e veterno excitandis revocandiſque ad frugem bonam & in officio continendis Catholicis omnes uno atque eum Trid. Concilio proſitimur (loco cit p. 296). Sed quod tum conſimque continet, ejuſcemodi poenae five infligendae ſint, five ultro a poenitentibus ſuſceptae, ſecundum eundem quidem Chryſoſtomum poenae ſunt ob admiſſa crimina perferendae, ad eaque diluenda comparatae. Quod cum laudatis in locis luculenter ediſſerat, tum vel in hoc ipſo ſermone allegato ab adverſariis declaravit. Urget enim ibi non modo ut reſipiſcamus, ſed ut Dei in nos miſericordiam commoveamus, ipſumque placemus *confitentes*, *prolixiorem agentes lacrymas fundentes*, *orantes*, *eam proximi dimittentes*, *propinquorum egeſtatem ſublevantes*, *in orationibus vigilantes*, *humilitatem exhibentes*, *peccatorum aſſidue recordantes*. Urget ut *pro verbis tantum prolatis pretia adhibeamus*, *pro leſionis obtutibus eleemoſynas & jejunia*, ἀντὶ τῆς ῥημάτων τῆς ἀπὸ προπετείας ἐκχυθέντων ἰσχύν, ἀντὶ τῆς ὄψεως τῆς ἀκολάστου γυμνάζειν, εὐχάς. Quam quidem ad eam *Homil. 10. in Matth. c.4.* μετανοεῖτε δὲ λέγω ἵνα μὴ τῶν προτέρων ἀπόσχησθε κακῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ ἀμείνω ἐπιδείξησθε καλά. ποιήσατε γάρ, φησί, καρποὺς ἀξίους τῆς μετανοίας. Πῶς δὲ ποιήσομεν; ἂν τὰ ἐναντία πράττωμεν. Οἷον τι λέγω, ἥρπασας τὰ ἀλλότρια; δὸς καὶ τὰ σαυτοῦ. *Poenitentiam autem voco*, *non a prioribus abſtinere malis tantum*, *ſed*, *etiam quod melius eſt*, *bona operari: nam ait*, *facite fructus dignos poenitentiae. Quomodo faciemus? Si contraria faciamus*, *exempli cauſa*, *rapuiſti aliena? jam tua largire &c.* V. quae hanc quidem deprompſimus pag. 295 Hac Chryſoſtomi doctrina uſi: Qui autem oculos habent in capite, videant qualem Calvinus praeſcripſerit, qualem tanquam Auguſtini & Chryſoſtomi propinarit.

Sed ad ipſum quoque Dei verbum propoſita a Calvino diſcrimina breviter exigamus. In laudato *Numerorum* loco (*V. pag. 285 & ſeq.*) Deus dimiſſo Iſraelitis peccato in noſtram animadverteni inquit v. 34. *Quadraginta annis recipietis iniquitates veſtras*, *& ſcietis ultionem meam*. En poſt dimiſſum peccatum poenam, & quidem *ad ultionem*. Sed Calvinus aſſeverat, poenam quae eſt ad ultionem, Deum ſemper a fidelibus continere. Ultionem hanc in eos exercere iuſſatus Deus ut pro ſanctorationis praenuntia dependant, (v. 22.) *tentaverunt me jam per decem vices*, *nec obedierunt voci meae*, (v. 35.) *Ita faciam omni multitudini huic*. *in ſolitudine hac deficiet & morietur*. Quid vero Calvinus? *Ferulis verberantur filii non ut multam delictorum perſolvant*, *ſed ut inde ad reſipiſcentiam proficiant*. Sed & pune haec quum in eo poſita quidem fuerit, ut in ſolitudine morerentur; ipſa ne proſtiterit ut inde ad reſipiſcentiam proficerent? eoque jam ex poſt interitum reſipiſcentia? *Michaea VII. 9. Iram Domini portabo*. Calvinus autem praeſcribit quod iram Deus ſemper a fidelibus continet; atqui de fidelibus hoc in loco, deque poenitentibus ſermo hic ferme eſt, ſequiturque, *educet me in lucem*, *videbo juſtitiam ejus*. *Et aſpiciet inimica mea*, *& operietur confuſione &c.* Sed iram hanc ac utinam ſuſtinendam pronunciat? peccati cauſa, *quia peccavi ei*, Calvinus vero

Ferulis

fiſſet. Quam quum non dederit; ampliorem ergo a defectoribus pœnitentiam, digniorefque pœnitentiæ operas petit; quas proinde videant Novatores quam immerito ut Chriſto injurias inſimulent & inſectentur.

XXXVI. Ad hæc autem criminationis hujus iniquitatem magis magiſque comperient, ubi id quidem ſpectent, quod ſi ex eo quod Chriſtus Dominus ſatisfecit pro nobis, injurioſi in eum habendi ſumus ſi & ipſi ſatisfaciamus, ergo ex quo ipſe idem oravit, & interpellat (r) pro nobis, quoties jam oramus, toties injuriam ei nos inferre credendum erit, proindeque ab orationibus prorſus jam tanquam a criminibus abſtinendum. Hoc vero tam immane quidem abſurdum conſequitur, ex quo ſatisfactiones noſtras adverſarii eo prætextu exigunt

Perulis verberantur filii, non ut mulltam delictorum perſolvant. Annon vero [illegible] diametro pugnare cum Sacris Literis? Nihilominus tamen ſcribere et [illegible] dubitavit. Dei verbo ea paſſim [illegible]; nec deſunt qui eum bene audiant, pleriſque id excipiant, repetant & jactent in dies. Sed [illegible] quoque [illegible] ipſum quidem, ejuſque verborum rationem plurimam habeamus, [illegible] „ Hic mihi obteſtandi ſunt lectores, inquit, non ut gloſſæ meæ auſcultent, ſed tantum ut Verbo Dei locum aliquem eſſe ſinant „.

Ergo hoc quidem [illegible] teneamus, calamitates Deum inferre, ulciſcendo [illegible] in fideles etiam [illegible] exercere. Quanquam in [illegible] aliter eam exercet atque in reprobos pervicaces. Hi quippe [illegible] ſæpe in hoc quidem ſæculo [illegible] ſcelerum [illegible] experti, cæterum in altero ſempiternae ignibus cruciati pœnas dabunt. Ubi autem in fideles [illegible], quaſdamque ob eis pœnas repetit, [illegible] neque continet in ira ſua miſericordias ſuas ((*Pſalm. LXXVI.* 10.) ſicque in eos animadvertit, non quod eorum pœnæ *per ſe* [illegible] placeat, ſed ut juſtitiæ aliquis ſerveret locus, et que [illegible] quidem hoc pacto [illegible] oppoſiteque [illegible], & alios quoque qui horum pœnis admoniti magis a delinquendo caveant. Quiſque autem hæc penitus teneat, quæ, ut oſtendere pergimus, certiſſima ſunt, ea facile diſſolvit ac diluit quæ Calvinus permiſcuit, & agitavit.

(r) *Rom.* VIII 34.

exigunt & explodunt. Æquum igitur animum adferant, & advertant, ſatisfactionibus noſtris nos Chriſti D. ſatisfactioni nil penitus derogare; qui boni quicquid agimus exſolvimuſque ab eo vim habere merito conſtanterque aſſerimus & profitemur. Ipſe videlicet Caput noſtrum eſt, nos ejus membra (1) ab eo ſpiritus vitam & operationem habentes. Ipſemet, ut appoſita quidem ſimilitudine declaravit, *Ego*, ait (*Jo.* XV.) *ſum vitis, vos palmites: qui manet in me & ego in eo, hic fert fructum multum*. Quamobrem etſi ex nobis tanquam ex nobis nihil poſſimus, ſufficientiam tamen habemus ex ipſo qui nos confortat, in quo noſtra gloriatio eſt, cujus operum & meritorum vis nedum non obſcuratur, aut imminuitur, clareſcit immo magis & illuſtratur ex quo non ſolum ipſa ſatisfaciendi polleant vi, ſed & nobis quidem conferant, unde & mereri, & pro modulo noſtro (2) ſatisfacere valeamus.

(1) *Epheſ.* I. 22. 23. IV. 15. V. 30. I. *Cor.* VI. 15.
(2) Satisfactionis nomine compenſationem illam donamus, qua homo pro peccatis commiſſis Deo aliquid perſolvit. Adverſarii autem hujus quidem odio etiam atque etiam flagrantes, ajunt impoſſibile factu eſſe ut Deo homines ſatisfaciant. Quum enim perinde atque ſervi quicquid habemus a Domini ſit, inquiunt, eique debeamus, nihil jam reliqui nobis eſt, quod jure noſtro impendere poſſimus ad reparandum quidpiam aut compenſandum. Ac tamen ſi nobis aliquid relinqueretur, id nihilominus finitum quum ſit, offenſæ Dei utpote infinitæ compenſandæ impar exiſteret; quare nonniſi abſone abſurdiſſimeque blacterare quemquam ab homine idoneum quidpiam rependi, ſatiſque Deo fieri poſſe conſtituunt. Sed in his pariter multa peccant.

Ac primo quidem vel ipſa quoque ſervorum conditio æquior fuerat æſtimanda. Eos quippe in multa liberos eſſe, deque heris ſuis bene quidem mereri poſſe oſtendit Seneca *lib.* 3 *de benef.* c. 18. & *ſeqq.* Quidquid autem de Servorum ad Heros obligationibus ſit, de hominibus jam reſpectu Dei aliter certe loquendum eſt. Homo enim Dei ſervus quidem eſt,

valeamus : Ac nos equidem non jam deſides, non infructuoſos eſſe vult, ſed operoſos fructumque bonum ferentes. *Omnem ſiquidem palmitem non ferentem fructum*, Pater meus, inquit (*Joan.* XV.) *tollet eum*:

eſt, ſed ita ut per liberum arbitrium a Deo ſibi conceſſum actuum ſuorum dominium quoddam obtineat, unde ipſi inest quod Deo pendere quidem poſſit. V. etiam D. Th. in 4. *ſent. diſt.* 15. *qu.* 1. *art.* 2.

Quod autem ad humanorum actuum vim pertinet, aliter aſſimanda hæc quidem eſt, cum intra naturæ ordinem conſideratur; aliter vero & dignius, cum ordinem hunc gratiæ ope tranſcendit, ea qua homo ſic elevatus, ut Deo grata exhibere potis ſit. Ipſa autem gratia homini quidem divinitus ea dono detur. Sed quum id quod alicui donatur, in jus illius tranſfert cui donatur, hac jam ratione homini ſuppetit unde aliquid dependat Deo, quod de ſuo ipſius hominis habeat, & gratum Deo acceptumque ſit.

Ad ſatisfactionis nunc vocabulum venìemus, ejuſque ſpectemus quidem vim. Quum de gratiæ reconciliatione ſermo eſt, *ſatisfacere* ſignificat *tantum facere quantum ſatis ſit irato ad vindictam*; (Alcon. in III. *Verr.*) atque ita ſatisfactio nihil aliud eſt quam injuriæ alteri illatæ compenſatio. Quicquid porro ad compenſandum alicui præſtatur, id in *ſatisfactionem* quidem generis continetur, & *ſatisfaciendi* vocabulo expreſſum apud authores claſſicos [illegible]. unde & *ſtatuere*, *plene*, *cumulate ſatisfacere*, & etiam *minus ſatis facere* apud eos invenies. Ac *ſatisfacere* quidem *dicimur ei*, *cujus deſiderium adimplemus* (Ulpianus *l.* 1. *D. qui ſatisd. coguntur*). His explicatis rem jam breviter expedimus, in qua

Neminem equidem noſtrum dubitare, quin ſatisfactio prima & præſtantiſſima pro peccatis hominum illa ſit, quam offenſo Deo Deus & homo Chriſtus Jeſus exhibuit; qua pro ſcelerum noſtrorum ratione, etiamſi Deus ſummo jure nobiſcum velit agere, quicquid a nobis debetur cumulate perſolutum eſt. Per eam itaque quotquot ipſius fructum per fidei Sacramenta percipimus, reconciliamur Deo, in ejus amicitiam recipimur, æternæque pœnæ debito liberamur; pro qua equidem nulla res creata poterat ſatisfacere. Jam vero nos haudquaquam iſtud contendimus, poſſe quemquam hominem pro culpa, & pœna æterna infinitum Dei offenſæ debita ſatisfacere. Neque illos tamen eundem ducimus, qui arbitrentur & vendicent nos Deo ſatisfacere nullatenus poſſe. Ubi etenim Sacramento, vel Sacramenti voto culpa nobis, æternaque pœna remiſſa facta eſt, in Dei amicitiam reſtitui, viventis Chriſti membra redditi in ipſo manemus nihil jam obeſt, quominus pro temporali pœna (quæ in Sacramento Pœnitentiæ non tota ſemper dimittitur ut in Baptiſmo) vere & proprie ſatisfaciamus.

In eo namque ſtatu jam quidem ſumus, quo Deo grata acceptaque poſſumus exhibere, quod in ergo talium ſatisfaciendum Deo pro temporali pœna, pro re jam non infinita, ſed finita [illegible] bene ubi Achab (III. *Reg.* XXI. 27. *& ſeqq.*) *ſcidit veſtimenta ſua & operuit cilicio carnem ſuam, jejunavitque & dormivit in ſacco, & ambulavit demiſſo capite*, tunc *factus eſt ſermo Domini ad Eliam Theſbiten dicens: Nonne vidi*

eum : mittetur autem *foras ſicut palmes , & areſcet , & colligent eum , & in ignem mittent , & ardet .* Atque omnes plena

dejſi humiliatum Achab coram me ? quia igitur humiliatus eſt mei cauſa , non inducam malum in diebus ejus . Manaſſes quoque Babylone captivi multa pœnitentia emolitque [illegible] malum Deus redduxit eum in regnum ſuum (2 *Paralip.* XXXIII 12. 13) Quod ſi Deus ob pœnitentiæ opera ab ira prodita a peccatoribus temporali pœna ad vindictam eorum ſcelerum conſtituta ſe abſtinuit ; quid ni eam eoque benigne faciet quum ab illis præſtantur quos benevole in amicitiam recepit , qui in Chriſto manent ac fructum ferunt non qualemcumque , ſed multum , ut ipſe quidem docet , poſſunt ? & ſi illi qui in Dei amicitiam nondum recepti ſunt , *de congruo* , ut dicitur , ſatisfaciunt , hi profecto ſatisfaciunt *de condigno*.

Atque equidem ubi Dei gratia , & amicitia dicatur ſumma ; quandoquidem amici veri , & amicitiæ plane eſt haud alia ab amico ſibi debere repetere ab eo , quæ rependere ipſe poſſit , Deus profecto , quam benevolo ad ſuam nos amicitiam evexit , ubi ipſi pendamus de eo quod nobis ſuppetit , ſatis id ratumque ſibi eſſe dubitandum non eſt ,

Certiores autem facti quidem ſumus , illiuſmodi operibus adjutrice gratia a nobis factis certum conſtitutam eſſe mercedem (*Matth.* V 11 12. X. 41 42. , XIX. 29. , *Luc* XVI. 25 , *Rom* IV 4. , *Hebr* VI. 10. X 35. Et Apoſtolus , qui dicit quidem (I *Cor* XV 10) *gratia Dei ſum id quod ſum , abundantius illis omnibus laboravi : non ego autem , ſed gratia Dei mecum ;* pro bono tamen certamine a ſe certato , pro curſu conſummato , & fide ſervata repoſitam ſibi affirmat coronam juſtitiæ reddendam ſibi a Domino juſto Judice , atque non ſolum ſibi , ſed & iis omnibus qui diligerint adventum Chriſti (II *Timoth* IV 8) Hæc igitur merces , hæc corona *non donatur* , utique *ſed debetur*. Vid etiam *D.* Thom. laud. loco , tum etiam in *Epiſt ad Rom. cap* VIII *lect* 4. & 9 2. qu 114 art 1 & 3. Quod ſi ejuſmodi opera noſtra taliter evehuntur , tantique ſunt , ut per ea fiat a nobis ſatis pro demerenda mercede , pro corona , gloriæ acceſſione tempore suo eis conſcripta ; an non per ejuſdemmodi opera ſatisfactum poſſimus pro merenda temporalis pœnæ relaxatione ? Fidelis certe ipſe Dominus qui mercedem & coronam promiſit , is talia quidem operantibus nobis debitorum quoque relaxationem abolitionemque ſpopondit (*Proverb* XVI. 6 , XV 27 *Daniel* IV 24 *Matth* VI. 14. , VII. 7 1. *Petri* IV 8 *Luca* XI. 41. , & alibi) Quamobrem ex divina pollicitatione ſi nob a quidem accedit , ut (Auguſtini verbis utar *Serm.* 158. al. 16 *de verb. Apoſt.*) poſſimus exigere Dominum noſtrum ut dicamus , Redde quod promiſiſti , quia fecimus quod juſſiſti .

Opera noſtra igitur Chriſti Domini gratia in eo influente ejuſque ſatisfactione virtutem addente tanti profecto , ut oſtendimus , ſunt , ut merendi virtute gaudeant , merendique temporalis pœnæ relaxationem . At tantum quidem per ea facimus , quantum in eo ſatis eſt ut iram Dei ad temporalem pœnam inferendam deponat ; ejuſque deſiderium adimpleamus , quo talibus compenſari ſibi a nobis exoptat . Quæ ubi ita præſtat , cum eo in qua propoſuimus , vere ac proprie *ſatisfacere* jure dixeris.

In

plane *arbor*; *quæ non facit fructum bonum*, quemadmodum ſcriptum eſt *Matth.* III. 10 *excidetur*, *& in ignem mittetur*. Quare & abnegandos noſmetipſos, & propriam geſtandam crucem indixit ✠ adeo ut illum qui non accipiat crucem ſuam & ipſum ſequatur, ſe haud dignum eſſe pronuntiaverit *. Sollicite iccirco Petrus Fideles inſtruens (1) *Chriſtus*, inquit, *paſſus eſt pro nobis*, *vobis relinquens exemplum ut ſequamini veſtigia ejus*. Ac *heredes quidem ſumus Dei*, *coheredes autem Chriſti ſi tamen*, commonuit Paulus *Rom.* VIII. 17 *Si tamen compatimur*, *ut & conglorificemur*. Tulit igitur crucem Chriſtus, factuſque in ea obediens uſque ad mortem, iram placavit Dei, illoſque et reconciliavit qui in Baptiſmo ſibi commortui & conſepulti in membrorum ejus decus evecti ſint; ſed digna capite membra eſſe quidem voluit, neque a propria geſtanda cruce penitus nos exemit (2); cu-

x x jus

In comperto autem id quoque eſt, Deum peccatorum pœnitentia plurimum delectari, ut vel in allatis de Achab & Manaſſe exemplis liquet. Ubi igitur peccatores pœnitentiæ opera aggrediuntur, & præſtant, quum pro illo in quo ſunt peccatorum ſtatu deſiderium ejus aliquo modo adimpleant, quodam quidem modo & hoc ſatisfacere negari nequit; & ſi illi, ut dicimus, *de congruo*, non ſatisfacere *de condigno* vere & proprie dicendi ſunt.

In his itaque quum nil quidem jam non ſentiremus, ſed doctrinam certiſſimis Scripturarum teſtimoniis innixam tradere, illo eam vocabulo enuntiare pergemus, quod uſu plane receptiſſimum, quod et antiquum a primis jam Eccleſiæ ſeculis adhibitum (*V. pag.* 295 *& ſeq.*) conſtat; Videant æqui rerum æſtimatores, nobis ne auſcultare par quidem ſit, an illis qui quum plena futilitatis & levitatis objiciant, diſturbare tamen tam ſi ma quidem ſalient, avertere, labefactare.

✠ *Matth.* XVI 24., *Luc.* IX. 23. * *Matth.* X. 38 *Luc.* XIV. 27

(1) I. *Petr.* II. 21

(2) Chriſtus equidem ab omnibus non peccati incommodis liberavit; verum non ita ut illico ſuſcepto Baptiſmate abſolutum in omnibus libera-

jus nobis geſtatio tantopere ſalutaris ex geſtatione ejus effecta eſt. Quamobrem ſi cuique fidelium cavendum eſt ne prætermittat Chriſti veſtigiis inſiſtere, fructuſque bonos ferre, ejuſcemodi ne vero opera ableganda ab iis erunt, qui quum ingrato animo a Deo defecerint, juſtitiæ ejus debitores quidem ſunt? Annon vero ad iſtos pertinet, fructus edere jam non qualeſcumque, ſed qui pro criminum ratione pœnitentiæ digni ſint? Et vero ſi Chriſtus Dominus tanta præſtitit, paſſuſque eſt, ut pro noſtris debitis ſatisfaceret; nos qui ab ipſo exemplum capere, ejuſque veſtigia ſequi tenemur; ubi debitis obſtricti ſumus, an non oporteat aliquid præſtare ac pati, proque noſtro modulo ſatisfacere?

XXXVII. Quæ quum aperta adeo planaque ſint, nemo cordatus non videt, nihil jam cauſæ eſſe cur Adverſarii ſatisfactionis neceſſitatem rejiciant & amandent, illudve Apoſtoli tam vehementer nobis regerant, quod gratis & per fidem juſtificemur. Nam & ipſi profiremur utique nos gratuito juſtificari: neque ſane aliquid eorum quæ juſtificationem præcedunt, ſive fides, ſive opera juſtificationis gratiam promeretur. Per fidem

berationis effectum capiamus, ſed congruo tempore ſecundum ordinem Sapientiæ Dei, quando ſcilicet, ut ait Apoſtolus cap. VIII. vivificabit & mortalia corpora noſtra propter inhabitantem Spiritum ejus in nobis. Oportet enim ut ait D. Thom. prima 2. qu. 8, art. 5 „ ad 2. quod ad immortalitatem & impaſſibilitatem gloriæ, quæ in Chri„ ſto inchoata eſt & per Chriſtum nobis acquiſita, perveniamus confor„ mati prius paſſionibus ejus„. Vide etiam ejuſdem Comment. in laudat. cap. D. Pauli.

fidem autem recte quidem dicimur juſtificari: fides quippe eſt humanæ ſalutis initium, fundamentum & radix omnis juſtificationis; ſine qua impoſſibile eſt placere Deo & ad filiorum ejus conſortium pervenire. Sed non ita intelligendum eſt, ut accepta fide, ſi vixerit, dicamus aliquem juſtum etiamſi male vixerit. Si etenim ſpiritu facta carnis mortificaverimus, vivemus; ſi autem ſecundum carnem vixerimus, moriemur (*Rom.* VIII 13). Ac multi quidem, qui in Chriſti Jeſu nomine prophetaverint, dæmonia ejecerint, multaſque virtutes fecerint, ſi ejuſdem mandata non obſervaverint, hanc a Salvatore ipſo ſententiam audient: *nunquam novi vos: diſcedite a me qui operamini iniquitatem* (1). Quocirca, *& ſi habuero omnem fidem*, ait quidem Paulus *, *ita ut montes transferam, charitatem autem non habuero nihil ſum*. Illa ergo neceſſaria nobis eſt *fides, quæ per charitatem operatur*, ut inquit idem Apoſtolus ✠; a qua quotquot exciderint, unde reſurgant ac reviviſcant, ex ſe non habent, nec aliunde jam poſſunt, quam a gratuita Dei miſericordia ſublevari.

XXXVIII. Hæc porro, ut oſtendimus, juſtitiæ locum non demit (2); cui conſulens quidem Deus, quum vel originalem culpam per Baptiſ-

r r 2 mum

(1) *Matth.* VII. 22. 23. * I. *Cor* XIII. 2. ✠ *Galat.* V 6. De operum bonorum neceſſitate aliquid jam diximus in notis ad pag. 253. Vide ſis etiam S. *Aug. lib. de diverſis qu.* 83 *qu.* 76. (2) *pag.* 286. *& ſeqq.*

mum remittens , quaſdam de illa quidem pœnas a nobis ſumat (1); de criminibus jam perſonalibus, & de commiſſis poſt acceptam Baptiſmatis gratiam majores utique reperendas peτit: Nam miſericorditer his quidem tribuit, ut curari per Pœnitentiam, ſeu labotioſum quendam Baptiſmum poſſent, ſed iterandi Baptiſmatis, plenæque illius remiſſionis atque renovationis quæ in eo fit, poteſtatem non fecir (2). Qua equidem in re, & hominum naturæ providenter ſuccurrit (3), & honori conſulit quidem ſuo, cui conſentaneum profecto eſt ut qui eum læſerit ſatisfaciat (4). Id autem quod ad ſatisfaciendum Deo a Fidelibus, vel a primis quidem Eccleſiæ ſeculis, præſtari conſuevit (5), nedum Chriſto Domino non injurium (6), optatum imo gratumque eſt, qui nos haud inertes, ſed frugiferos, ejuſque veſtigia ſequi vult (7): Eos porro qui honoris Deo detracti teneantur, pro quo reparando Servator tantopere laboravit; eos, inquam, ſi aſſeclæ ejus haberi velint, dignos equidem pœnitentiæ fructus divino honori pro eorum quidem modulo reparando opportunos facere neceſſe eſt: ejuſcemodi ſiquidem in Chriſto manentes ferimus fructus, qui merendi ſatiſque Deo faciendi habent vim; tantum e ſatisfactione ejus vis, & dignitatis acquirunt, tam grati evadunt Deo, tam accepti, tam experi-

ri

(1) *pag. 296. & ſeqq.* (2) *pag. 291. & ſeq.* (3) *pag. 291. & ſeqq.* (4) *pag. 288. & ſeqq.* (5) *pag. 294. & ſeqq.* (6) *pag. 296. & ſeqq.* (7) *pag. 304. 307.*

ti (1). Quin & pœnitentiæ operibus ab impiis præſtitis placatum eum quidem habemus (2): nempe & hi pro ipſorum ſtatu deſiderium ejus aliquo pacto adimplent (3), quo gloriam dari ſibi ab hominibus cupit: Illa autem *anima, quæ triſtis eſt ſuper magnitudine mali, & incedit curva & infirma, & oculi deficientes, & anima eſuriens dat gloriam & juſtitiam Domino* (4). Gloriæ porro juſtitiæque ſuæ conſultum Deus profecto vult; quamobrem & miſericorditer laxans peccata, aliquid tamen exigere cernitur: ut in laudato numerorum loco (5) proſpiciens utique gloriæ atque juſtitiæ ſuæ, quum peccatum Iſraelitis jam dimiſiſſet, quandam tamen exegit pœnam, nec una cum culpa pœnam omnem donavit. Ab Aarone quoque ac Moyſe, quibus dubitandum non eſt quin culpam remiſiſſet, pœnam quidem repetiit: *Pergat*, inquit (6), *Aaron ad populos ſuos: non enim intrabit terram, quam dedi filiis Iſrael, eo quod incredulus fuerit ori meo ad aquas contradictionis*. Et poſt menſes ſeptem circiter, ad Moyſen quidem: *Aſcende in montem ... Nebo, & vide Terram Chanaan, quam ego tradam filiis Iſrael obtinendam, & morere in monte.. ſicut mortuus eſt Aaron Frater tuus in monte Hor. Quia prævaricati eſtis contra me in medio filiorum Iſrael ad aquas contradictionis ... videbis Terram, & non ingredieris in eam* (7). Hac autem eos plane affecit pœna, non

ea

(1) *pag.* 304. *& ſeq.* 283 *& ſeq.* (2) *pag.* 305. *& ſeq.* (3) *pag.* 307 (4) Baruch II. 18. (5) *V. pag.* 283. *& ſeq.* (6) *Num.* XX. 24 (7) *Deut.* XXXII. 49. *& ſeqq.* V. etiam *Num.* XXVII. 12. 13. 14

ea fine quam Novatores prætexunt; nempe ut reſipiſcerent; ſed vere & proprie ut præteritum eorum delictum, quatenus delictum eſt, pœnaque dignum ulciſceretur: *eo quod incredulus fueris: quia offendiſtis me: quia prævaricati eſtis contra me*. Et II. *Reg* XII 13 14 Habemus quoque Deum peccatum Davidi condonaſſe; liquido tamen conſtat eumdem poſtmodum puniviſſe tum morte filii, tum ignominioſo patris ſui conjugum ſtupro (1). Dicent ne vero punitum fuiſſe ut reſipiſceret? Sed is jam reſipuerat, peccatum faſſus erat, culpæque liberationem fuerat conſecutus: *Dominus tranſtulit peccatum tuum*. Quid vero cavillari pergant; quum Scriptura aperiſſime pandat, atque teſtatum faciat, irrogatam eſſe pœnam in quandam ſceleris ultionem: כי נאץ נאצת את איבי יהוה בדבר הזה גם הבן הילוד לך מות ימות *Quia blaſphemare feciſti inimicos Domini in re hac, etiam filius, qui natus eſt tibi, morte morietur*. Non ergo ſemper una cum culpa illico pœnam omnem relaxat Deus: Quod ſane tam luculenter quidem traditur in Verbo Dei, ut irriti protius ad hæc eludenda Adverſariorum conatus ſint (2).

XXXIX.

(1) Confer cum *cap.* XII. 11 & XVI 21, 22.

(2) Calvinus vel tam perſpicuæ veritati tenebras offundere cupiens, *lib.* 3. *Inſtit. cap.* IV. *n.* 29. „(cum ita diſtinctione (pœnæ & culpæ) ex diametro pugnat, inquit, quicquid de peccatorum remiſſione in Scripturis nobis traditur „. Quod ut offendat, laudat ea quæ habentur *Iſai.* XXXVIII. 17. *Projeciſti poſt tergum tuum omnia peccata mea*. XLIV 22. *Delevi ut nubem iniquitates tuas*. *Mich* VII. 19 *Projiciet* in profundum maris omnia peccata noſtra. *Jerem.* XXXI. 34. *Propitiabor iniquit.*

XXXIX. Duo hæc igitur certa inconcuſſaque in Dei Verbo ſunt, I. non ſemper cum culpa pœnam omnem donari, ſed remiſſa culpa, & pœna æterna, temporalis pœnæ reatum eluendum

iniquitati eorum, & peccati eorum non memorabor amplius. Ezechiel XVIII. 27 *Si impius ab impietate ſua receſſerit, omnium iniquitatum ejus non recordabor.* Ex quibus inferendum putavit, Deum ſic ſemper peccata projicere, delere, animoque non recondere, *ut quicquid cæteroquin pœnæ meriti remittat culpam ignoſcendo.* Huic porro Calvini gloſſæ dum Sectatores ejus auſcultant, per ſummam quidem imprudentiam, ne dicam impietatem, manum dant ipſi ad committendum inter ſe Verbum Dei, in quo alias ab omni repugnantia vindicando tot iſſa gloriantur.

Et ſane ſi Deus criminum eorum qui reſipiſcunt neutiquam jam recordetur, quomodo *propter iſta* in Aaron, Moyſen, Davidem animadvertit? Si illa reſpectu etiam temporalis pœnæ inſtar nubis deleta erant demerſave in profundum maris, an cunctata rurſum in nubem ſunt? an de profundo maris retracta, ut denuo comparuerint, quando *illorum cauſa* animadvertit ab iis pœnas exegit?

Sed enim hiſce incommodis, quæ Calvini commentatio inducere, Scripturam minime laborare perviderer quiſ æquo animo rem cognoſcere non refugiat. Diſtinguenda porro eſt illa peccatorum remiſſio, quam Pœnitentiæ ope conſequimur ab ea quam in Sacramento Baptiſmatis obtinemus. Illa culpæ utique pœnæque ſimul remiſſio eſt; atque ad hanc referendum illud *Michææ*: *Projiciet in profundum maris omnia peccata noſtra*; tum illud *Jeremiæ*: *Propitiabor iniquitati eorum, & peccati eorum non memorabor amplius*; & id genus. At vero per Pœnitentiæ Sacramentum, ut oſtendimus, ad tantam ſpiritus novitatem & integritatem haud illico ſemper aſſurgimus. Quocirca perperam a Calvino ejuſque Sectatoribus confunduntur quæ de futura Baptiſmatis gratia Scriptura prædixit cum iis quæ de Pœnitentia dicta ſunt; in qua culpa quidem, æternaque pœna tum ſimul ſit, temporalis non ſemper donatur; ejuſque Deum meminiſſe in compertо eſt.

Quum autem Calvinus Ezechielem a tanto hoc aſſerit: *Si impius ab impietate ſua receſſerit, omnium iniquitatum ejus non recordabor*, quo ſibi perſuadeat, Deum abſque ullo diſcrimine, ſic ſimul atque ſimul quilibet reſipiſcat, peccatorum ejus prorſus ac penitus non recordari; nihil aliud conficit. Hujus etenim loci verba iſta ſunt: ובשוב רשע מרשעתו אשר עשה ויעש משפט וצדקה היא את נפשו יחיה cum quibus plane congruit vulgata reddens; *Et cum averterit ſe impius ab impietate ſua, quam operatus eſt, ET FECERIT JUDICIUM, ET JUSTITIAM, ipſe animam ſuam vivificabit.* Neque alia quidem proſert Calvinus ipſe in Prælect. 57 in Ezechiel. In

hiſ

dum quidem manere, II. Quædam peccata genere ſuo venialia eſſe, nec eodem, quo mortalia, æterno ſupplicio punienda (1). Jam vero cum quis hinc decedit vel culpis venialibus inquinatus (2), vel temporalis pœnæ debito non ſoluto (3), neceſſe et procul dubio eſt poſt hanc vitam

His porro non mera jam impii reſipiſcentia indicitur, quaſi e ſuppoſitis e Calvino verbis [illegible], ſed [illegible] quidem operam exercent [illegible] quo [illegible] *Porem ſunt*, inquit *[illegible]*, *& [illegible] operuerit* [illegible]. Non [illegible] reſipiſcentiam impius vivturus [illegible], ſed quod *in ipſo [illegible] ſua, quam [illegible] eſt*, [illegible]. *Verſ.* 30. *Convertimini & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus veſtris, & non erit vobis in ruinam iniquitas.* Ad hæc c. p. XX. 43. *Et recordabimini viarum veſtrarum, & omnium ſcelerum veſtrorum, quibus polluti eſtis in eis, & diſplicebitis vobis in conſpectu veſtro in omnibus malitiis veſtris quas feciſtis &c.* Explicatius quidem *Joel* II. *Dicit Dominus: Convertimini ad me in toto corde veſtro, in jejunio, & in fletu, & in planctu, &c.* Quæ profecto, aliaque cujuſcemodi jam ſuperius allegavimus aperte pro hac palamque faciunt, quam temere Adverſarii Verbi Dei auctoritatem aut plane, & opponant, perinde atque in eo omne poſitum, ut impius ab impietate ſua recedat, quo inquinatum ejus pœnitus aboleatur. Neceſſum id ſane eſt, ſed oportet quidem ut de commiſſis ſceleribus doleat, ut digne pœnitentiæ opera faciat, quibus placare & expiare Deum pergat, eliamſque et offenſionem obliteret; alioquin Deus a [illegible] exigenda de ipſis pœnis non abſtinebit.

(1) pag. 281. num XXXIII.

(2) Culpa quidem non dimiſſa, nec pœna remittitur. Non eſt autem probabile, ut obſervat S. Thomas „ quod aliquis in charitate exiſtens, & „ cognoſcens ſibi mortem imminere non moveatur motu charitatis, & „ in Deum & contra omnia peccata quæ fecit, etiam venialia. Et hoc „ ſufficit ad remiſſionem venialium quantum ad culpam, & fortaſſe „ etiam quantum ad pœnam, ſi ſit fervida dilectio. Poteſt autem contingere, quod aliquis poſtquam veniale peccatum commiſit, nihil actualiter cogitet de peccato vel dimittendo, vel recordando: ſed cogitat „ forte quod triangulus habet tres angulos æquales duobus rectis, & in „ hac cogitatione obdormiat, & moriatur. Hujuſcemodi autem hominibus manifeſtum eſt quod in hac vita peccata venialia non dimittuntur. Non poteſt autem dici ut dicunt, quod ſi non peniteat actu, vel „ propoſito in generali, vel ſpeciali, quod ſit verſum in mortale propter „ hoc, quod veniale ſit mortale dum placet; quia non qualibet placentia veniale fit peccatum mortale, alias omne veniale eſſet mortale, „ quia quodlibet veniale placet, cum ſit voluntarium. Vid. D. Thom. in 4. ſent. diſt. 21. qu. 1. art. 3. qu. 1. Et qu. 7. de malo art. 11.

(3) Merum profecto Græcorum effugium eſt: Patet ut demonſtravimus, aliquem

ex

vitam elui, debitique diſſolutionem explere (1). Nam in cœleſtem Jeruſalem non intrabit aliquod coinquinatum (2): Neque vero æternum excludendus ab ipſa eſt ille qui noxas haud perpetravit dignas æterna pœna; uti nec ille qui æternæ pœnæ relaxationem jam conſecutus, temporalis debitor tantum ſit. Quemadmodum autem Dei juſtitiam decet, ut non plus quam debeant homines pœnarum depoſcat; ita id, cujus debitores remaneant exigere par quidem eſt. Quoties enim (exemplo utamur, quod infrequens non eſt) duo ex hac vita diſcedunt, quorum alter

ſ ſ plene

ex hac vita diſcedere, priuſquam temporalem pœnam exſolverit (In Anti-Bec controv. 8. ſeſſ 3 num [illegible]) Oſtendimus, dimiſſa æterna pœna, temporalem ſæpenumero non dimitti. Anne vero qui iſtam debeant, quamdiu ei obnoxii ſint, immunes a morte ſunt? Nunquid in hoc morbi, enſes, tela, haſtæ, tormenta bellica, fulgura nihil jam polleant? Anne vel naturalis rerum ordo invertendus eſt, ne illorum hypotheſibus incommodum afferatur? Piget in tam futilibus diutius immorari.

(1) Huic rei non ita reſtagatur Beauſobrius hæc ſcribere in Hiſt. Manich. l. 9. c. 5. n. 6. „La neceſſité de la purification des Ames avant „qu'd'être reçues dans le Ciel eſt un ſentiment, qui ne fait point de „deshonneur à la raiſon, quoi qu'il ſoit conforme à l'Ecriture„. Qui vero [illegible] confeſſus Animarum purificationem antequam admittantur in Cœlum, ſuſtentatur [illegible] quam nuſquam invenire, quæ Scriptura conſentanea viſa eſt. Recte hoc vero. Quod, ut rationi atque conſentaneum, Ethnici etiam paſſim tradidere. V. Plato in Gorgia & Phædone. Cicero in fine lib. de ſomnio Scip. Claudianus lib. 2. in Ruff. Clemens Alex. in lib. 5 Strom. de Epiluſio: Hæc quoque novit, inquit, et qui ex barbaris eſt [illegible] Platoſo hic, animæ quæ ſit per ignem expurgationem eorum qui male vixerunt, quam ἐκπύρωσιν [illegible] Stoici poſtea vocaverunt.

(2) Apoc xxi 27 Epiſ. v. 27

Quomodo autem venialia quoad culpam in purgatorio remittantur docet S. Thom. in lauſ. qu. 7 de Malo art. 11, ubi ad 9. „Quantum „ad culpam, inquit, non remittitur per pœnam, neque ſecundum „quod actu ſuſtinetur, quia non eſt meritoria, neque ſecundum quod „recogitatur. Non enim eſſet motus abſtergens [illegible] deteſtatur „peccatum veniale propter pœnam, ſed magis eſſet motus timoris ſervilis

plene pœnitentiam egerit de peccatis, alter eam duntaxat inceperit: Si uterque ad gloriam ſtatim pariter admittantur, melior erit negligentium, quam diligentium ſeduloruraque conditio. Quod cum a ratione alienum ſit, penituſque oppoſitum Verbo Dei ſegnitiem & pigritiam increpante paſſim & condemnante; tum nemo non videt, quantum id Dei quidem juſtitiam dedeceat; cujus quum ſic reddere unicuique ſecundum opera ejus, ambigendum nequicquam eſt, quin ab illo, qui dignam in hoc ſeculo pœnitentiam non peregit, qui pœnam illam non dedit, quam ei Deus, ut juſtitiæ locum ſineret, non condonavit, ambigendum non eſt, inquam, quin pœnam illam ab ipſo repetat in futuro. Niſi igitur juſtitiam a Deo abjudicare, Deique Verbo palam repugnare quis velit, fatendum profecto eſt, ejuſcemodi poſt hanc vitam ſtatum dari, quo, & delictorum quorundam deletio fiat, & qui debeant, patiendo exſolvant quod debeant.

„ vita vel naturali. Remittitur ergo in purgatorio veniale, quantum „ ad culpam virtute gratiæ non ſolum ſecundum quod eſt in ſtatu, „ quæ ſic competit veniale peccatum; ſed prius [illegible] actum [illegible] „ [illegible] detiſtentiæ veniale peccatum.

Dubitandum porro non eſt, quin etiam in Purgatorium deletæ ſtatum ſuum, [illegible] qui [illegible] ad [illegible] ſunt, cognoſcentis in Dei [illegible] (cum [illegible], quæque fervent) [illegible], [illegible] que [illegible] omnium [illegible] quæ Deum [illegible], ipſoſque ab [illegible] retardant. Quocirca, ut ait idem S. D. in e laudato art. „ Venialia dimittuntur eis, poſt hanc vitam, etiam quantum ad culpam, „ eo modo quo remittuntur in hac vita, ſcilicet per actum charitatis „ in Deum repugnantem venialibus in hac vita commiſſis „. Quia tamen poſt hanc vitam non eſt ſtatus merendi, ille dilectionis motus „ in eis tollit quidem impedimentum venialis culpæ, non tamen meretur abſolutionem vel diminutionem pœnæ, ſicut in hac vita „.

beant. Poſſumus & in rem hanc Parabolam illam laudare, qua uſus eſt Chriſtus *Luca* XII. 58, 59 (✠) *Cum autem vadis cum adverſario tuo ad principem*, inquit, *in via da operam liberari ab illo, ne forte trahat te ad judicem, & judex tradat te exactori, & exactor mittat te in carcerem. Dico tibi, non exies inde, donec etiam noviſſimum minutum reddas* (1). Poſ-

 ſumus

(✠) Vide ſis etiam in *Matth*. v. 25, 26.

(1) Ad literam prorſus hic eſſe [illegible] conſentiunt etiam Jo. Lightfoot in *Hor. Hebr. & Talm. in Matth.* V. Hugo Grotius, multique Proteſtantium. In [illegible] ad hunc locum quamquidem id ſat e [illegible] ex verbis illis, Non exies inde donec etiam noviſſimum, nempe ultimum Minutum reddas.

Pro Minuto in ſimili Parabole apud Matthæum habetur *Quadrans*: quod perinde eſt ac Chriſti ſcriptum, quum tum per Minutum, quum per Quadrantem, [illegible] pretii numerulus exiguus deſignetur. Quadrans quippe [illegible] erat apud Romanos, & Minutum græce [illegible] ab Hebræis appellatum פרוטה, infimum erat numiſmatum hebræorum dimidium Quadrantis valens. *Marc.* XII. 42. *Gemara Kiddushin* [illegible]

[illegible] hoc in loco non eo tendit ut auditores informet quemadmodum in litibus agendum ſit [illegible] hoc in re ſe [illegible] conſueverunt. Nam usque [illegible] (*Matth.* XXIII. 26) *Phariſæe cæce munda prius quod intus eſt calicis & paropſidis, ut fiat id quod deforis eſt mundum*, [illegible] quomodo lavandæ eſſent [illegible] quidem [illegible] ſed [illegible] medium adduxit, ut inde [illegible] emundare [illegible] neceſſum eſſet [illegible] Turn vero (v. [illegible]) [illegible] ipſi judicarent quid juſtum [illegible] Nam [illegible] qui reſtem habet [illegible] tempore [illegible] placendum [illegible] componere dum licet; dum integrum vobis eſt, ecri-

[illegible] *Leges* [illegible] *De* [illegible]

ſumus & alia plura admodum conſona ex vetere novoque Inſtrumento proferre . Sed talia jam protulimus , e quibus is Defunctorum plane ſtatus, alius utique a Beatorum , aliuſque ab æternum

conditioneſque favorabiles aſſeruntur ? Ut namque in judicio ubi ſummo jure agitur eos , qui obaerati deprehenduntur detineri ad carcerem , nec inde emitti nisi donec æs alienum plane diſſolverint , haud aliter quiſquis debitis implicatus deceſſerit , Tribunali ſiſtetur Dei ſeveri jam Judicis perſonam gerentis ac munus ; proque ratione debiti tradetur carceri , e quo non prius exibit quam ultima quædam fuerit debiti portiuncula diſſoluta.

Non latet equidem opinatos quoſdam eſſe ſermonem hunc loco non de temporalis pœnæ indicari , ſed de æterna ; quo circa eodem ſenſu dictionem illam donec accipiendam eſſe arbitrantur , qua uſurpatur *Matth. c. 1. Non cognoſcebat eam donec peperit filium ſuum. Pſalm. cix. Sede a dextris meis donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum* . Quemadmodum ergo inferre non licet , ergo poſtquam Maria peperit , cognovit eam Joſeph , ergo poſtquam poſuerit inimicos ſuos ſcabellum pedum ſuorum , non ſedebit a dextris Dei , ita quum dicitur , non exies inde , donec reddas ultimum Quadrantem , vel Minutum , non ſignificatur inde illo tempore exiturum ; quum ſemper ſolvet noviſſimum Quadrantem , inquiunt , dum ſempiterne luet pœnas peccatorum . V. Natal. Alex. in *Hiſt. Eccl. Diſſert. 45 prop. 2 ſect. 5* ubi & laudet S. Aug. *lib. 2 de Serm. Domini in monte c. 22.*

Sed enim præſtet, ut pro vero loci hujus ſenſu alterum , quem propoſuimus , habeamus , quo ſcilicet intelligimus , Chriſtum Jeſum de tali quidem genere debitorum locutum eſſe, quibus eandem aliquando finis ſolutionis futurus ſit. Neque ſane allata exempla movere nos debent , ut probat Cl. Bellarminus *l. 1 de Purg. c. 7.* Nam cum dicitur *Non cognoſcebat eam donec peperit* , non licet quidem inferre ergo poſtea cognovit eam , ſed inferre tamen licet , ergo illa aliquando peperit . Similiter cum dicitur *Sede a dextris meis donec ponam &c* recte inferimus ergo aliquando ponentur inimici Chriſti ſub pedibus ejus: alioqui illud *donec* inepte diceretur ; Ita & cum dicitur *non exies donec etiam ultimum Minutum reddas* , inferimus recte , ergo aliquis aliquando Minutum ultimum ſolvet , & conſequenter exibit inde.

Atque ad probandum ſenſum hunc magis adducor animadvertens Chriſtum non mere dixiſſe , *donec ultimum Minutum reddas* , *ſed donec ETIAM ultimum Minutum reddas* [illegible] . Hac autem loquendi ratio ſupponit profecto quoddam in eo ſtatu eſſe , quo illa jam in carcere illo Minuta perſolverint ; quibus tamen quam ſeveriſſime ſibi res agatur , exeundi facultas non prius erit, quam etiam ultimum Minutum reddant. Quum jam vero alia Minuta reddere potuerint , quid ni quoque & ultimum demum ſolvant , ſolutique cedant ? Quid

num condemnatorum ſtatu e Scripturarum quidem monumentis ita conſtanter evincitur, tamque luculenter hæc veritas inde prodit, ut inconſulto penitus tantæ luci nubeculas oppoſuerint Novatores (1).

XL.

Quid, quod ſenſus iſte quidem clariſſime conſonat Parabolæ hujus ſcopo & fundamento? Enimvero ſimilitudo, ut ait laudat. Bellarminus non eſt ſumpta ab homicida, vel adultero, vel proditore, qui damnantur ad mortem, vel ad perpetuos carceres, vel triremes, ſed a debitore, qui non propter crimen, ſed propter debitum pecuniarium conjicitur in carcerem donec ſolvat (Quod Romanorum quidem & Græcorum legibus obtinuiſſe compertum eſt, ut ex l. 1. C. *Qui bonis cedere poſſunt*, ex Plutarcho, & Corn. Nepote in *Cimone*, aliisque). Quum autem hujuſmodi homines egredi ſæpe ſoleant poſt aliquod tempus, cum ſi ſi ipſi aut alii pro eorum debitis ſatisfecerint; ita rotell gi nobis datur, etiam plene quomundam poſt hanc vitam conditionem eſſe, ut e carcere cui traduntur exeant quidem, ubi pro pœna peccatis eorum debita ab ipſis aliisve Deo fuerit ſatisfactum.

Parabola itaque eo plane ut propoſuimus tendit. Monet Salvator ut in hac vita componamus cum Deo quandiu remiſſio pœnæ peccatis noſtris debitæ facile impetretur, ne in alterum ſeculum differamus, in quo ſeveriſſime res egerit; & qui debent perquam moleſtiſſimo carcere tenebuntur, a quo egredientur quum plene erit perfecta ſolutio. *Hoc eſt ergo quod dicit: Non egredieris de carcere donec etiam minima peccata perſolvas.* Sic Hieronymus in Matth. V. Audiamus Ambroſium (in hunc locum) *Unuſquisque peccatum ſupra ſcripta genera conditionis eluitur, cum tantis exercitat omnes pœnas, ut commiſſi ſupplicio erroris expurget.* Ambroſiu autem Cyprianus Epiſt. 55 ad Antonianum: *Aliud eſt, inquit ad veniam ſtare, aliud ad gloriam pervenire: aliud miſſum in carcerem non exire inde, donec ſolvat noviſſimum quadrantem; aliud ſtatim fidei, & virtutis accipere mercedem: aliud pro peccatis longo dolore cruciatum emundari, & purgari diu igne; aliud peccata omnia paſſione purgaſſe.* Et ante Cyprianum quidem Tertullianus (lib. de anima c. 34., de quo jam ſupra p. 159.) *Modicum quadrantem modicum delictum mora reſurrectionis illic luendum interpretamur.* Origenes in Epiſt. ad Rom. c. V. *Quamvis promittatur ex auſura eſſe quandoque de carcere, tamen deſignatur non inde exire poſſe, niſi ſolvat uſquequaque etiam noviſſimum Quadrantem.*

Qui in igitur tanderimee Scripturæ locum, illo accipimus, & proponimus ſenſu, quem vel ba, quem parabolæ ſcopus & fundamentum poſtulant, quemque priſcis Eccleſiæ ſcriptis tradidum credimus. Vid etiam Bellarm. loc laud., & adv. & Petr. de VVitenburch *De ... Eccl.* lib. 13. tract. 5.

(1) Ex iis quæ jam expendimus adverſariorum momentis, nemo non videt, uſ. mente cerrare laboret, quantum levonte in eis & in trillitatu

XL. Jam vero, ut rem denique colligamus, oſtendimus Purgatorii doctrinam non novum inventum eſſe, non [illegible] ſi. [illegible], ut putide calumniantur Novatores, qui in deferenda doctrina hac deſperati illius Aerii hæretici IV ſeculi ſectatores ſunt. Oſtendimus doctrinam hanc firmiſſimo Traditionis momento innixam atque firmatam; cujus ea vis eſt, ut ei refragari nequeant adverſarii, quin contra ipſum Dei verbum, & ſecum met quidem miſere turpiterque depugnent; ac de ea recte oppido ſcripſerit Auguſtinus *lib.* 1. contra Creſcon. *c.* 33. „ Quamvis hujus rei certe „ de ſcripturis canonicis non proferatur exemplum, „ earundem tamen ſcripturarum etiam hac in re „ a nobis tenetur veritas, cum hoc facimus, quod „ uni-

(b) ſi. Atque haud alıter nobis eſſet, ubi ſingulas quaſque eorum [illegible] perſequeremur, ſed [illegible], atque operæ pretium eſt ad incudem ea omnia revocare quæ dudum jam pleneque refutata apud Theologos quoslibet paſſim inveniat. Talia porro [illegible] [illegible] dignandaque [illegible], a quibus [illegible] quivis ſualla [illegible] quam [illegible] diſcrimen ſic [illegible] cauſa noſtræ [illegible] ſunda- mentis, & illa quæ pro eorum cauſa proferunt adverſarii. Nos porro [illegible] quod cauſam noſtram tam [illegible] ac legitima poſſeſſione jure defendimus, cum quidem tuemur clariſſima & conſtantiſſima Scripturarum documenta undequaque communiti. Illi a Sacris Litteris, quibus adhærere fideliſſime [illegible], teſtimonia quædam arripiunt, ſed quæ vel ad rem non ſunt, vel depravata, detorta ad ſenſus adeo præpoſteros ac repugnantes, ut ſi eos admittas, non ſic contra doctrinam noſtram, ut adverſum Scrip. Sacram pugnet, Verbique Dei authoritas [illegible] [illegible] ſit. Talia nihilominus [illegible] [illegible], e poſſeſſione noſtra nos dejicere ac deturbare contendunt; a [illegible] noſtra eſſe, vendicare non verentur. Et, ſi hoc parum ſit, dicteria, convitia, contumelias adjungunt. Annon vero ejuſmodi hominis ſuiſſe potius exiſtimanda, quam ſerio diſſerentes arbitraris? Quin & quosdam etiam invenias [illegible], qui non alia quidem congerunt quam quæ a nullis pridem convulſa ſuſque- [illegible] & quamquam nihil habeant quod reſpondeant, nihil ſane ad mo- menta

„ univerſæ jam placuit Eccleſiæ, quam ipſarum
„ Scripturarum commendat authoritas „. Sed & oſtendimus, doctrinam eandem cum Scripturarum quidem documentis ita mirifice conſonare, ut niſi Verbi Dei authoritas peſſundetur, ab ea reſilire neutiquam poſſint. Quamobrem agentes de laudatis Chriſti D. verbis *Matth.* XII. 32 *Qui dixerit (verbum) contra Spiritum Sanctum, non remittetur ei neque in hoc ſeculo, neque in futuro*; quum ex verbis ipſis, uti vidimus, liquido fluat Purgatorii doctrina: quum eadem

menta [illegible]; pro eorum tamen placito pronuntiare ac definire, catholicumque dogma maledictis [illegible] quidem pergunt. — Exempli cauſa

Joannes Harpprecht *in 4. lib. Inſtitut. Jus. Civ. tit. de obligat.* [illegible] *dictis aſſeratur* num. 20 hæc habet: Sane quod *Gloſſ. & vulgo DD. Pro[illegible] traduat, baculo* [illegible] *animas defunctorum liberata, id perridiculum & abſurdum eſt.* Suam is cauſam dicat: *Si etenim liberanda eſſent defunctorum animæ* [illegible], *vel purgatorio, quid Pontifici* [illegible], *liberari debeant. Atqui ex inferno liberari nequeunt: ſi* [illegible] *eſt* [illegible] *redemptio.* Bene hæc habet [illegible] *anima in purgatorio?* Quare id vero? quia *illud nihil aliud eſt, niſi* [illegible] *Pontificiorum figmentum, & ſtudio Satanæ in Eccleſiam* [illegible] *quod non tantum* [illegible] *in Sacris Litteris ſolidum habet fundamentum* [illegible] quibus [illegible] attribuit, quibus machinæ purgatorii doctrina conſuſſe, & ſolido fundamento deſtitutæ, [illegible] *Scriptura teſtimonio* [illegible]. Hinc audiamus [illegible] *Scriptura duorum duntaxat ordinum, ſive ſtatuum hominum* [illegible] *vitam* [illegible], *vita ſcilicet beata, & inferni Daniel.* c. 12. v. 2. *Joan.* c. 5. v. 24. Vitæ ſcilicet æternum beatæ, & inferni [illegible] æternum duratur, nemo utique [illegible] dubitat. *Ita* [illegible] *in duo ſolummodo genera dividit, credentium videlicet, & non credentium*, *Joan.* c. 3. v. 18. *Marci* 16. v. 16. Hoc [illegible] *Dei* [illegible] *aſſerit, quod* [illegible] *anima poſt* [illegible] *vitam beatam, & æternam* [illegible] *lib.* 1. *Samuel* c. 15. v. 19. [illegible] *Dei a laboribus* [illegible] *cum Chriſto* [illegible] *perfruantur Luc.* c. 16. v. 22. *Apoc.* c. 14. v. 13. *Philip.* c. 1. v. 23. Hoc [illegible] verum eſt de credentibus perfectis [illegible] quibus ibi agitur, qui in hac vita multa [illegible] quicquid debuerint expiarunt. *De incredulis autem* [illegible] *quod* [illegible] *in infernum* [illegible] *Pſalm.* 49. v. 15. & *Pſalm.* 55. v. 16. *ubi a morte ſecunda depaſcantur, a* [illegible] *redantur, & ab igne inextinguibili* [illegible] [illegible]

cia ſtiat

eadem ſic olim interpretatos viderimus S. Auguſtinum, S. Gregorium M. alioſque ibi laudatos: quum agatur de doctrina aliis Scripturarum documentis tantopere conſentanea: Quum accedat quoque laudata Eccleſiarum praxis atque Traditio; quid ni ea ſic intelligere, & explicare pergamus? Profecto *ſi* in Civilibus *de interpretatione legis quæratur, in primis inſpiciendum eſt, quo jure civitas retro in ejuſmodi caſibus uſa fuit. Optima enim eſt legum interpres conſuetudo l. ſi de 36. D. De legibus.* Quod ſi in Civilibus id obtinere non dubitant; quid ni idem ſibi vindicet antiquiſſima & conſtantiſſima praxis Eccleſiæ; cum qua

elatibus excitantur Eſai c. 66. v. 25 Marci c. 9. v. 44. Optime hæc ubi qua *credere enim oportet accedentem ad Deum &c. Hebr. 11. 6.* Perge jam vero atque concludit, *Cum igitur defunctorum animæ liberari ne inferno nequeant, purgatorium vero, ex quo illarum liberatio fiat, ſit fabuloſum, & merum commentum.* Commentum? Pape! Undenam colligit? Fundamenta quibus innititur, reliqua ſordidum ne attigit quidem. Sed ejus ſit pronunciare quod *ſit fabuloſum, & merum commentum.* Heus queſo, eoque ejus dicta moveantur?

Hæc ille fucum orbi chriſtiano fundens, in mentem mihi revocat Ariſtoxenum. Sonis delectatus cantibus, animum ex homine ſuſtulit, nec aliud in nobis eſſe ratus eſt, quam harmoniam quandam ex convenienti membrorum ſitu & figura prodeuntem. De ipſo autem Tullius *Tuſcul. lib. 1. Hic quidem quamvis eruditus ſit, ſicut eſt, hæc magiſtro concedat Ariſtoteli: canere ipſe doceat.* Ita ſane & Hupprechtius, quo Theologum ſuum, quandoquidem horum rerum gnarus non eſt, Theologiæ tractandæ concedat: Civile jus ipſe doceat. *Bene enim illo Græcorum proverbio præcipitur.*

Quam quiſque norit artem in hac ſe exerceat
ἔρδοι τις ἣν ἕκαστος εἰδείη τέχνην. Ariſtoph. in Veſpis.

Ad Sabathierum autem, & illos denique ſe conſtituam, qui Purgatorium exiſtere eo negant, quod poſt univerſale judicii diem, Purgatorium nullum futurum certum ſit. Qui etenim illis temporibus morientur, haud purgabuntur, inquiunt: brevis enim mora ait luitur multorum meritum atque retributum. Quum itaque ex his conſtet, abſque purgatione non tranſigi poſſe, communem iam inde infernum purgatorium neceſſarium hoc item tempore judicii diem antecedente.

Sed

qua Chriſtus Dominus uſque ad conſummationem ſeculi futurum ſe dixit. Quare de interpretatione Divinæ Legis, ac laudati quidem apud Matthæum Textus agentes; cujus verba præ ſe ferunt aliquod remitti poſſe peccatum in futuro ſeculo, ex quo etiam Purgatorii doctrina conſequitur: de illius interpretatione, inquam, agentes, quum pro eadem Purgatorii doctrina ſtet etiam Eccleſiæ ritus, & conſuetudo, qua tota retro antiquitate uſa eſt; non ab re igitur ex ejuſcemodi Textu Purgatorii exiſtentia ac veritas a noſtris infertur. Quod aſſumpſeram demonſtrandum.

XLI. Sed enim, ſi quoſdam audias, quicquid hactenus ad hujuſce Textus explicationem præſtitum a nobis eſt, ἀπροσδιόνυσον id, alienumque eſt. Ut ut ſcilicet veri ſpeciem hæc habeant, ea tamen haud ſunt, inquiunt, quibus acu tacta ſit

t t res,

Sed ne hæc quidem Purgatorii doctrinam ulſatenus quetioni. Quum enim ſciamus, ut recte ejunt VValenburchenſe, nihil coinquinatum venturum ad Cælum, etiam ſufficienter ſcimus, Deum tunc nimium certi [illegible] quibus fideles purgentur. Audiamus porro etiam D. Thomam, [illegible] de his plane quidem egit, & rem jam olim diſſolvit in Quodlib. [illegible] art. 14. ad 4. „ Illi qui in fine Mundi vivi reperientur [illegible] [illegible] tribulationibus purgari. Poterit etiam [illegible] et acerbitas [illegible] temporis [illegible] diuturnitatem [illegible] in aliis „. Præclare & equidem! Quot enim quantaque Fideles illo tempore [illegible] · Scimus quam dira, quam ſæva ſub [illegible] Eccleſiæ perſecutoribus paſſi ſint. quam longe vero atrociora ſub Antichriſto truculentiſſime illius perſecutionis tempore ferenda erunt. Nec [illegible] adverſus [illegible] corporum tortores, quem adverſus [illegible] & pſeudoprophetas tolerantia, conſtantia. Similiter requiritur. Dabunt enim hi ſigna & portenta ad ſeducendos, ſi fieri poteſt, etiam electos. Marci XIII. 22. Qui autem perſeveraverit uſque in finem, hic ſalvus erit. Matth XXIV. 13. Qua ratione (nec noſtris ſed Danielis utemur verbis de his plane loquentis XII. 10.) eligentur, ac dealbabuntur, & quaſi igni probabuntur multi. Ac de his hactenus.

res. Exploranda; percipiendaque fuerat Judæorum loquendi ratio, atque doctrina, a qua opportunum prodiret lumen ad horum verborum ſenſum uti par eſt cernandum, explicandumque. Quam prudenter id vero ſciteque ab Hackſpanio factum videmus! Egregie is in Judaicorum Codicum lectione verſatus, ſermone gentis conſulto talem loquandi rationem qua Chriſtus Dominus uſus eſt, cujuſque ſignificatus inquiritur, phraſin Rabbinicam eſſe didicit; eamque longe nimis abeſſe a ſenſu illo qui ei tribuitur a Pontificiis. Penes Judæos videlicet, aliquid *non remitti neque in hoc ſeculo, neque in futuro*, haud aliud ſignificat, ut ipſe probavit (1), quam *nunquam remiſſum iri*. Et ſane quo unquam pacto illi per iſtiuſmodi verba, quicquid ipſa prima fronte ſonent notare aliquam velint peccatorum relaxationem in altero ſeculo, ſi hanc non norunt? ſi diſerte teſtantur nullam eſſe peccati expiationem poſt mortem? Quamobrem, quum uſu iſtæc metiri debeamus; uſus autem illam hujuſce phraſeos ſignificationem, quam Pontificii autumant, nequaquam ferat; quicquid jam ab eis hac in re contexatur, etſi veri ſpeciem habere queat a vero tamen abeſſe neceſſe eſt.

Sic illi: ac ejuſcemodi plane virum diſceptantem cum ipſis habent, qui argumenta e Judaica literatura petita æſtimanda quidem ducit; multaque bonæ frugi in Rabbinorum Codicibus reperi-

ri,

(1) Ipſius Hackſpanii verba ac momenta ſuperius V. *pag.* 121 *& ſeqq.*

ſi, eaque proferenda opportuneque adhibenda con-ſentit (1). Sano autem judicio, atque delectu opus eſſe in excipiendis eorum doctrinis, lubentes nobis quidem dabunt adverſarii, quorum in ore frequens eſt illud Apoſtoli monitum (2) *Omnia probate, quod bonum eſt tenete*. Quapropter alia quidem habenda ratio eſt eorum quæ contra legem Dei, & quæ pertinacibus animis Chriſti adventum, & doctrinam evangelicam averſantes effutiunt; alia eorum, in quibus ut veteris, communiſque Traditionis teſtes citentur. Et hæc quidem æqua eſſe lance penſitanda concedent: quot ſiquidem ſomniant, atque comminiſcuntur, quæ, ut apud imperitum credulumque ipſorum vulgus auctoritatem nanciſcantur ac fidem, tradita illa a Majoribus dictitant. Itaque perpendendum & quoto numero, & quinam ſint doctrinarum auctores, poſterioris ne, an ſuperioris ætatis: quippe quod a Veteribus Recentiores interdum receſſiſſe in comperto ſit; ut Invocatio Sanctorum a primis ſervata, ac tradita (3), a poſterioribus contempta & repudiata eſt (4). Ubi porro de re a vetuſtis illorum doctoribus tractata ſermo ſit, videndum quoque, an diviſi forte, uti ſæpe, inter ſe ſint: tunc etenim multa indagine, multoque examine opus eſt; nec

t t 2 facile

(1) Quemadmodum hac de re ſentiamus, diximus pag. 9. 100, 101. V. & n. XXXVIII. pag. 157 & ſeqq.
(2) I. *Theſſal.* v. 21.
(3) V. pag. 104. & ſeqq.
(4) V. quæ ad quintum *Ikarim*; ſive *articulorum* Judaicæ fidei Rabbi Joſeph Albo, aliique paſſim docent.

facile alterutra pro vetere ſententia a Majoribus tradita reputanda . Quod ſi aliqua doctrina antiquitus tradita nemine repugnante ; multoque magis , ſi concorditer quovis tempore & loco tradita , credita deprehendatur , talis jam procul dubio ut vetus ex Traditione Majorum derivata habenda erit . Expendamus jam vero cujuſcemodi in reſpuenda Purgatorii doctrina Judæorum Traditio , atque conſenſio ſit , & quale hinc argumento Hackſpanii robur accedat : rem porro expediamus , ſitque .

PROPOSITIO ALTERA.

Vetus, jugis, & conſtans Iudæorum Traditio Purgatorii doctrinæ apertiſſime ſuffragatur, non refragatur.

XLII. PRior Propoſitionis pars conſtabit equidem, ſi demonſtremus. I. Eos præter ſtatum Beatorum in ſinu Abrahæ, in Paradiſo eden gaudentium, & ſtatum impiorum perpetuo damnatorum, Tertium quoque inter hos medium conſtantiſſime tradidiſſe illorum Fidelium, qui, quum in hac vita Deo ſatis non fecerint, diemque poſtremum obierint anteqnam defæcati ad plenum eſſent, non æterna, ſed temporaria pœna in altero ſeculo exerceantur, donec rite expiati ac puri ad Sanctorum locum & gaudium demigrent. II. Ac magis quidem magiſque doctrinæ illorum cum noſtra conſenſus patebit, ſi & id videamus eorum animis inſediſſe, precibus nempe, ſacrificiis, aliiſque piis viventium officiis impetrari poſſe a Deo, ut pœna iis debita minuatur, citiuſque ad felicitatis ſtatum pertingant.

§. I.

De ejuſcemodi medio Defunctorum ſtatu ex Judæorum doctrina dicturus mirari ſatis nequeo, ut principio quidem ſignificavi, quemadmodum Hackſpanius,

ſpanius, vir in Judaicis adeo præſtans, qui ignorare non poterat quid de illo paſſim ſcriptant Rabbini, diſſimulare id tamen auſerit; ac, velut alio res iſta pertineat, prætereundam decreverit „ Nam „ .... de *Intermediis*, quid ſentiant, alibi, inquit* „ oſtenditur „. Ecquis, obſecro, id unquam ferat, ut in cauſæ alicujus diſcuſſione id quod potiſſimum in ea eſt, & in quo totius quæſtionis cardo convertitur, prætermittatur? Hoc ne, quæſo, eſt ſincerum illud veritatis inquirendæ, aperiendæque ſtudium, quo teneri atque flagrare tantopere gloriantur? Sed jam qualia Judæi doceant, referamus.

XLIII. In Talmud. ad *c. 1. nu. 2. Roſch haſchanah* תניא בש' אומרים ג' כתות הן ליום הדין אחת של צדיקים גמורים ואחת של רשעים גמורים ואחת של בינונים: צדיקים גמורים נכתבין ונחתמין לאלתר לחיי עולם: רשעים גמורים נכתבין ונחתמין לאלתר לגהינם שנאמר ורבים מישני אדמת עפר יקיצו אלה לחיי עולם ואלה לחרפות לדראון עולם: בינונים יורדין לגהינם ומצפצפין ועולין שנאמר והבאתי את השלישית באש וצרפתים כצרף את הכסף ובחנתים כבחון את הזהב ... ועליהם אמרה חנה ה' ממית ומחיה מוריד שאול ויעל „ Traditio eſt. Ait Schola Schammai: Tres erant claſ„ ſes

(*) V. ſuperius pag. 223.

„ ſes in die judicii (1); una perfecta juſtorum ; „ altera prorſus impiorum, tertia mediorum. Perfecte juſti illico inſcribuntur, obſignanturque „ ad vitam futuri ſeculi. Prorſus impii ſtatim inſcribuntur obſignanturq; ad gehennam juxta illud (*Dan.* XII. 2.) *Et multi e dormientibus in terræ pulvere, expergiſcentur: alii ad vitam æternam, alii ad opprobrium & contemptum æternum*. Medii deſcendunt in gehennam, & ejulant, & aſcendunt ſecundum „ illud (*Zachar.* XIII. 9.) *Et inducam tertiam partem in ignem, & purgabo eos, ſicut purgatur argentum, & probabo eos, ut probatur aurum....* Et de his quidem „ (1. R. II. 6.) *Ecce Dominus mortificat, & vivificat: deſcendere facit ad inferos, & aſcendere facit* „. Eandem diviſionem eiſdem pene verbis tradit Rabbi Alphesi ad hunc locum, & Rabbi Niſim ejus Scholiaſtes „ Tres claſſes inquit, ſiſtentur in judicio : „ una perfecte juſtorum, qui virtutum meritis „ abundant : altera perfecte impiorum, qui in „ peccatis excellunt; & Tertia Mediorum, pars ad „ partem. Hi deſcendunt in gehennam, ejulantur, gemunt, & flent præ magnitudine pœnæ, „ certo tamen tempore poſtea aſcendunt (2) „ Ac

ne

(1) Sermo ibi quidem fit de judicio illo, quod in principio anni a Deo fieri ajunt Judæi, de quo V. Buxtorph. in *Synag. Jud.* c. 18. Interea vero ex veteribus hac eorum Traditione panditur quid tum quidem ſentirent hominibus evenire poſt mortem.

(2) שלוש כתות ליום הדין אחת של צדיקים גמורים דאית להו רובא זכיות ; ואחת של רשעים

ne eadem multoties repetamus, videantur conſona his in *Toſaphoth ad c. 4. Baba Metziah*, in *Bachye* ad *Deuter.* XXXIII., in *Scem Tob tract. 5. de Panit.*, in *Jalkut* ad *Zachar.* XIII. 9., ubi additur, Medios ad ſummum per duodecim menſes in gehennæ tormentis verſari (1); quod & paſſim ab aliis docetur.

Jam vero ſi illud excipias, quod multa peccata, quæ mortalia ſunt, venialia eſſe arbitrantur (2); tum quod ajunt, non ultra XII. menſes Purgatorii pœnam trahi, quod è Scripturis equidem non evincunt; ceterum idem ab ipſis traditum certias, quod a noſtris docetur. Atque ipſa eadem plane diviſio eſt, quæ a PP. Concilii Florentini Græcis conſentientibus traditur. Nempe *ſeſſ.* 25. diſerta ponitur. I *quod Iuſtorum animæ perfectam in Cælis coronam adeptæ ſunt* ὅτι αἱ ψυχαὶ τῶν δικαίων τέλειον ἀπέλαβον

(1) רשעים גמורים רובת עונוא : ואחת של בינוני מחצה על מחצה : אילו יורדין לגיהנם מצפצפים צועקין ובוכין מיסוריהן שעה אחת ועולין· ובינונים לכל היותר דינו שנים עשר חודש

(2) Vide ſi quæ de pœna tranſgreſſoribus Iſraelis tradunt Talmudici ad locum citatum *Roſch haſſ̈ana*, & ad c. 4. *Baba Metziah*, tum etiam *Midraſch hanneelam* ad *Geneſ.* XVIII. 2 Aliique. Si namque excipias Iſraelitas illos qui non receperunt pactum circumciſionis, qui diſcedunt ab Eccleſiæ viis, Sabbatum non cuſtodiunt, qui mortuorum reſurrectionem negant, qui præſentibus multis proximum ſuum expalleſcere faciunt, qui perſecrationi, multoſque ad peccandum ſollicitant, Idolorum cultores, Hæreticos, Traditores, Epicuræos (de quibus V. Miſchna, Sanhedrin c. 11. & Talm. ad cit. loc. *Roſch haſſchana*) Si hos, inquam, excipias, ceteros qui alia peccent, non æternam pœnam ſubituros, ſed temporalem expiari poſſe confidunt. Sed hic eorum error cum Purgatorii doctrina non pugnat.

τὸν ςέφανον ἐν οὐρανοῖς II. *quod omnes Peccatorum perſeſtas luunt pœnas*, καὶ τῶν ἁμαρτωλῶν τὴν τελείαν κόλασιν. III *Media autem in loco tormentorum ſunt* αἱ δὲ μέσαι ὑπάρχουσι μὲν ἐν βασανιςηρίῳ. Rurſus deinde. τρεῖς τάξεις εἰσὶν ἐν τοῖς τεθνεῶσι, μία ἡ τῶν ἁγίων, δευτέρα ἡ τῶν ἁμαρτωλῶν, τρίτη ἡ τῶν μέσων χριςιανῶν ἁμαρτωλῶν μετανοησάντων, καὶ ἐξομολογηθέντων, καὶ μὴ τελειωσάντων τοὺς κανόνας αὐτῶν, ὑπὲρ ὧν καὶ εὐχαὶ, καὶ ἐλεημοσύναι προσφέρονται. *Tres ſunt ordines Defunctorum, Unus Sanctorum, Secundus Peccatorum, Tertius Mediorum, Chriſtianorum videlicet, qui peccaverunt, quos peccatorum pœnituit, quique confeſſionem ediderunt, pœnitentiæ autem opera non expleverunt; pro quibus etiam preces & eleemoſynæ offeruntur* (1).

XLIV. Sed manifeſtior adhuc res fiet, doctrinæque conſenſio plenior comparebit, ſi quæ de unoquoque iſtorum ordinum Judæi adſſerunt, paulo diſtinctius perſequamur. Nam perfecte Juſtos, qui illico ad felicitatem evolent, paucos eſſe, ipſi quidem conſentiunt. R. Menachem Rakanati in *Le-*

V v *vit.*

(1) Quæ quam falſa ſint, quo jure, quæſo, multi Proteſtantium, inter quos Binghamus *Orig. Eccl. lib.* 15. c. 3. n. 17 Purgatorium a Græcis improbatum ſcriptitant? Nequidnam ſibi vult iſte Mediorum ſtatus? Quid ὑπάρχουσι μὲν ἐν βασανιςηρίῳ *in tormentorum loco ſunt*? Quid? quod iisdem ſuadidere, ὡς οἱα ἐξιλεοῦσθαι, *& hoc recipimus*? Quid item? quod teſtati ſunt, *ſe ob Purgatorium haudquaquam ſeju ſibi eſſe* [illegible]. Quamobrem non erat ex nupero quorundam errore, contra quem vel ipſi quoque Græci recentiores decertant, de vetere receptiſſimaque Orientalium ſententia judicandum.

Ac ſuperiat quidem jam vidimus quemadmodum pro eis (Mediis) orent quidque petant. Vide ſis quoque Leonem Allatium *De utriuſque Eccleſiæ Occident. & Orient. perpetua in dogm. de Purgatorio conſenſione.* Jacob. Goar *Euchelog. Græc. Annot.* 3. *ad Offic. Exeq.* & Mich. Le quien Ord. Prædic. *Diſſert. Damaſc. Diſſert.* 5.

vit. XVI. 1. laudat illud R. Simeonis ben Jochai ראיתי בני עליה והם מועטים *Vidi Aſcendentes, paucos tamen illi*. V. etiam Tzeror hammor ad *Geneſ.* XXXV. 29., & Kab venaki in *Pſalm.* LXXXVIII. 49. Illi porro qui opinantur, omnibus tranſeundum eſſe per ignem, quoſdam tamen perinde ut expeditos viatores iter ſuum conficere, nihilque virium habere ignem traduut in eos qui legis præcepta accurate ſervarint. V. Abkat rokel *lib.* 2. *p.* 2, & Talmud ad *cap.* 3. *Chagiga*. Quicquid autem de opinione iſta ſit (1), ceteris jam quidem conſtitutam eſſe gehennam ajunt, *in qua pro peccatorum ratione, quæ in hoc ſeculo commiſerunt, vel multo, vel modico tempore puniuntur* ושם נידון כפי מעשיו שעשו בעולם הזה אם מעט ואם הרבה (2) *Atque alii* 12. *menſibus*; *ſunt qui* 7 *tantum*; *& ſunt qui perpetuo puniuntur* ונידון שם יב׳ חודש; ויש מי שהוא נידון שם ז׳ חדשים: ויש מי שנידון שם לעולם (3). Quamobrem bifariam diſtinguere ſolent infernum, ſeu gehennam, in *ſuperiorem* שאול למעלה, & inferiorem גיהנום תחתיות ארץ quam etiam למטה, שאול תחתיות profundiora terræ nominant (4). Indeque conciliant ea Scripturæ loca, quæ pugnantia videntur, ut illud *Job.* VII. 9. *Qui deſcenderis ad inferos, non aſcendet*,

(1) In eadem opinione fuerunt Origenes, nonnullique Veterum PP.
(2) *Pedarim*, *Orat. Quod ſeptem res ante mundum erat.*
(3) In *lib.* cui tit *Jeſod Sclarim*.
(4) De aliis uſ ini nominibus V. quæ collegerunt Raym. Martini O Prad in Pugione fid. 3 p *diſt.* 2. c 8 Bartoloccii Bibl Rabb *p.* 2. *Differt* 3 Quidam autem ex Judæis putant alibi etiam quidam; ut in *Menorato hammaor tract.* 1. *p.* 2. c 1 ex R Tanchuma paraſe a tol-doth noach a quodam Achiba traditur, ſed & hac ratione purgatorium quidem ceſſantur.

det, cum illo 1. R. II 6. *Dominus mortificat & vivificat*; *deducit ad infero & reducit*: Hic nempe infernum ſuperiorem, illic inferiorem intelligendum eſſe conſtituunt (1). Qui itaque in hunc deſcendunt, nequaquam aſcendunt; etſi in univerſali judicio & reſurrectione mortuorum ipſi quoque reſurrecturi ſint: Nam de his inquiunt ſcripſiſſe Danielem (XII 2.) quod *expergiſcentur ad opprobrium*, & *contemptum æternum*. Quocirca & vivificationem ipſam in moleſtius eorundem cruciamentum ceſſuram colligunt, dum ſcilicet non tantum anima, ſed etiam corpore in æternum jam denique torquebuntur (1); ac *gehenna potius*, inquiunt, *abſumetur*,

(1) V. *Midraſch hanneelam ad Geneſ.* XVIII, & quæ *Menachem Rakanat.* ex *Zohar* habet ad *Levit.* XXI.

(1) Diſerte ſic traditur in *Midraſch hanneelam ad Gen.* XVIII, & a R. *Bechai in Deuter.* XXXIII.

Sunt equidem qui tantus ex quibuſdam Talmudicorum locutionibus eorum mentes ex ſ maſſe, Reſurrectionem futuram quidem Juſtorum, non autem Impiorum, quorum animam putant ſimul cum corpore interire. Sed ſi eorum loquendi rationem tecum teneas, vix inveniat quem in ejuſmodi Semi Saducæorum album referas. Ipſi enim primo inter alia paſſim laudant illud *Jeſai* LXVI. 24. quod *vermis eorum non morietur*, & *ignis eorum non extinguetur*: quapropter ſi negarint ab eis dicamus impiorum reſurrectionem, non tamen inde conſequetur, ut ab eiſdem etiam animarum impiorum perennitas, æternuſve earum cruciatus denegetur. Sed neque Reſurrectionem ipſorum negant. Solet alia quippe frequentiſſime illud quidem laudant *Danielis* XII 2. quod alii *reſurgent ad vitam*, alii *ad opprobrium*, & *contemptum æternum*. Scribunt equidem ad illud *Pſalm.* I. 5. *Non reſurgent impii in judicio &c.*, quod *improbis non erit reſurrectio*, *ſed peribit anima illorum ſimul cum corpore*, cum quod *non eſt reſurrectio niſi juſtorum*. Ejuſmodi autem dicendi modi neque profecto accipiendi ſunt, ut etiam verba laud. *Pſalmi*, ubi illud *non reſurgent*, idem valet, quod *non ſubſiſtent*, & *cauſa cadent*, qua ſignificatione verbum קום quod hoc loco adhibetur, ſæpiſſime gaudet V. *Lev.* XXVI 37. *Num.* XXX. 12. *Job.* XXII. 28. Quocirca hoc non accipiendum ſic eſt, quaſi ad judicium non ſint venturi, ſed quod cauſam nequiquam obtinebunt, neque conſortium in concilio juſtorum. Reſurrectio itaque communis quidem eſt juſtis & improbis, ſed ratione effectus diverſa, nam procedit

qua

uetur, quam ipſi abſumi queant גיהנם כלה והם אינם כלים (1).

XLV. In gehenna autem ſuperiore, ad quam deſcendunt *Pii*, *qui ſapientum appellatione vocantur Iſraelitæ Tranſgreſſores, quibus eſt pars in futuro ſeculo* (2), pœna temporaria tantum eſt. Nam *hi ſunt rei gehennæ ad quoddam tempur* מחייבי דינא דגיהנם חדא שעתא (✠) Quiſque videlicet pro admiſſis peccatis, non tantum gravibus, ſed etiam levibus, proportione punitur וכפי עונש של העבירות הקלות והקשות שעשה (*) & *poſtquam pœnas debitas exſol-*

qui bona fecerunt in Reſurrectionem vitæ; qui vero mala egerunt, in Reſurrectionem judicii (Jo. V. 29.). Et quum illud bonam Reſurrectionem ad vitam, ſolorum dumtaxat ſit; hinc *ipſi proprio digni ſeculo illo, & reſurrectione ex mortuis, & filii reſurrectionis* a J. Chriſto quidem vocantur. Luc XX 35 36.

Impii ex adverſo, quum non reſurgant ad vitam beatam, ſed ad graviorem cruciatum, ideo non reſurgere in Judicio, ſed mori dicuntur. Maimonides *Halacha teſcubah* c. 9. „ Bonum quod repoſitum eſt juſtis, eſt vita futuri ſeculi, vita ſine morte, bonum ſine ulla mixtura „ mali . . . Quiſquis non habebitur dignus hac vita, iſte mortuus eſt „ . Hinc „ & ita Sapientes dixerunt, ait idem Maimonides ad *Miſchna Sanhedrin* c. 11 n. 1. Impii in vita quoque mortui vocantur, & Juſti poſt „ mortem vocantur vivi; nam ſciendum eſt tibi quod homo certe debeat „ mori, & poſt diſſolutionem illam denuo colligetur „. Qui ſunt vero colligendi, ut perpetuo torqueantur, mori quadam ratione dicuntur; quandoquidem vita in tam diris cruciatibus traducta mors eſt potius appellanda quam vita. Et non eam quidem *mortem æternam* appellare conſuevimus, in *Apocalypſi* vocatur *mors ſecunda, qui vicerit non lædetur a morte ſecunda* II. 11., & alibi ita, etiam in Targum ad *Iſaiam* XXII. 14. עד די תמותון מותא תנינא *donec moriamini morte ſecunda*. Atque in hac damnantur impii perituri & anima & corpore, non abſurdi quidem ab eo loquendi modo, quo uſus eſt Chriſtus *Matth* X. 28. *Timete eum qui poteſt & animam, & corpus perdere in gehennam.*

(1) V. Kab venaki in *Pſalm* 49. & Toſaphoth ad c. 4. Baba metziah.
(2) Menachem ſiniita in *Levit.* XVI Abkat rochel *lib.* 2. p. 2.
(✠) Talm. *Erubin*, c. 2.
(*) R. Meir ben Gabai lib. *Abodath hakkodeſch* p. 2. c. 18.

ed by Google

exſolverunt ad locum deliciarum aſcendunt אחר גמיר דינם עולים למדרגה שיש בה תענוג (1). Quapropter illa Davidis verba *Pſalm. 48. Hebr. 49. 16. Veruntamen Deus redimet animam meam de manu inferi, cum acceperit me*, ita quidem explicant, *quaſi dicat*, redimet & ſervabit me *ne eo deſcendam: atque etiamſi ob admiſſum peccatum eo venero, ipſe pro ſua miſericordia, liberabit me POST ALIQUOD TEMPUS, quoniam recipiet me ad ſe* (2). Id porro in confeſſo etiam apud ipſos reperias, quod *is, qui vel unum præceptum ſolverit, in gehenna crucietur, donec de eo uno expietur* (3). Ac neceſſarium hoc prorſus eſſe frequenter docent, ut in gehennæ igne quicumque ſordes contraxerit abluatur & expurgetur, ut ſic in faſciculo viventium colligetur (4). Quare „ ſicut anima „ ex Dei miſericordia procreatur, ita ex ejuſdem „ quo-

(1) Menachem Recanita ibidem.
(2) In Kabvenaki in hunc locum; ר׳ ל׳ שלא אבא בשאול ואף אם אבא בסבת איזה חטא שחטאתי הוא ברחמיו יפדה אותי לאחר זמן כי יקחני אצלו
(3) In Chelek ad illud *Iſai.* v. 14. ita ex Reſch Lakis conciliat adverſus Rabbi Jochanan ופירושו הפירושים למי שמשייר אפילו חוק אחד מלשמרו נידון בגיהנום עד שנכפר לו על החוק ההוא
(4) In Abkat Rochel l. c. § 4. רוח צדיק שיש בה קצת לכלוך מעון וחטא .... ונרחצות (באותה האש) ותטהר להיותה צרורה בצרור החיים

„ quoque miſericordia, ſi immunditiam contrabat depurgatur ..... cur itaque in gehennam „ quidem mittatur, & ignem ſubeat purgatorium, hæc plane intentio eſt, ut emundetur, „ ac dealbetur &c (1) „. Summa autem eſt, quicumque deliquerit „ cogetur deſcendere ad inferos, ut abſtergat & purget ſordes tranſgreſſionum, quas admiſit, donec mundetur, aſcendatque ad locum quietis ſuæ (2) „. Sic autem de tranſgreſſoribus illis, qui Deo in hac vita ſatis non fecerint, ſane quidem ſentiunt: nam ſi priuſquam decedant digna pœnitentiæ opera expleverint, a purgatoriis alterius vitæ cruciatibus immunes utique futuri ſunt; atque, ut magis, minuſve in pœnitentiæ operibus ſe ſe exercuerint, magis quidem eis minuſve in futuro ſeculo luendum patiendumque ſupererit. Quod ex iis, quæ de Davide ſcripta ſunt, perſpicuum quidem fit. Rabbi David Kimchi in illa ejus verba

(1) *Auct. Reſchith Chocmah in Tract. de Paeit. c. 3.* כיון שהנשמה נשפעת מצד החסד גמ טהרהה היא מצד החסד ואם הי׳ נטמאה .... הרי שסוף· ואפילו שתכנס בגינם והאש הוא המטהר אותה הכוונה היא שתתלבן ותטהר וכו׳

(2) *Auctor libri Kab venaki in Pſal. 88. 49.* הוצרך לבא לשאול למרק ולזקק לכליך העברות שעשה עד שתטהר והעלה אל מקום מנוחתה

ba *Pſalm.* 31. *Hebr.* 32. 4. *Quoniam die ac nocte gravata eſt ſuper me manus tua &c.* Pœnam ſibi a Deo ob maximum peccatum infligi ſciebat David, inquit, „ anxius autem erat, eſſet ne peccatum omnino „ abſterſum atque deletum in hac vita; an ne „ aliquid adhuc ei pœnarum in altero ſeculo ſu„ ſtinendum remaneret (1) „ qui tamen peccati culpam ſibi a Deo jam dimiſſam certo noverat (2). Idemque Auctor alibi ſentit Davidem in gehennam non deſcendiſſe, eo quod peccati ſui pœnas dederit in hoc mundo (3). Sed audiamus etiam R. Salom. ben R. Abraham, qui in illa *Pſalm.* 93. *Hebr.* 94. 12. *Beatus vir quem tu erudieris Domine, & de lege tua docueris eum, ut ſilere eum facias a diebus mali*, hæc babet „ *Beatus vir* „ ideſt, Bea„ ti juſti illi qui ab impiis affliguntur ..... nam „ ejuſcemodi pœnæ cauſa ſunt, ut dies eis cru„ ciatus gehennæ minuantur (4) „. Atque, ut hæc

(1) והיה דואג דוד שמא לא נגמר מרוק העון בעולם הזה ואולי יענש בו בעולם הבא

(2) Confer ea quæ diximus pag. 312.

(3) Explicans illud R. II. 13. *Non morieris* לא תמות מות רשעים שהרד נפשך בגיהנם כמשפט החוטאים אבל הענש בעולם הזה בעון הזה

(4) In Kab venaki אשרי הגבר ר"ל אשריהם הצדיקים המעונים תחת ידיכם ..... כי היסורין גורמים להשקים להם מימי דין גיהנום

hæc ſatis jam pandunt traditum ab eis quidem, atque eiſdem pene verbis ſtatum illum Defunctorum, qui hinc vel peccatorum quoad culpam jam dimiſſorum reatu, vel levibus gravari atque inquinati deceſſerint, purgari tandiu opus habent in altero ſeculo, purganturque, donec plene expiati ac mundi ad felicitatis locum traducantur; tum eos ſic utique credidiſſe eo amplius pateſcit, quo ad hæc etiam accedit, ſolemne eis quidem & receptiſſimum eſſe, atque olim etiam extitiſſe, pia ad ſublevandos, citiuſque liberandos eoſdem Defunctos officia exhibere; de quibus jam pauca ſubdamur.

§. 2.

XLVI. In Libro *Chaſidim n.* 170. או צדיק שמפני עון אין מכנסים אותו במחיצת צדיקים אז מועיל אם מתפללים או אם נותנים צדקה בשבילו „ Si juſtus propter aliquod peccatum non admittitur in locum juſtorum; tunc proſunt illi orationes, & eleemoſynæ quæ pro illo fiunt „. Quocirca in eodem Libro *n.* 45. hæc verba laudantur Barzilai Galaadit. אמות בעירי כי הנייה יש למתים שאוה בזהם תולכים על קבריהם ומבקשים לנשמתן טובה ומטיבים להם באותו עולם „ Moriar in civitate mea: id enim multum prodeſt „ mortuis, quod amici eorum accedant ad ſepulcra eorum, & pro animabus eorum miſericordiam implorent, eoſque juvent in hoc mundo„

Ubique autem apud ipſos viget, ut Filius pro Patre defuncto precem quandam, quam *Kadiſch* vocant per undecim menſes recitet (1); ac pro illis, qui ſuperſtites filios non habent, tota Synagoga Sabbaro & diebus feſtis orat. De hac oratione aliiſque id genus V. *Machazor*, ſive *Seder tephilloth micchol haſſcanah ſeries precum totius anni*. Porro id paſſim renarrant, quod in antiquiſſimo libro *Tanchuma*, *paraſc. Toledot noach* refertur, quod nempe ubi filius cujuſdam Achibæ a R. Achiba edoctus recitavit orationem ברכו את יהוה המבורך לעולם ועד *Benedicite Domino, & ſit benedictus in ſeculum*; illamet hora a purgatorii pœnis patrem ſuum liberarit, באותה שעה התירוהו מן הפורענות In officio exequiarum ורחם נא עליו אל אלהים חיים ומלך עולם כי עמך מקור חיים וכו׳ „ Miſerere quæſumus ſuper eum Deus, Deus vitæ, & Rex æternitatis: Fons enim vitæ tecum eſt &c. Multaque hujus generis juxta ſepulcrum precantur. Et verſus finem precis, quæ incipit מנוחה נכונה *Requiem aptatam* הוא ומתינו ומתי כל ישראל אחינו יהיו בכלל התפלה והתחינה והסליחות והרחמים ונאמר אמן „ Hic, & Mortui noſtri, & Mortui univerſi Iſraelis Fratres noſtri includantur „ in his precibus, & ſupplicationibus & propi- „ tiatio-

X x

(1) Quum eorum *Puſche prævaricatores*, de quibus locuti ſumus pag. 130. ad ſummum 12. menſes in Purgatorio manere arbitrentur, & eos qui paullo magis pii ſunt, citius exire putent; ideo, ut de Patris pietate æquum ſentire videantur, non ultra 11. menſes pro ipſo orant.

„ tationibus , & miſerationibus ; & dicemus ; „ Amen „ . Iſtaque ex *Pſalm* 77 38. ad Deum eiſdem propitiandum precantur , והוא רחום וכפר עון ולא ישחית והרבה להשיב אפו ולא יעיר כל חמתו *Et ipſe miſericors propitiabitur iniquitati , & non diſperdet : abundabitque ut avertat iram ſuam , & non excitabit omnem indignationem ſuam* . Invocant etiam Sanctos , itemque Angelos ut præſto eiſdem ſint : אבות עולם ישני חברון שערי גן עדן פתחו לו ואמרו לו שלום בואו „ Patres ſeculi , qui dormi„ tis in Chebron , portas Paradiſi eden aperite „ illi , & dicite : adventus ipſius ſit in pace „ מלאכי שלום צאו לקראתו שערי גן עדן פתחו לו ואמרו לו שלום בואו „ Angeli pacis egredimi„ ni in occurſum ejus , portas Paradiſi eden ape„ rite illi , atque dicite : adventus ipſius ſit in „ pace „ Quotannis , inquiunt (✠), anniverſario „ die mortis Patris jejunandum eſt , & oratio *Ka„ diſch* recitanda &c. יש להתענות ולומר קדיש בכל שנה ביום שמת אביו וכו׳ Tota etiam Synagoga זכרון הנשמות *Commemorationem Animarum* Defunctorum agit ſingulis Sabbatis , pro iis maxime qui aliquid ad uſum pauperum , vel Synagogæ conſervationem contulere , aut aliis operibus bene meruerunt : orantque ut Deus „ recordetur in „ bonum animæ N. N. quia daturus eſt R. N. vel „ Do-

(✠) *In Beth Joſeph ad Joreh deah , de ultimo legis præcepto* .

„ Domina N fil ejus, aut propinquus ejus ... in
„ eleemoſynam, vel pro oleo lucernæ &c. in EX-
„ PIATIONEM ANIMÆ EJUS, & ut Deus ejus
„ recordetur in bonum; largiatur ei Deus re-
„ quiem, id bene ipſi ſit &c.„

XLVII. Sed ne plura ex Rabbinorum libris, ex *Maccabæorum lib.* II. veritas hæc evidentiſſima omnino eſt. Quanquam vero hoſce Libros Judæi inter Canonicos non retulerint, ac Novatores divinam eorum auctoritatem impetere & ablegare, immerito utique (*) connitantur; quod ad præſens tamen pertinet inſtitutum, dubitari ſane non poteſt quin fides eis auctoritaſque hiſtorica debeatur: quam ipſe quidem Hackſpanius, ut ſuperius animadvertimus, nedum inficiatus non eſt, palam eiſdem aſſeruit (r). Itaque ex iis quæ *Capite* XII. referuntur certiores facti quidem ſumus, quod ubi Judæorum nonnulli qui contra legis præſcriptum donaria idolorum ceperant ſe-

 cum-

(*) Non eſt hujus loci ea proferre quæ hos Libros inter Canonicos merito recenſitos a noſtris probent: eorum manebo, eoc uti Canonicos laudaſſe Tertullianum *adverſus Jud.* c. 4. Cyprian. *lib.* 3 *Teſtim.* ad Quir. c. 15. & *Epiſt.* 55. ad Corn. Ephrem in *Teſtam.* Hilar. in *Pſ.* 124. Innocent. I. ad Exup. c. 7. Conc. 3. Carthag. can. 397. c. 47. Euſtat. Conſtantinopol. *De ... ſuper, & ... oper.* Ambroſ. *lib.* 1 *de Offic.* c. 40., & ſæpe, aliosque multos. Quare Auguſtinus *lib.* 18. *de Civ. Dei* c. 36. Eos non *Judæi*, *ſed Eccleſia Catholica pro Canonicis habet*. A quo ubi aliqui eos veteri hoc eos *Apocryphos eſſe dixerunt*, facile id non ſecundum ſuam ſyſtema, ſed ſecundum Judæorum opinionem dixiſſe intelligendi ſunt.

Porro quum in iis quæ ex cap. XII. prompturi ſumus, referendis, Exemplaria omnia Græca, Latina, Syriaca, tum MS. cum typis edita conſtantiſſime cum Vulgata & cum veterum Patrum citationibus conſentiant, ut juſta profecto Seb. Munſterus ea per audaciam eliquam abjecit pronuntiavit in *annot. ad* c. 19. *lib.* 3 *Hiſt. Jud.* Joſephi fil. Gorionis Ed. Baſil. an. 1541.

(r) Vid. ſuperius p. 205 *annot.* 2.

cumque detulerant, in prælio cecidere, *ad ſupplicationem* reliqui omnes qui cum Juda erant, *converſi ſunt, rogantes ut perpetratum delictum perfecte abſoluteque abſtergeretur* εἰς ἱκετείαν ἐτράπησαν, ἀξιώσαντες τὸ γεγονὸς ἁμάρτημα τελείως ἐξαλειφθῆναι (1). Quin & Judas hic etiam laudatur *verſ.* 43 quod argenti ſummam non modicam (2) Jeroſolymam miſerit, ut pro peccato Sacrificium offerretur. Sic autem eum feciſſe ſubjungitur, *conſiderans iis qui cum pietate obdormiunt optimam repoſitam gratiam: ſancta & pia conſideratio: ideoque pro mortuis expiationem fecit ut a peccato liberarentur* (3). Sic equidem Græcus Textus ſonat, quem minus recte aliqui adverſariorum reddidere. Atque dum quidam ex ipſis vulgatæ lectionem reprehendentes ad Græcum nos vocant, cauſæ noſtræ profecto favent: Nam veritas qua de agimus, clarius ex ipſo micat: ac dum in iſto expreſſim effertur, eos rogaſſe ut delictum illud τελείως *perfecte abſoluteque* abſtergeretur, de ejuſmodi delicto ſermonem eſſe intelligimus, quod jam aliquatenus (quoad culpam nimirum) deletum, ſed non *perfecte pleneque* (quoad debitum pœnæ) obliteratum eſſet. Quan-

(1) Edit. Ald. & MS. Arundel. habent [illegible] *ad preces converſi rogaverunt, ut ob commiſſum delictum penitus delerentur*. Sed altera lectio communior eſt, ipſamque confirmant etiam quæ ſequuntur.

(2) In Græco ſumma hæc dicitur 2000. drachmarum; in Syro 3000. in Latinis Exemplaribus [illegible]. Unde autem varietas hæc emanarit, non refert impræſentiarum perquirere.

(3) ἐμβλέπων τοῖς μετ' εὐσεβείας κοιμωμένοις κάλλιστον ἀποκείμενον χαριστήριον, ὁσία καὶ εὐσεβὴς ἡ ἐπίνοια. ὅθεν περὶ τῶν τεθνηκότων τὸν ἐξιλασμὸν ἐποιήσατο, τῆς ἁμαρτίας ἀπολυθῆναι.

Quanquam vero illi de quibus agitur, contra legis præceptum egerint, quæ vetuerat *Deuter.* VII. 25. 26. ne aſſumerent quidquam ex idolis, neque inferrent quippiam ex idolo in domum ſuam; fieri tamen poteſt, ut in hominibus rudibus ex legis ignorantia, quæ in tanta præceptorum multitudine facile acciderit, culpa fuerit imminuta: atque credibile ſane eſt, multos ex eis, quum in ipſa pugna viderent ſibi periculum imminere, de peccato doluiſſe, & ad Deum converſos ejus miſericordiam non inutiliter imploraſſe, ſecundum illud *Pſal.* 77 *Cum occideret eos, quærebant eum* (t). Et vero, quum hi pro æquiſſimis Patriæ juribus tuendis, pro religione, & pietate conflictarentur, ſe ſeque in vitæ diſcrimen dediſſent, credere par ſane eſt Deum (qui non obliviſcitur operis noſtri & dilectionis quam oſtendimus in nomine ipſius *Hebr.* VI. 10.) priuſquam efflarent animam, reſipiſcentiam eis, delictique ſinceram pœnitudinem conceſſiſſe. Quod etſi ambiguum dicas, pii tamen ac generoſi animi eſt, ambigua in partem trahere meliorem, nec deeſſe ſuppetias ferre, quibus te ſpes non deſerat profuturas. Hoc itaque inſtructus animo, hoc plane conſilio Judas argenti ſummam Jeroſolymam miſit, ut pro mortuorum (*) peccato Sacrificium offerretur: non impiis æternæ morti addictis,

(t) V D Th. in 4. ſent Diſt. 45 qu. 2. art 2. quæſtiunc 1 ad 1

(*) In Græco hæc dictio *mortuorum* non effertur, ſed ſubaudienda profecto eſt; quum non de alio peccato, quam peccato mortuorum agi, ſi antecedentia, & conſequentia ſpectentur perſpicuum ſit.

dictis, ſed piis opis egentibus; recipiendæque capacibus prodeſſe volens: Nam *hic* plane, *qui cum pietate dormiunt* (præclare equidem Græcus textus) *conſiderans* Judas *optimam repoſitam gratiam* (quæ ut *ſancta* laudatur *& pia conſideratio*) *iccirco pro mortuis expiationem fecit, ut a peccato* (idest a peccati pœna ✠) *liberarentur*. Hen igitur, ut è Græco quidem Textu clariſſimum, atque apertiſſimum eſt, Judæos veteres, ſuffragiorum pro Mortuis utilitatem credidiſſe; curaſſeque ut eorum animæ precibus ac ſacrificiis a peccatorum pœnis exſolverentur. Hæc autem ſupra 150. annos ante Chriſti ortum geſta ſunt. Ac Judæos pro mortuis oraſſe jam in exilio Babylonico, conſentit inter Proteſtantes Hugo Grotius (1); quod & formulæ, inquit, ſermonem illorum locorum, ac temporum redolentes oſtendunt. Judæi autem ejuſcemodi precum Auctorem Eſdram tradunt (2).

In comperto igitur quoque eſt, Judæos & noſtra ætate, & ſuperiore, ac multo etiam ante Chriſtum conſueviſſe eximia pietatis officia ad ſublevandas defunctorum ſuorum animas exhibere. Quare ſpectatis iis, quæ de medio defunctorum ſtatu, de purgationis neceſſitate, de temporario eorundem cruciatu, deque ſuffragiorum utilitate tanto

(✠) Ita etiam explicat Hugo Grotius *Comment.* in hunc locum: ac merito, quum vocabulum illud in ea ſignificatione, & *Geneſ.* XX. 9. *Lev.* XXII. 9. *Thren.* IV. 6., & alibi frequentiſſime capiatur; atque hic accipi quidem petat.

(1) Ibidem. Vide & quoque eundem in *annot. ad conſult. Caſſandri ad art.* 22.

(2) Maimond. *Halac. Tephilla* 9. 1.

tanto conſenſu docent Judæi ; liquet *veterem , jugem , & conſtantem eorum Traditionem Purgatorii doctrinæ apertiſſime ſuffragari* . Quod erat primo demonſtrandum.

Reliquum jam eſt , ut iis quæ Hackſpanius , veluti contrarium ſuadentia , in medium attulit occurramus.

§. 3.

XLVIII. Nullam Hackſpanius rationem habens tot Doctorum Judæorum , qui in Purgatorii veritate tradenda conſentiunt ; nullam tot locorum (1) in quibus ex profeſſo veritas hæc edocetur , edisleritur , illuſtratur ; nullam tam vetuſtæ, tam diuturnæ , & ubique locorum receptiſſimæ inter eos conſuetudinis orandi , aliaque exequendi pietatis officia ad defunctorum qui purgentur levamen citioremque liberationem , ita ut quot capita inter ipſos , tot quidem teſtes purgatorii ab eis crediti ſe ſe prodant : Nullam is , inquam, horum omnium rationem habeos , ex eo quod quiddam offenderit quod cum Purgatorii ſententia congruere viſum ſibi non eſt , ſic de Judæis pronuntiat , perinde atque Purgatorium nec admittant , nec agnoſcant . Sic ſaltim vero ſe continuiſſet , ut ſolum

(1) Longe etiam plura citare poſſemus ; ſed in re tam perſpicua a pluribus ſuperſedimus . Vide ſis Joſeph de Voiſin tum in *Proœm. ad Pug. fidei* , tum in *Theolog. Jud.* & in *lib. de Jubil*, Bartholom. Valverd. *De igne Purgat.* Bartoloc. *Bibl. Rabb. p. 2. Diſſert.* ;

lum diceret, talia eos ibi fundere; quæ ad receptam ſolemnemque eorum doctrinam, conſuetudinemque non quadrent. At ejus propoſitum hanc moderationem non admittebat: Diſſimulanda cetera, & tanquam Purgatorium pernegantes traducendi erant; quo viam ſibi ad id, quod cordi habebat, inferendum conſterneret.

Quale tandem vero illud eſt in quod incumbit? „ Diſerte dicitur, inquit (1), in lib. Chaſidim, *Nulla eſt peccati expiatio poſt mortem: nam per dolorem mortis, quem perſentiſcit homo, expiantur, vel remittuntur ipſi peccata ejus*. Hinc agonizantes dicere conſueverunt, *Eſto mors mea expiatio pro omnibus peccatis & iniquitatibus, & prævaricationibus, quibus peccavi, perverſe egi, & prævaricatus ſum coram te a primo vitæ meæ tempore*. Quod ſi peccata eorum morte expiari putant, conſequitur plane, nihil jam ſecundum ipſos expiandum remittendumve poſt mortem, proindeque nullum ab eis Purgatorium agnoſci. Sed enim in hæc etiam Judæorum dicta penitius quam ipſe feceris inquiramus; quidque ſibi reapſe velint, paucis denique explicemus.

Ex fonte itaq;, ex Miſchna (2) *tract. Sanhed. c. 6. n. 2.* intelligimus, formulam hanc, *ſit mors mea expiatio pro omnibus peccatis meis*, formulam fuiſſe præſcriptam

(1) *Totum argumentum ejus plene ſuperius propoſuimus pag.* 2[?]. *& ſeqq.*
(2) Ita vocatus a Judæis liber iſte, propterea quod *ſecundaria lex* habetur, vel ſecunda a lege V. Aruch in *litt.* מ

Fundamentum porro Talmudicorum eſt: Nam aliorum ſcripta appendices ſuja ſunt; idque ſibi propoſitum habuerunt, ut verba *Miſchnæ* intelligerent. V. quæ ſuis in eam Commentariis præfatur Maimonides.

tam reis morte multandis: Habetur enim: „ Mos „ hic in omnibus qui neci dantur ,obſervatur, ut „ confiteantur. Quiſquis enim confitetur, illi in „ futuro ſeculo ſors eſt „ Tum vero laudatur illud (Joſve VII. 19.) qui perſuaſit Achano ut gloriam daret Deo & confeſſionem emitteret. Quumque is confeſſionem emiſiſſet, dixit ad eum Joſve מה עכרתנו יעכרך ה׳ ביום הזה היום הזה אתה עכור ואי אתה עכור לעולם הבא ואם אינו יודע להתודות אומרים לו אמור והא מיתתי כפרה על כל עונותי „ *Quid turbaſti nos? Turbabit te Dominus hoc die*. Hoc die turbaberis, non in futuro „ ſeculo. Quod ſi neſciat, quomodo edenda con„ feſſio ſit, ſic jubetur dicere: *ſit mors mea expiatio* „ pro omnibus peccatis meis „ Et in *Tract.* Jomà c. 8. n. 8. מיתה ויום הכפורים מכפרין עם התשובה „ Mors & dies expiationis expiant cum pœnitentia „. Id igitur perſuaſum eis videmus, reum qui delicti ſui pœnituerit, mortemque ſibi illatam patienter ſuſtinuerit, eum propter pœnam in hoc ſeculo datam, jam non amplius in futuro ſeculo pœnam daturum. Nece igitur pœnitenti patienterique animo tolerata, non naturali morte expiari delictum dicitur. Et ſane „ Mors naturalis, „ egregie D. Thomas (1), eſt pœna conſequens „ originale peccatum: & ideo per mortem natu„ ralem non purgatur aliquis de peccato actuali,

y y „ ſed

(1) *In 4. ſent. diſt. 20. qu. 1. art. 2. quaſtiunc 1 ad 1.*

„ ſed per mortem illatam bene poteſt purgari . „ Unde ſi aliquis mortem illatam patienter ſuſtineat , etiamſi pro aliis criminibus ſit illata , valet ad diminutionem pœnæ , & ad liberationem „ a tota pœna ſecundum quantitatem culpæ , & „ patientiæ , & contritionis „ . Dum itaque necem *cum pœnitentia* , ſive opportuna patientia atque contritione comitatam expiare delicta ſentiunt , recte utique probeque ſentiunt . Quod ſi patientia atque contritio non ſatis reſpondeant ; etiamſi morte multentur , aliquid eis in altero ſeculo luendum ſupereſſe crediderunt . Si etenim mortis pœnam cum qualicumque reſipiſcentia conjunctam delicta omnimode penituſque expiare credidiſſent , non equidem pro illis , qui , ut nuper retulimus, prælio cæſi cum pietate dormitionem acceperant, precati eſſent . Hos videlicet ob delictum morte punitos noverant (r), cum pietate dormitionem accepiſſe , proindeque pœnituiſſe exiſtimabant ; ſacrificium tamen pro eiſdem oblatum ſcimus ; & quidem ut a peccatis exſolverentur . Non ergo qualemcumque pœnitentiam cum nece ad plene perfecteque abolendas peccatorum ſordes ſuſſicere ſed opportunam pro ipſorum ratione poſtulari crediderunt . Quumque incerti eſſent , an talem dolorem ii , talem patientiam habuiſſent ; iccirco pro perfecta illorum expiatione ac liberatione ſolliciti Sacrificium offerri curaverunt . Sic veterum Judæorum fides habet ,

Hæc

(r) In laud. cap. XII, 40. *Omnibus manifeſtatum factum eſt , ob hanc cauſam eos corruiſſe .*

Hæc vero eſt; quæ Theologo uſui eſſe poteſt; quum ex iis quæ Judæi olim ſenſere, & in quibus veteris communiſque doctrinæ teſtes agunt multa explicare & confirmare, multa etiam refellere et improbare queat. In iis autem quæ Scriptores eorum ſequioris ætatis literis mandavere, majore delectu opus eſſe jam diximus. Fere videlicet in Majorum inſtitutis atque doctrinis explanandis ac illuſtrandis accurate, docteque etiam verſari eos comperias: At ſæpe quidem, libertate opinandi arrepta, plura fudiſſe cernuntur, quæ nedum cum Veterum ſententiis commune nihil habent, interdum pugnant. In his porro iſtorum dicta, ecquidnam ponderis apud nos habeant?

XLIX. Itaque ad rem noſtram, ſi qui e Judæis deprehendantur ſic opinati quoad eos qui morte multantur, fore nempe ut his, qualiſcumque fuerit delictorum enormitas; modo reſipuerint, qualiſcumque etiam fuerit dolor, nihil jam in altero ſeculo expiandum ſuperſit: Si qui, inquam, deprehendantur ſic opinati, a Majorum ſuorum ipſi fide aliquantum certe deflecterent; plurimum tamen a ſententia illa diſtarent, quam tanquam Judæorum ſententiam Hackſpanius propinavit. Qui etenim illatæ mortis pœna expiati quicquid delictum fuerit arbitrentur, ii quidem ſentiunt delictorum pœnam dandam eſſe vel in hoc ſeculo, vel in futuro; ac morte affectos ideo a futuri ſeculi pœna immunes centur, quod eam in hoc ſeculo plene dediſſe autument, caſtiga-

tiones, extremum ſupplicium, opprobrium, ignominiam perpeſſi. Nam & in eorum ignominiam, propinqui a luctus cæremonia abſtinere juſſi erant ולא היו מתאבלין (1). Itaque ignominia idcircò afficiebantur, ait R. Obad. de Bartenora (2); ut ipſa quidem piamento eiſdem eſſet כדי שהתא בזיונן כפרה לחן. Quare non per ſolum dolorem morti., ut ex libro *Chaſidim* conſtituit Hackſpanius, peccata expiari cenſentur.

Quanquam & verba citati libri multo alium, quam ipſe judicet, ſenſum reddunt, accepta ſecundum eorum quidem doctrinam de illis, qui & pœnitentiæ, & diei Expiationis, & caſtigationum ope ita jam purgati cenſentur, ut per dolorem mortis denique expiatio ſie penitus abſolvatur, ut non ſit eis opus ulteriore expiatione poſt mortem. Enim vero in *Gemara Hjeroſolymit.* (3) quatuor expiationis partes dicuntur, Pœnitentia, Dies expiationis, Caſtigationes, & Mors. Et ſi quis tranſgrediatur præcepta quæ puniuntur excidiis, & ſuppliciis a Synedrio inſligendis per contumaciam, *Pœnitentia, & Dies expiationum dimidium expiant, & Caſtigationes in reliquis anni diebus expiant* התשובה ויום הכיפורים מכפרין מחצה והייסורין באשר ימות חשנה מכפרין מחצה Ac de eo ſcriptum dicitur illud *Pſalm.* 85. 33. *Viſitabo in virga iniquitates eorum, & in verbe.*

(1) *In Miſchna Tract. Sanhedr. c. 6, n. 4*
(2) *Comment. in hunc locum.*
(3) *Ad Joma c. 8. halac. 7.*

verberibus peccata eorum. De illo autem qui profanaverit nomen Dei, ſubditur תשובה ויום הכיפורים מכפרין שליש והיסורין מכפרין שליש והמיתה ממרקת בייסורין *Pœnitentia, & Dies expiationum expiant tertiam partem, & tertiam partem Caſtigationes, & Mors cum caſtigationibus perficit*. Quamobrem, quum mors per ſe expiationem omnem non præſtet, id ſemper redit, eos nempe, qui opportunas pro delictorum ratione caſtigationes vel ultro aſſumptas, vel inflictas non ſubierint ante mortem. Ac tanta hujus quidem veritatis perſuaſione tenentur ut expiationem ejuſcemodi defunctis debitam, eorum propinqui, diſcipuli, ac familiares ſubire geſtiant. In *Kidduſchin. fol.* 31. 2. Filius poſt mortem Patris recitans rem quampiam memorabilem ex ore ejus auditam, *non dicet ſimpliciter, ſic dixit Pater meus, ſed dicet; Sic dixit Pater meus, & Dominus meus, utinam ego ſim EXPIATIO obitus ejus!* (hoc eſt, utinam ſuper me derivare poſſem omne malum, cui ſubjecta eſt anima ejus!) *Atque his verbis utetur per duodecim menſes* לא יאמר כך אמר אבא אלא כך אמר אבא מרי הריני כפרת משכבו והני מילי תוך שנים עשר חדש *Baal Aruch* in voce כר ſcribit, כל מקום שהוא אומר הריני כפרת זהו פירושו הריני במקומו לסבול עונותיו *Ubicunque dicitur, LOCE ME IN EXPIATIONEM, ibi ejus expoſitio eſt: en me in ejus locum, ut portem iniquitates ejus*. Atque Auctorem libri Chaſidim ita plane ſenſiſſe, Ex-

piatio.

piationem nempe poſt mortem in iis locum habere qui opportunas ante mortem pœnas non dederint, declaravit omnino, dum, ſicut retulimus ✠, ſcripſit: *Si juſtus* (non plene expiatus) *propter aliquod peccatum non admittitur in locum juſtorum* (plene expiatorum); *tunc proſunt illi orationes, & eleemoſynæ quæ pro illo fiunt*. Atque dum illud Barzilai Galaaditis laudavit, multum videlicet prodeſſe mortuis, quod amici eorum accedant ad ſepulcra eorum, & pro animabus eorum miſericordiam implorent, eoſque juvent in hoc mundo.

L. Quod vero agonizantes alicubi formulam illam uſurpent præſcriptam reis morte multandis, ecquis non videt precationem id quandam eſſe, ac votum ejuſcemodi veniam conſequendi? Facile ea uſurpati cœpta eſt ab aliquo qui mortem immature ſibi a Deo in patratorum criminum pœnam immitti ſuſpicaretur. Prius namque oratur Deus, ut integræ eum reſtituat ſanitati, ipſumque, ut olim Ezechiam ægrotantem, exaudiat: Tum vero, *ſi autem advenit tempus punitionis meæ ad mortem, ſit mors mea expiatio pro omnibus peccatis &c.* ואם קרבה עת פקודתי למות תהי מיתתי כפרה על כל חטים וכו׳ Formula hac Judæi Itali non utuntur, ſed dicunt יהי רצון מלפניך ײ אלהי ואלהי אבותי שתסלח והמחול לי על כל עונותי ופשעי ותכפר לי על כל חטאתי *Complaceat tibi Deus mi, & Deus Patrum meorum, ut remittas & condones mihi omnes prævaricationes & omnes*

✠ *pag.* 318.

& omnes iniquitates meas ; & expies omnia peccata mea . Porro & nos quidem dicimus ut moribundo remittat Deus omnia peccata, quæcumque, & quomodocumque in toto vitæ decurſu commiſit : ac non tantum, ut quidquid ille in hoc ſeculo ſuſtinet, ac ſuſtinebit, ſed etiam ut ipſius Domini Noſtri Jeſu Chriſti Paſſio ſit ei in remiſſionem peccatorum : quin & dicimus, ut reſtituat ei ſtolam primam quam in Baptiſmate recepit : ut egredienti animæ de corpore ſplendidus Angelorum cœtus occurrat, qui perducant eum in cœleſtem Jeruſalem, & id genus. Dicet ne vero quiſpiam, credere nos, nihil jam poſt hæc ulli ejuſcemodi defunctorum expiandum remanere in altero ſeculo ? Profecto, ut hoc de nobis falſo, & imperitiſſime pronuntiaretur ; utique & de Judæis. Ut enim nos incerti, an per præſtita illa pœnitentiæ, & pietatis officia factum ſit ſatis juſtitiæ Dei, ut ſatis ei quantocius certo fiat, ac liberemur curamus, orare, ac propitiare ipſum pergimus ; penes Judæos quidem, Patres e vita migraturi lætantur, ſi ſuperſtitem filium relinquant (1) qui eis vita functis propitiare Deum pergat ; aliaque, ut jam diximus, pia Defunctis eorum ſuffragia ferre perquam receptum eſt. Ejuſcemodi igitur eorum dicendi modi, ac formulæ cum Purgatorii fide nequicquam pugnant.

Ac ne hilum quidem jam officit narratiuncula de Ægroto illo (*), qui, interdicto ſibi a Medico

(1) V. *Buxtorf Synag. Jud. cap. 35.*
(*) V. *ſuperius pag. 211.*

dico cujuſdam cibi, & aquæ uſu; comminatus eſt Filio, ni ſibi cibum illum, & aquam dediſſet, non ei ſe condonaturum neque in hoc ſeculo, nec in futuro. Hoc enim loquendi modo eò plane ſpectavit, ut indiceret Filio, diſtricte id ſe adeo graviterque præcipere, ut ſi paterno huic præcepto patere detrectaſſet, in tale tantumque delictum labi, quod ei neque in hoc, neque etiam in futuro ſeculo remittendum eſſet. Ex hoc autem id potius proditur, pœnarum in altero etiam ſeculo luendarum, atque relaxandarum receptam fidem ipſius quidem animo inſediſſe.

Quæ igitur Hackſpanius ex Judæorum ſcriptis objecit, Purgatorio neutiquam adverſantur. Quod erat ſecundo demonſtrandum.

Vetus itaque, *jugis*, *& conſtans Judæorum Traditio Purgatorii doctrinæ apertiſſime ſuffragatur, non refragatur.*

COROLLARIUM I.

Ex his etiam patet, quanta inſcitia, atque injuria Purgatorium, ut Inventum novum, purum putum Pontificium figmentum, Romanenſium doctrinam ex officina Satanæ profectam, & id genus, multi Adverſariorum traducant. Nam, quum ante illorum, quos Pontificios appellant, & ante J. Chriſti quidem ætatem receptum creditumque jam fuerit, quomodo Inventum novum, purum putum Pontificium figmentum eſt?

CO-

COROLLARIUM II.

Quandoquidem Hackſpanius Chriſti ſententiam de Peccato in Spiritum Sanctum, quod *non remittetur neque in hoc ſeculo, neque in futuro, non prudentia aut prudente auditoris judicio*, ſed ex Judaicæ Gentis uſu, ſermone, & intelligentia metiendam & explicandam eſſe conſtituit; ex hoc jam quoque ejuſdem canone Purgatorii ſtatum a *J.* Chriſto ibi denotatum eſſe convincitur.

Nam, quum percrebuiſſet apud Judæos, quædam duntaxat peccata (ut diximus *pag.* 330), æternum punienda eſſe, cetera omnia etiam poſt mortem in altero ſeculo remiſſum iri, data pro eis per aliquod tempus pœna; Ch. Dominus de peccati in Spiritum S. gravitate loquens, dixit, quod non remittetur, hoc eſt, non eſſe ex illorum genere, quæ, etſi in hoc ſeculo remiſſa non ſint, datis in altero ſeculo pœnis temporariis diſſolvantur; ſed talis enormitatis, ut ejus, niſi uti par eſt reſipuerint, neque etiam in altero ſeculo datis ut credebant pœnis, remiſſio fiet. Judicat igitur hic Chriſtus, ut Judæis, quibuſcum agebat vanam ejuſcemodi opinionem eximeret, ait etiam VVolzogenius (*), tam grandia & enormia peccata neque in altero ſeculo remittenda eſſe. Quare ſi eadem de levibus ratio eſſet, non ita de iſto locutus eſſet. Sic igitur de hoc cum Judæis talia ſentientibus locutus,

(*) Jo: Ludovicus VVolzogenius e Socinianorum grege *Oper. Exeget. Didact. & Polem. t. 1. Comm. in Matth. xii.*

tus, ſignificavit nonnulla eſſe quæ in altero ſeculo remittantur. *Quod enim de uno negatur*, ut cum Gregorio M. jam diximus, *conſequens intellectus patet quia de quibuſdam concedatur*.

COROLLARIUM III.

Quum, ut ait VVolzogenius, talia Chriſtus locutus ſit, ut Judæis vanam ejuſcemodi opinionem eximeret; ſi & perſuaſio quam habebant de Purgatorii veritate, vana eſſet, multoque magis ſi impia, ad eam quidem evellendam, operam, & operam contuliſſet. Et ſane lux ipſe in mundum venit, ut omnis qui crederet in eum, in tenebris non maneret (*Jo.* XII. 46.); quæque prava erant apud Judæos perpetuo improbavit, damnavitque: quum igitur quoad *Purgatorii* ſententiam eos minime reprehenderit; tali immo uſus quidem ſit loquendi modo illius veritatem perſpicue ſupponente, ratam procul dubio eam habuiſſe tenendum eſt; atque injuria VVolzogenius J. Chriſtum, *hic non ex vero ſed* tantum *ex Judæorum opinione* locutum vellet.

COROLLARIUM IV.

Sequitur etiam, imperite a Novatoribus objici, quod Chriſtus Dominus & Apoſtoli ſi conſuetudinem orandi pro Defunctis utilem cenſuiſſent ac ſalutarem, expreſſe de illa ſermonem habuiſſent,

ſent; deque ipſa data quidem opera præcepiſſent. Nam, quum conſuetudo hæc recepta vulgo eſſet, quum ea communiter uterentur, Judæique hac in re pii eſſent ac religioſi, quid ad eam obſervandam ipſos urgerent? Curæ cordique Salvatori & Apoſtolis erat, eos ab erroribus in quibus miſere verſabantur, deducere. In hoc incumbebant, monente Chriſto: *Non egent qui ſani ſunt medico, ſed qui male habent. Non veni vocare juſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam. Luc. v. 31. 32.* Conſuetudinem ipſam hanc probaverunt quidem, morem ei gerentes, eamque ſartam tectam ſervantes: atque hinc evenit, ut ea abſque ulla Chriſti, Apoſtolorum, Eccleſiæve Paſtorum inſtitutione, una cum Eccleſia coaluerit, ut oſtendimus *Propoſ. 1.*

LI. Sed inquiunt Adverſarii: ſaltem in Inſtrumento vetere, in quo Hebræi populi inſtitutio continetur, Purgatorium, ſi utile quid, credendumque eſt, doceri pandique debuit; at vero in toto vetere Inſtrumento, ſi Maccabaicum ſecundum exceptias, nihil de Purgatoriis poſt hanc vitam pœnis, ſed tantum de æternis mentionem invenies.

Equidnam, quæſo, expreſſum de Purgatoriis pœnis ſermonem ad Hebræos habitum primis illis temporibus flagitant? Advertere ſane adverſarios decuiſſet, de Populo duriſſimæ cervicis ſermonem eſſe, de populo rebelli, poſt pravitatem cordis ſui nequiter abeunte; quem plerumque non tam futuræ, quam præſentis vitæ bonis præmiiſque carnalia eorum corda magis moventibus ad recte vivendum

 alliceret;

allicere ; præſentis item vitæ pœnis atque cladibus a perverſitate deterrere opus fuit. Quumque ad idololatriam, ne alia multa eorum flagitia commemorem, identidem declinarent, quid inculcandæ eis purgatoriæ pœnæ? An non magis æternas eorum impietatibus debitas indicere oportebat? Quid? quod Purgatorii notitia non paris neceſſitatis eſt cum notitia ſtatuum æternitatis ; quocirca & horum prius monendi erant. Deinceps tamen, atque potiſſimum circa Babylonicæ captivitatis tempora, quibus & idolorum cultum dereliquerunt, alterius vitæ ſtatus diſtinctius cognovere. Ac tum eos qui in Purgatorio degerent, miſeranter, piis eos precibus ac ſacrificiis proſecutos in comperto eſt.

Quanquam & e pluribus Teſtamenti veteris locis Purgatorii veritas certa quidem conſecutione deducitur, ut in prima jam Propoſitione præſtitimus.

Ad Hackſpanium revertentes ; adjecit is, æquipollentia eſſe hæc *ulciſci*, & *non condonare* ; atque hinc natam eſſe locutionem illam, *non remittetur ei neque in hoc, neque in futuro ſeculo* ; quocirca ejuſcemodi Chriſti verbis de peccato in Spiritum S. nihil aliud inferre licere, quam, eum qui peccatum illud commiſerit, pœnas daturum certiſſime. Ac demum „ Nec ſatis quadrat, inquit, ad Pontifi„ cium dogma ſermo Chriſti : uti enim dare pœ„ nas & non remitti peccatum eodem dicuntur „ ſenſu : ita ex adverſo, remitti peccatum, & „ non dare pœnas æquipollent. Si itaque in fu-

„ turo

„ turo ſeculo remittitur peccatum, cur pœnas dant
„ in igne Purgatorio?

His jam vero quæ a Schola repetiit, brevi quidem juxta Scholæ regulas occurrendum. Ad primum itaque. Verum quidem eſt, quod ille cui non remittetur, ex eo quod ei non remittetur, certiſſime pœnas dabit: Verum autem quoque eſt, quod dum id aſſeritur de iſto in Spiritum Sanctum commiſſo, quod ſcilicet *non remittetur, neque in futuro*, iſtud excipitur. Unde quod conſequitur, eſt, iſtud quidem remiſſum non iri, aliqua vero dari quæ in futuro ſeculo remittantur. Omnis quippe exceptio formaliter ſupponit regulam: inferturque affirmans ex negativa, quatenus illa negativa eſt ſimul exceptiva.

Atque alterum quidem nihil negotii jam faceſſit. Nam in prima Propoſitione oſtendimus diſtingui *culpam* a *reatu pœnæ*. Remiſſio itaque pœnæ & exactio ejuſdem pœnæ equidem non conſiſtunt; ſed remiſſio culpæ & exactio alicujus pœnæ non pugnant. In Purgatorio autem, peccata levia etiam quoad culpam, ut vidimus *pag* 315. remittuntur, pœna autem illis, aliiſque quoad culpam jam remiſſis debita, hæc facta in Purgatorio ſolutione diſſolvitur. Sed hæc hactenus: Pauca jam adverſus Beauſobrium, ut *pag.* 223. promiſimus, adjungenda.

APPEN-

APPENDIX

In qua Beauſobrii

IN S. CYRILLUM HJEROSOL.

CRIMINATIO

De Liturgiæ veteris adulteratione depellitur.

GRave fuit Beauſobrio, S. Cyrillum Hjeroſolymitanum ſcripſiſſe, Sanctorum memoriam in Sacrificiis fieri, ut Deus eorum precibus & intercesſionibus orationem noſtram ſuſcipiat. Quum enim ipſe pro Sanctis, & Martyribus orari conſueviſſe decernat, idque patere dicat ex Liturgia S. Jacobo tributa, & ex Conſtit. Apoſtol. *Lib.* VIII. *p.* 403., ubi Sacrificium offerri dicitur pro Patriarchis, Prophetis, Apoſtolis, Martyribus; vehementer proinde in Cyrillum commotus, in hæc erupit (1) „ Haud pa„ rum

(1) *Hiſt. de Manichée liv.* IX *c.* 3 *in note* „ Il y a eu bien de la hardieſſe à „ Cyrille de Jeruſalem, quand dans ſa V Catecheſe Myſtagogique, ſuppoſé „ que ces Catecheſes ſoient veritablement de lui, il change tout à fait le „ ſens de l' ancienne Liturgie. Car après avoir fait dire au Prêtre officiant, „ *Nous vous prions pour la paix de l' Egliſe, pour la tranquillité publique, pour* „ *les Rois &c* au lieu de continuer, *pour les Patriarches, pour les Martyrs,* „ il laiſſe la Liturgie, & ſubſtitue une explication, qui eſt de lui. *Après* „ *cela*

„ rum audaciæ in Cyrillo Hieroſolymorum fuit ; „ quum in V. ſua Catecheſi Myſtagogica, ſi modo hæ Cathecheſes revera ipſius ſint, antiquæ „ Liturgiæ ſenſum prorſus demutat. Poſtquam videlicet iſta Presbyteri ſacra facientis tetulit : *Oramus pro Eccleſiæ pace, pro publica tranquillitate, pro Regibus &c.*, ubi juxta hæc ſubjungendum ei erat, *pro Patriarchis, pro Martyribus*, Liturgiam is deſerit, „ atque hanc marte ſuo explicationem ſubſtituit : *Poſtea memoriam facimus eorum, qui ante nos obdormierunt, primum Patriarcharum, Prophetarum, Apoſtolorum, Martyrum, ut Deus eorum precibus & interceſſionibus orationes noſtras ſuſcipiat.* ἔπειτα μνημονεύομεν καὶ τῶν προκεκοιμημένων, πρῶτον πατριαρχῶν, ἀποστόλων, προφητῶν, μαρτύρων, ὅπως ὁ θεὸς ταῖς εὐχαῖς αὐτῶν, καὶ πρεσβείαις προσδέξηται ἡμῶν τὴν δέησιν. In hoc autem „ patentem cernere eſt Liturgiæ veteris depravationem, ut illam opinioni quæ de Sanctorum Interceſſione inducebatur, accomodaret. Profecto „ in Liturgia eadem ſemper adhibetur præpoſitio „ ὑπὲρ *pro* : Rogamus te pro Regibus, pro Patriarchis, pro Martyribus „ Hæc ille, de quo quid ſentiendum ſit, & quam injuria Cyrillum laceſſat, paucis aperiam.

Id

„ *ante*, dit-il, *nous faiſons commemoration de ceux, qui ſont morts avant nous, „ & premierement des Patriarches, des Apôtres, des Martyrs, afin que Dieu „ reçoive nos prieres par leur interceſſion* &c. C'eſt falſifier „ evidemment l'ancienne Liturgie pour l'accomoder a l'opinion de l'Interceſſion des Saints, que s'introduiſoit. Il y a toujours dans la Liturgie „ la meme prepoſition ὑπὲρ *pour*: Nous vous prions pour les Rois, pour „ les Patriarches, pour les Martyrs „.

Id porro primum admoneo, nihil jam dubitandum eſſe, quin Catecheſes iſtæ, atque illæ quidem quæ ex eis pro re hac deſumuntur ſententiæ, Cyrillum ipſum auctorem habeant; in quo ne actum agam, non immorabor: Invicte id ſcilicet adverſus Rivetum, Cocum, alioſque probatum eſt, præſertim a Cl. Michaele Lequienio Ord. Prædic. in V. *Diſſert. Damaſcen. num. 15. præfix. tom. 1.* S. Jo: Damaſc edit. an. 1712., & Antonio Auguſt. Touttée Benedict. *Diſſert. II cap* 3. in edit. S. Cyrilli Hjeroſol. an. 1720. Atque inter Proteſtantes Iſaacus Caſaubonus *Exercit. 16. in Baron. num.* 103. „ Scio, „ inquit, viros graves propter hujuſmodi quædam „ loca tum in Myſtagogicis, tum in ceteris Cate„ cheſibus, negare opus id eſſe *γνήσιον* Cyrilli. Nos „ præter teſtimonia vetuſtiſſimorum Auctorum, „ qui ejus operis Cyrilli meminerunt, aut quædam „ etiam ex illo exſcripſerunt, Hjeronymi, Theo„ doreti, Damaſceni, Photii Partiarchæ, aliorum; „ rationes plurimæ & validiſſimæ ut aliter ſentia„ mus impellunt „. Quare imperite quidem ſe gerit Binghamus (1), dum nullo inſtituto auctoritatum, ac rationum examine, Catecheſin hanc interpolatam opinatur. Ad Cyrillum jam, qui talia protulit, veniamus.

De ipſo porro quiſquis æquo animo adverterit, & quiſnam ipſe tunc eſſet, & quale in illis Catecheſibus munere fungeretur, illatam ei a Beauſobrio

(1) *Origin. Eccleſ. Lib.* XV. *cap.* III. §. 16.

brio criminationem facile quidem rejiciendam putarit. In adoleſcentia, inquit Hieronymus, Catecheſes compoſuit; atque eruditi quidem exiſtimant nondum tunc annum trigeſimum exceſſiſſe. Nondum certe erat Epiſcopus, ſed Maximus tunc eximia vigilantia fideque inconcuſſa Hieroſolymitanam Eccleſiam gubernabat. Cyrillo autem propoſita in his erat illorum qui recens Baptiſmate renati erant, inſtructio; in qua, ubi de iis quæ in Sacrificio Miſſæ obſervabantur, tractabat, relata illa verba recitavit. Quod ſi in eis rem aliter ac gerebatur enarraviſſet, ſi Liturgiam pervertere, adulterareque auſus eſſet, tuliſſet id ne Epiſcopus? tuliſſet id Clerus? tuliſſet Populus? Profecto non de tali agitur rerum genere, in quo varie excogitando ac diſſerendo, ingenioſi aliquid novique extundere, opinari ac dictitare contingat, quod, utpote a multorum captu & cognitione remotum, citam animadverſionem interdum fugit. Verum hæc aſſiduo uſu ſingulis perſpecta, & explorata forent, Cyrillum, niſi res ita ſe ſe habuiſſet, ut mendaciloquum, ſacras obſervationes perverſis expoſitionibus temerantem, falſitatem pro veritate impudenter obtrudentem, improbaſſent procul dubio ac repreſſiſſent. At vero non tantum compertum habemus, nihil horum contigiſſe, verum & Cyrilli perſonæ multum delatum eſſe; atque hæc plane ipſius dicta nedum a nemine olim reprobata, ſed ſcriptis mandata exſcriptaque haud modico in pretio habita atque lau-

 data

data ſunt. Eſt ne vero etiam credibile Cyrillum miræ oppido prudentiæ virum certo ſe in his ludibrio tradere, nominique ſuo tam male conſulere voluiſſe? Id ſi Beauſobrio in mentem venit, non iis jam qui rerum Cyrilli rudes prorſum non ſunt, easque animo haud perturbato conſiderant.

Sed horum nullam rationem habet Beauſobrius, qui Cyrillum reapſe falſarium tenet, quod ejus dicta patenter pugnent cum vetere Liturgia Jacobo tributa, & cum Liturgicis precibus in Conſtitutionibus, quæ Apoſtolicæ nominantur, recenſitis. Ex Jacobæa Liturgia nil quidem in medium produxit, vel quod indubium id & in confeſſo poſitum autumarit, in hac videlicet pro Martyribus preces fundi; vel quod Liturgiam hanc, unam omnino eandemque eſſe crediderit cum ea, quæ in laudatis Conſtitutionibus reperitur, ex eo quod Caput XII. ſic inchoatur: *Dico ego Jacobus Frater Jo: Zebedæi*. Probandum vero ei quidem fuiſſet, hac eadem uſam Hyeroſolymorum Eccleſiam Cyrilli ætate, ut, ubi hunc ab ea diſſenſiſſe demonſtraſſet, tum eam depravaſſe colligeret. Sed miſſa hæc facimus; eaque primo expendemus, quæ ex Libro Apoſtol. Conſtitutionum deprompſit, ſubinde quod ad Jacobi Liturgiam pertinet, proſecuturi.

Capite equidem 12. Libri VIII. hæc habentur: ἔτι προσφέρομέν σοι καὶ ὑπὲρ πάντων τῶν ἀπ' αἰῶνος εὐαρεστησάντων σοι ἁγίων, πατριαρχῶν, προφητῶν, δικαίων, ἀποστόλων, μαρτύρων, ὁμολογητῶν *Offerimus etiam tibi pro Sanctis omnibus, qui tibi a ſeculo placuerunt, Patriarchis*,

triarchis, *Prophetis*, *Juſtis*, *Apoſtolis*, *Martyribus*, *Confeſſoribus*. Hinc vero ſequitur ne oraſſe quoque pro Sanctis, & pro Martyribus; ut ſicut aliis defunctis fidelibus, ita & ipſis ſuffragarentur, quemadmodum inquie Beauſobrius *on prioit pour les Saints*? Minime vero.

Tenendum id enim primum erat Beauſobrio; quo pacto nempe Sacramentum iſtud fuerit inſtitutum, & quid rei præ ſe quidem ferat. Profecto quum illud Servator tradidit, εὐχαριστήσας *quum gratias egiſſet* tradidit, ac profuturum quidem edixit, εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν *ad remiſſionem peccatorum*. Quamobrem Eccleſia eundem imitata, ſacram oblationem hanc non ſolum ſupplicans, ſed etiam gratias agens peragit; ut vel ex hoc eodem quidem Capite 12. aperte liquet, ubi: προσφέρομέν σοι τῷ βασιλεῖ, καὶ θεῷ κατὰ τὴν αὐτοῦ διάταξιν τὸν ἄρτον τοῦτον, καὶ τὸ ποτήριον τοῦτο εὐχαριστοῦντές σοι δι᾽ αὐτοῦ *Offerimus tibi & Deo*, *ſicut ipſe* (Chriſtus) *conſtituit*, *panem hunc*, *& calicem hunc*, *GRATIAS AGENTES tibi per eum*: unde & Sacrum Myſterium iſtud *Euchariſtia*, h. e. *Gratiarum actionis* nomine ab Eccleſia primis quidem temporibus denotatum habemus (1). Jam vero dum hoc in loco oblatio fieri etiam dicitur pro Sanctis, & pro Martyribus, hoc ad *Gratiarum actionem*, non ad *ſupplicationem*, quæ pro ipſis fieret, pertinere clare quidem cognoſcimus.

Duobus

(1) V. S. Iren. *lib.* 4. c. 34. Clem. Alex. *Pædag.* l. 2. c. 2. *Strom.* 1 & 4. Tertul. *De Præſcript. adverſus Hæret.* c. 36. *De Corona Militis* c. 3. Origen. *Homil.* 5. in *Num.* c. 4. Cyprian. *Epiſt.* 54. ad Cornel. P. V. etiam Can. Nic. 14. & Chryſoſt. *Hom.* 24. in I. ad Cor.

Duobus etenim modis commemorationem in ſacris habemus bonorum, quæ a Deo nobis fiunt; vel ut ea accipiamus, vel eo quod illa jam acceperimus: Illud autem ſupplicatio quidem eſt, hoc vero Gratiarum actio. Quod plane ex hoc eodem Capite 12 declaratur; in quo pro aliis hominum ſtatibus ſupplicationes equidem fiunt. Ex C pro Eccl. te Miniſtris ἵνα πάντας σοφίσας, πνεύματος ἁγίου πληρώσῃς, nimirum, ut Deus omnes ſapientiam doceat, atque impleat Spiritu Sancto: Pro Rege, & omnibus qui in ſublimitate ſunt, & pro Exercitu ὅπως ἐν ἡσυχίᾳ καὶ ὁμονοίᾳ διάγοντες &c., ut res noſtræ in pace & concordia vertentur. Pro Populo ut eum in laudem Chriſti regale exhibeat Sacerdotium, Gentem ſanctam. Atque ita pro Ægrotis, Exulibus, Catechumenis, Energumenis, Pœnitentibus, ceteriſque ſecundum cujuſque indigentiam opportunæ ibidem fiunt ſupplicationes. Pro Sanctis vero poſtulatio nulla fit: alia igitur oblationis pro ceteris, alia oblationis pro Sanctis ratio hic etiam traditur.

Ac recte id quidem. Quum etenim docente nos Chriſto Dom. Cœlorum Regnum petere teneamur; propterea pro aliis rogat Eccleſia ut perficiantur in ſanctitate, regnique illius participes fiant, ideoque pro eis oblatio *ſupplicatoria* eſt; quoad Sanctos vero, quum jam perfecti & conſummati ſint, & in eis Eccleſia id receperit quod poſtulavit, non jam ſupplicationi locus pro ipſis eſt, ſed Gratiarum actioni. Hinc ibi quidem nihil pro eis petitur, ſed tantum offerri

offerri quoque pro ipſis dicitur. Pro ipſis autem offerre apprime conſentaneum quidem eſt. Quum videlicet per eandem oblationem Eccleſia grates rependat Deo pro aliis ejuſdem donis; rependendæ ipſi omnino quidem ſunt pro Sanctorum conſummatione; quippe cum hæc beneficiorum omnium maximum ſummumque ſit: Omnium enim bonorum, quæ hominum generi largitur Deus, hic equidem finis, hic fructus eſt. Imperite ergo Beauſobrius ex eo quod offerretur pro Sanctis, pro eiſdem ſupplicatum eſſe intulit, cenſuitque.

Neque vero quicquam eundem juvat, quod ex Præpoſitione ὑπὲρ *pro* urgere ſubinde pergit. Hæc ſiquidem *non ſemper rogantem deſignat* οὐ παντάχοῦ τὸν δεόμενον δείκνυσιν, ut Nicolaus Cabaſilas *in Expoſit. Liturgiæ cap.* 49. ejuſcemodi objectioni jam dudum, anno ſcilicet 1300. circiter occurrens oſtendit: οὐ γὰρ ἐν οἷς ἱκετεύομεν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν οἷς εὐχαριστοῦμεν ταύτῃ χρώμεθα τῇ λέξει *non enim ſolum quum ſupplicamus, ſed etiam quando gratias agimus hac utimur dictione*. Et hoc cum ex multis, ut ſubjicit, ſciri poſſit, tum ex Liturgia S. Jo: Chryſoſtomi, quam exponit; in qua ὑπὲρ τούτων ἁπάντων εὐχαριστοῦμέν σοι, *PRO his omnibus gratias agimus tibi*: & rurſus (1). *Gratias agimus tibi etiam PRO Sacrificio hoc, quod ex noſtris manibus ſuſcipere dignatus es*. Obſervare idem licet in Liturgia S. Baſilii: ſed & D. Paulus *Rom.* 1, 8. (2). *Gratias ago*

b b b *Deo*

(1) Εὐχαριστοῦμέν σοι καὶ ὑπὲρ τῆς λειτουργίας ταύτης, ἣν ἐκ τῶν χειρῶν ἡμῶν δέξασθαι κατηξίωσας.

(2) Εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ μου, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὑπὲρ πάντων ὑμῶν ὅτι ἡ πίστις ὑμῶν καταγγέλλεται ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ.

Deo meo per Jeſum Chriſtum PRO omnibus vobis: quia fides veſtra annuntiatur in univerſo Mundo. 2. *Cor*. I. 11 (1), *per multos gratiæ agantur PRO nobis*. In Iſocratis etiam *Panegyrico*, *in Evagoræ Encom.*, aliiſque hæc eadem præpoſitio ὑπὲρ *PRO* in gratiarum actione pariter adhibetur; adeoque argumentum ex ea tum a Beauſobrio, tum etiam a Binghamo (*) petitum ad oſtendendam inibi ſupplicationem ruit.

Animadverſionem vero etiam merentur, quæ ibidem aduectic: Sic videlicet ſcripſit (1) „ In „ Liturgia adhibetur ſemper eadem præpoſito ὑπὲρ „ *PRO*. Rogamus te pro Regibus, pro Patriar- „ chis, pro Martyribus „. Quæ ubi quis legit facile quidem exiſtimat, verba hæc: *Rogamus te pro Regibus*, *pro Patriarchis*, *pro Martyribus*, hæc, inquam, ita plane in Liturgia reperiri, ut ab ipſo in medium producuntur. At vero in loco quem laudat, quoad Patriarchas, Martyres, alioſque Sanctos non παρακαλῶμεν *commendamus*, aut δεόμεθα *oramus* ſcriptum eſt, ſed προσφέρομεν *offerimus*; & Beauſobrius ipſe paulo ante verbum ipſum ita quidem expreſſit: *nous vous offrons offerimus*. Quare quum deinde pro vocabulo *offerimus*, verbum *oramus* ſubſtituit, ex quo textus illius ſententia commutatur, aut cæcutiit, aut incautis fraudulenter impoſuit,

Sed

(1) *Διὰ πολλῶν εὐχαριστηθῇ ὑπὲρ ἡμῶν*.
(*) *Id etiam in Orig. Eccl. l.* 15 *c.* 3 §. 16. placet Binghamo, ex quo complura hauſit Beauſobrius.
(1) „ Il y a toujours dans la Liturgie la meme propoſition *ὑπὲρ pour*. Nous „ vous prions pour les Rois, pour les Patriarches, pour les Martyrs „.

Sed magis jam magiſque patebit Beauſobrii vel inſcitia, vel turpis in Cyrillum calumnia, ubi quæ in laudato quidem ab ipſomet Libro VIII. Conſtit. Apoſtolicarum continentur ſincere, paulove accuratius quam ipſe fecerit, inſpectemus. Capite itaque XIII. hæc habentur „ Pro Eccleſia „ hac & Populo *Oremus* δεηθῶμεν, deinde, Pro „ omni Epiſcopatu, pro ennctis Presbyteris, om„ nibus qui in Chriſti miniſterio ac famulatu ver„ ſantur, omnique Eccleſiæ cœtu *Oremus* δεηθῶμεν; „ petiturque nt Dominus univerſos conſervet at„ que cuſtodiat „ Poſtea „ pro Regibus, & iis „ qui in ſublimitate ſunt, *Oremus* „ eadam quidem adhibita dictione δεηθῶμεν, ſequiturque „ ut „ res noſtræ pacificæ ſint; quo vitam quietam & „ tranquillam nacti, in omni pietate ac morum „ caſtitate degamus „ ſtatimque jam poſt hæc quoad Sanctos ſic habetur: τῶν ἁγίων μαρτύρων μνημονεύσωμεν, ὅπως κοινωνοὶ γενέσθαι τῆς ἀθλήσεως αὐτῶν καταξιωθῶμεν, *Sanctorum Martyrum MEMORES ERIMUS, ut digni efficiamur participes fieri eorum certaminis*. Poſtmodum, *pro iis qui in fide requieverunt* (1) non dicitur μνημονεύσωμεν *memores erimus*, ſed rurſum δεηθῶμεν *Oremus*; uti & ſubinde *pro Cæli temperie, frugum maturitate, & recenter baptiſmate illuminatis*.

Ex his ergo ecquis non videt quam longe alius rationis mentio Sanctorum hoc loco quidem ſit, quam ſit mentio ceterorum: pro his nimirum perpetuo ſupplicem dictionem illam δεηθῶμεν *Oremus*

h h b a adhi-

(1) *ὑπὲρ τῶν ἐν πίστει ἀναπαυσαμένων*,

adhibitam cernimus: quoad Sanctos vero non item, ſed μνημονεύσωμεν *memoriam agemus*; quæ illa ipſa plane vox eſt quam Cyrillus adhibuit. Sed præterea poſtulatur ne quicquam ibidem pro Martyribus? Profecto quum nihil aliud dicatur, niſi, *ut digni efficiamur participes fieri ipſorum certaminis*, nulla jam quidem pro ipſis, ſed tota petitio pro nobis eſt. Quid? quod ab ipſis ibi etiam alii Fideles defuncti, qui ſuffragationibus indigent, ſecernuntur, proque iſtis ſupplicatur? Si igitur, vel ſiſtentes in hujus libri doctrina ad quam appellat Beauſobrius, nihilominus tamen ingens adeo diſcrimen eſt inter ea quæ de Martyribus, & ea quæ dicuntur de ceteris; debebat ne vero una prorſus eademque ratione, uti de ceteris, ſic de Martyribus verba facere?

Ita certe placuiſſet Beauſobrio ejuſque declinaſſet indignationem, qui propterea quod ita locutus non eſt, inſigni notatur audacia, qua Liturgiam veterem deſeruerit, ſenſum ejus perverterit, ipſamque certo parenterque adulterarit. Quod ſi quis forte Beauſobrio talia de Cyrillo pronuntianti adhibere fidem refugerit, *Conſtitutiones Apoſtolicas*, rogat ipſe, *Conſtitutiones Apoſtolicas videat, voyez les Conſtitutions Apoſtolisques*. Eas ergo ſpectavimus; & pro Sanctis Martyribus in eis quoque reperimus non *nous prions* δεόμεθα, vel δεηθῶμεν *Oremus*, ut venditare conatur Beauſobrius, ſed μνημονεύομεν *nous faiſons commemoration*, *memoriam agimus*, quo plane vocabulo uſus Cyrillus eſt, quodque

quæ Beauſobrius carpit & improperat. Neque explicationem a Liturgiæ veteris ſenſu vel tantillum abhorrentem, alienamve ſubſtituiſſe deprehendimus, ſed eam equidem tradidiſſe, quam, ut vetuſtæ ceteræ Liturgiæ concorditer expreſſiuſque etiam declarant, tum relata quoque Apoſtolicarum Conſtitutionum verba præ ſe ferunt. Quum videlicet Martyrum commemoratio propterea fieri ibidem dicatur, ut *digni habeamur participes fieri eorum certaminis*, an non ſatis hinc proditur ingens ad nos ex ea manaturum emolumentum? Neque vero hic dicitur ὅπως νυθεθῶμεν, *ut moneamur*, ſed ὅπως καταξιωθῶμεν, *ut digni habeamur, efficiamur*, ſive ut id aſſequi nobis detur. Exiguuſne vero fructus iſte eſt, quem ex tali commemoratione ſperandum docemur, ut ſcilicet eandem gratiam, eandem victoriam, eandemque felicitatem quam conſecuti ſunt Martyres adipiſcamur?

Sed enim, ſi & veterem Græcam; quæ Jacobi fertur, inſpicias, idipſum perſpicue iterum iterumque comperias. Pro aliis nempe Fidelibus tam viventibus, quam vita functis adhibetur quidem dictio δεηθῶμεν *Oremus*: Quoad Sanctos vero μνημονεύσωμεν *memoriam agamus*; & plane, *ut eorum precibus, atque intercesſionibus miſericordiam conſequamur* (1). In vetere item Jacobæa, quæ utuntur Syri apertiſſime quoque dicitur מהדכרין *Memoriam*

(1) Liturgiæ hujus verba jam retulimus *pag.* 224. Vide ſis etiam Orat. quæ incipit *εἰς πατέρας ἀγγέλων*, & illam, quæ incipit *προσφέρομέν σοι Δέσποτα*

moriam facimus Sanctorum : Quare autem memoria eorum fiat , etiam ſubjungitur , *ut nempe & ipſi ſtantes coram throno Dei excelſo , noſtræ tenuitatis & infirmitatis meminerint &c.* (1).

Inſpecta itaque Liturgia Jacobi (ſive mavis illam qua Syri utuntur , ſive Græcam veterem, ſive illam quæ in libro Conſtitut. Apoſtol. refertur , ex qua Beauſobrius deprompſit quæ objecravit) aliam omnino in ſacris olim rationem habitam cernimus Sanctorum ab illa quæ aliorum fidelium habebatur . Atque ubi pro his preces atque ſupplicationes fiunt ; pro Sanctis Commemoratio fit , quæ iccirco fieri dicitur , ut quod *pro tenuitate & infirmitate noſtra* minus valemus , ipſis *coram Deo ſtantibus* & intercedentibus aſſequamur , ut *eorum precibus atque interceſſionibus miſericordiam* , quam tantopere experimus *conſequamur* ; atque *eorum certaminis* h. e. eorundem gratiæ , eorundem victoriæ , atque felicitatis *participes fieri* tandem *dignemur*. Quod omne eo profecto redit , ut *Deus eorum precibus & interceſſionibus preces noſtras ſuſcipiat* . Sic itaque Liturgia Jacobi , quamcumque ſpectes , præ ſe fert. Cyrillus igitur , qui in citata V. Catecheſi Liturgiam enarrans ; *Oramus* , inquit , *pro Eccleſiæ pace ; pro publica tranquillitate , pro Regibus &c. Deinde memoriam agimus eorum qui ante nos obdormierunt , primum Patriarcharum , Prophetarum , Apoſtolorum , Martyrum , ut Deus eorum precibus , atque interceſſionibus preces noſtras ſuſcipiat*,

(1) V. ſuperius eandem pag. 249

ſuſcipias, Cyrillus igitur verax, ſumma, rem fide ac religione proponens. Sed de Beauſobrio, qui, quum Liturgiam ipſam conſuluiſſe expendiſſeque præ ſe ferat; nihilo tamen minus & veritatem adeo perſpicuam parentemque inficiatur, & Cyrillum ut falſarium traducit, de Beauſobrio, inquam, rerum æqui æſtimatores quid dicant? Viderint, quadret ne in eum quidem quod olim Auguſtinus ſcripſit de Manichæis (1) „ Maligni, „ malo ſtudio legitis, ſtulti non intelligitis, cæci „ non videtis. Quid enim magnum erat iſta diligenter inſpicere, & eorundem Scriptorum magnam & ſalubrem invenire congruentiam, ſi „ vos contentio non perverteret, & ſi pietas „ adjuvaret?

Neque id ſolum Beauſobrins aſſerere auſus eſt, orationes pro Sanctis fieri conſueviſſe; ſed cauſam etiam, quare id fieret, in medium adducere non dubitavit. Nos vero, quum jam evicerimus, quod noſtri fuerat inſtituti, falſum id omnino eſſe, quod orationes funderentur pro Sanctis; nihil jam neceſſe eſt rei commentitiæ cauſam, quam reddere ipſe geſtiat, ponderare. Recte in his videlicet monent Dialectici, Conſequentis falſitatem, falſitatem Antecedentis evincere. Sed eam demum quidem indicemus; ex qua etiam hominis ingenium (quod & paſſim conſtare ſibi in effræni audacia cernitur) noſces. „ Orationes

(1) *Contra Fauſtum lib. 33. cap. 9.*

„ tiones ſiebant, inquit (*) pro ipſis (loquitur „ de Martyribus) atque pro Sanctis omnibus, „ qui poſtquam cœpit mundus deceſſerant. Quod „ ideo factum eſt, quia perſuaſi erant, omnes „ Sanctorum animas in Cœlum ad contemplatio- „ nem Dei minime recepturas, quam poſt Re- „ ſurrectionem, & Judicium „ Ac (✠) „ memi- „ niſſe oportet Tertullianum, & in univerſum „ Patres priſcos crediditſe Animas OMNES in ſub- „ terranea quædam loca deſcendere, in quibus „ Impiorum quidem animæ torquerentur, Juſto- „ rum autem in pace degerent, atque his haud „ aliam fuiſſe cauſam, quamobrem affligerentur, „ quam perfectæ earum felicitatis moram. A Deo „ itaque pro eis conſolationem, refrigerium ad- „ poſtulabant. Patres itidem credidere pro Mar- „ tyribus aliiſque Juſtis futuram primam quan- „ dam Reſurrectionem, quæ univerſalem Reſur- „ rectionem mille annorum intervallo præcederet.

Superius porro jam oſtendimus ex Tertulliani quidem verbis a Beauſobrio ipſo allegatis fal-

ſum

(*) In citato num. 9. „ On prioit pour eux, & pour tous les Saints, qui „ etoient morts depuis le commencement du monde. La raiſon de cela „ c'eſt qu'on etoit perſuadé, que toutes les Ames des Saints ne ſeroient „ admiſes dans le Ciel à la contemplation de Dieu, qu'après la Reſur- „ rection, & le Jugement „

(✠) In annot. 2. ad eundem num. „ Il faut ſe ſouvenir que Tertullien, & en „ general les premiers Peres, ont cru que toutes les Ames alloient dans „ des lieux ſouterrains, celles des Mechans y etoient tourmentées, celles „ des Juſtes y etoient en paix, & n'avoient d'autre ſujet de s'affliger, „ que le retardement de leur parfaite felicité. On demandoit à Dieu de „ la conſolation, (*refrigerium*) pour ces Ames-là. Les Peres ont cru „ auſſi, qu'il y avoit une Reſurrection premiere pour les Martyrs, & „ autres Juſtes, qui précéderoit de mille ans la Reſurrection univerſelle.

ſum prorſus eſſe quod talia poſtularint pro Sanctis (1); tantum jam denique advertemus, ut fidenter dixerit, ſic olim priſcos Patres perſuaſos fuiſſe, credidiſſeque OMNES Sanctorum animas non niſi poſt Reſurrectionem & Judicium, in Cœlum ad Dei viſionem recepturas; OMNESQUE in ſubterranea quædam loca deſcendere.

Qua in re vel Burneti audaciam ſuperare quidem videtur. Is etenim de Cypriano ſaltem non contendit in tali eum perſuaſione extitiſſe: Sed Beauſobrius, priſcos Patres in univerſum ſic crediſſe pronuntians, ne iſtum quidem eximere videtur. Qui ſane, quomodo fidem in hac re ſuam clarius aperire unquam debuerat? „ Laniæna gravior ad hoc diu perſeveravit, inquit, non ut ſtantem fidem dejeeret, ſed ut homines Dei ad Dominum velocius mitteret (2) „ Quis ergo non omnibus viribus elaboret ad tantam claritatem pervenire, ut amicus Dei fiat, ut cum Chriſto STATIM gaudeat .... Quanta eſt dignitas, & quanta ſecuritas, exire hinc lætum, exire inter preſſuras & anguſtias glorioſum, claudere in momento oculos, quibus homines videbantur, & mundus, & aperire eoſdem STATIM UT DEUS VIDEATUR ET CHRISTUS? tam feliciter migrandi quanta velocitas? terris repente ſubtraheris, ut in regnis cœleſtibus repona-

(1) Pag. 258. & ſeq.
(2) In Epiſt. ad Martyres, & Confeſſores lib. 2. epiſt. 6.

Quid ? quod ex Clemente I. (1), ex Herma (2), Ignatio M. (3), Polycarpo (4), Eccleſiæ Smyrn. Epiſtola de Mart. Polycarpi (5), Athenagora (6), Clemente Alexandr. (7), Origene *lib. 2. peri Archon.*, *lib. 6. contra Celſum*, Dionyſio Alex. (8), primi, ſecundi, & tertii ſeculi Scriptoribus, ex ſinceris ac vetuſtiſſimis Actis Martyrum (9) & indubitatæ antiquitatis Monumentis (10) manifeſto colligitur talem primis etiam ſeculis obtinuiſſe fidem, qua credebant Sanctorum animas, ſtatim a morte ad cœleſtem gloriam evolare. Quod Apoſtolus quidem non obſcure ſignificarat, quum dixit *Philip.* I. 23. *Coarctor autem in duobus deſiderium habens diſſolvi, & eſſe cum Chriſto, multo magis melius: permanere autem in carne neceſſarium propter vos:* Quibus equidem verbis „ docuit Apoſtolus, eum qui eva„ ſerit ex hoc corpore, ſi meruerit tamen, cum „ Chriſto futurum (11).

Sed & quod attinet mille annorum Commentum Juſtinus, qui ei favebat, in Dialogo cum Tryphone faſſus quidem eſt *multos puræ piæque Chriſtianorum ſententiæ id non agnoſcere*. Et ſane contra S. Irenæum, & Nepotem Epiſcop. Ægypti, Dionyſius Alexandrinus medio ſec. III. eleganter conſcripſit, ac tanquam fabulam commentum illud irriſit (12)

ccc 2 Dio.

(1) *In genuino Opere Epiſt. ad Cor. capp* 5 6. 45. (2) *Lib.* 3 *ſimilit.* 8. (3) *In Epiſt ad Rom. cap.* 6. (4) *In Epiſt ad Philip cap.* 9. (5) *cap.* 17. (6) *In Apologia* (7) *Lib.* 4. *& 7. Strom.* (8) V. Euſeb *Hiſtor Eccleſ. lib* 5 *cap* 28. (9) V apud Cl Ruinart. *Acta S Symphoroſæ*, *S. Felicitatis*, *S Symphorieni*, aliorumque plurium (10) Vellud de quo agit Mabillon. In itiner Ital *pag* 138. (11) *Lib de bono mortis cap.* 3 (12) V Hieron *in Prolog lib* 18 *in Iſai.* Et conferantur quæ habet *in l b De Viris Illuſtr.* de Dionyſio, cum iis quæ ſcripſit Euſeb. *Hiſt Eccl. lib* 7 *c* 24.

Dionyſii antem cauſam adverſus Apollinerium Juniorem, qui eum impetierat, tutati ſunt Epiphanius *Hæreſ.* 77. §. 26., Baſilius *Epiſt.* 74., Didymus Alexandr. *Enarrat.* in *Epiſt.* 1. Petri. Ephræm Syr. in *Opuſc.* 121., aliique. Porro & quidam e Veteribus qui diſſenſerunt quidem de loco in quo Sanctorum Animæ degerent, de earum tamen gloria & felicitare minime dubitarunt. Quapropter nihil omnino cauſæ erat, cur Beauſobrius conjiceret atque autumaret, propter talem earum ſtatum operæ pretium duxiſſe Fideles conſolationem eis, *refrigerium* a Domino poſtulare. Multo autem minus ei dicendum erat, talem fuiſſe *Veterum perſuaſionem*, *Patres*, ne ullum quidem excipiens, *credidiſſe omnes Sanctorum Animas in Cœlum ad contemplationem Dei minime recepturas quam poſt Reſurrectionem, & Judicium: Animas omnes in ſubterranea loca deſcendere: pro Martyribus aliiſque Juſtis futuram primam quandam Reſurrectionem, quæ univerſalem Reſurrectionem mille annorum intervalla præcederet*. Conſulatur antem Cl. Ludovicus Antonius Muratorius qui hac de re data opera perquam erudite tractavit in Libro *De Paradiſo Regnique cœleſtis gloria non expectata corporum reſurrectione Juſtis a Deo conlata*, adverſus Thomæ Burneti Britanni Librum *De ſtatu Mortuorum*. *Veronæ* 1738.

Quandoquidem vero Beauſobrius Jacobi Liturgiam, & Librum *Conſtitut. Apoſtolic.* ſic laudat, ut inde Veterum ritus, fidemque intelligere debeamus, id ſolum denique quod ibi quidem hac de re habetur, ſubjiciam. In Jacobæa itaque, qua

utun-

utuntur Syri; Sancti perſpicue dicuntur *ſtantes coram throno excelſo Dei* (1), *ubi præſidet lumen vultus ejus* (2). In Græca vetere, in precatione Sacerdotis, ὡς ἀληθῶς καὶ ἄξιόν ἐστι *Vere dignum, & juſtum eſt*, in Jeruſalem cœleſti una cum Angelis, Archangelis, Thronis, Dominationibus, Poteſtatibus laudare Deum ſimul dicuntur *Spiritus Juſtorum, & Prophetarum, Animæ Martyrum, & Apoſtolorum* (3): Atque in hac ipſa Liturgia, uti jam vidimus (4), eſſe quidem creduntur *ubi præſidet lumen vultus Dei*. In *lib. 8 Conſtit. Apoſt. cap.* 4r. de Patriarchis, Prophetis, Apoſtolis, & omnibus qui a ſeculo placuerunt Deo, dicitur, quod *vident gloriam Chriſti* (5). Nemo ergo non videt, quam fidenter Beauſobrius, Burnetus, eiſque ſimiles hæc omnia diſſimulantes, atque oppoſitum tanquam rem certiſſimam ſcriptitantes, quam fidenter, inquam, quam temere impudenterque imponere pergant incautis & imperitis. Ac de his impræſentiarum ſatis.

ddd

(1) V. ſuperius p. 224. (2) V. p. 229. (3) [illegible] πανήγυρις, ἐκκλησία [illegible] ἄγγελοι, ἀρχάγγελοι &c. (4) pag. 229. (5) ὁρῶντες τὴν δόξαν τοῦ Χριστοῦ.

pag.	lin.	*Errata*	*Corrige*
9	2.	detorta	detortæ
	in fine		(a) *De Præpar. Evang. l.* 11. c. 6.
24.	21	[illegible]	[illegible]
37.	16.	abeſſi	abeſſe
58.	10.	Bullarum	Bullarium
73.	30.	1236.	1536
79.	8.	Sed hæc prætermiſit, quia nempe	Quæ cum prætermiſit;
	10.	ſtatuere cupiebat	ſtatuere velle videtur
135.	19.	abuſum	abſum
257.	8.	abutur	abutuntur
160.	19	eſt	ſic
165.	*in fine*		(d) *in Ep. ad Epiſcopos Galliæ*.
172.	28.	Dum ego	Dum ergo
278.	18.	Paulus V.	Urbanus VIII.
285.	24.	[illegible]	[illegible]
197.	27.	פנה	פנה cum præpoſit. אל
215.	13.	unus	uſus
234.	1.	reperimur	reperimus
247.	31.	pauciſſimi	pauciſſimos
250.			*prima Nota poſt alteram legatur*
255.	12.	fidem pertinent	fidem una pertinent
258	22	conſolatio	conſolationem
259.	6.	te	teſte
	ult.	ille	illæ
162.	24.	id	et
166.	20.	vel etiam	vel certam etiam
276.	20.	non decet	nos decet
354.	10.	*poſt verba* ante mortem *adde*	, ſubire eas debere poſt mortem
367.	18.	[illegible]	[illegible]

Google

005663808 16
Google